VErba ihēmie ꝑphe filij helchie de sacēdotibo q̄ fuerūt ī anathot ī tra beniamī Quod factū ē vbū dñi ad eū ī diebo iosie filij amon regis iuda ī tercio decio āno regni eius: & factū ē ī diebo ioachim filie iosie regis iuda vsq̄ ad cōsūmacōez vndecimi anni sedechie filij iosie regis iuda vsq̄ ad trāsmigracōnem iherusalem in mense quīto. Et factū ē vbū dñi ad me dicēs. Priusq̄ te formarē in vtero noui te: & anteq̄ exires de vulua sanctificaui te: & prophetam in gentibus dedi te. Et dixi. A a a dñe deus. Ecce nescio loqui: q̄ puer ego sū. Et dixit dñs ad me. Noli dicere q̄ puer sū: quoniā ad oīa que mittam te ibis: vniuersa quecūq̄ mandauero tibi loqueris. Ne timeas a facie eorum: q̄ ego tecum sum vt eruā te dicit dñs. Et misit dñs manū suā: & tetigit os meū: & dixit ad me: Ecce dedi vba mea in ore tuo: ecce cōstitui te hodie sup gentes & sup regna vt euellas & destruas & disperdas & dissipes & edifices & plantes Et factū ē verbū domini ad me dicēs quid tu vides iheremia Et dixi Virgam vigilantem ego video. Et dixit dñs ad me. Bene vidisti: q̄ vigilabo ego sup verbū meū vt faciā illud. Et factum est verbum domini secundo ad me dicens. quid tu vides? Et dixi. Ollā succensā im ego video & facie eius a facie aquilonis. Et dixit dñs ad me. Ab aquilone pandetur omne malum sup omnes habitatores terre. Quia ecce ego cōuocabo omnes cognacōnes regnoꝝ aq̄lonis dicit dñs: & venient & ponent vnusq̄sq̄ soliū suū in introitu portarū ihrl'm & sup omnes muros eius ī circuitu: & sup vniuersas vrbes iuda Et loquar iudicia mea cū eis sup omni malicia eorum qui dereliquerūt me & libauerūt dijs aliemis: & adorauerunt opus manuū suaꝝ. Tu ergo accinge lūbos tuos & surge: & loquere ad eos omnia q̄ ego p̄cipio tibi. Ne formides a facie eoꝝ: nec enim timere te faciam vultū eoꝝ. Ego quippe dedi te hodie in ciuitatē munitā et ī columnā ferreā. & in murū ereū sup oēm terrā regibo iuda & p̄ncipibo eius & sacerdotibo. & oī populo terre: & bellabūt aduersū te & nō p̄ualebūt: q̄ ego tecū sū ait dñs vt liberē te. Ca. II

Et factū ē verbū domini ad me dicēs. Vade & clama ī auribo ihrl'm dicēs. Hec dicit dñs Recordat? sū tui miserās adolescēcie tuā & caritatē desponsacōis tue q̄n secuta es me in deserto: ī tra q̄ nō seminat? Sanctus israhel dño: p̄mitie frugū eius. Omnes qui deuorant eū derelinquēt: mala venient sup eos dicit dñs. Audite verbū dñi domus iacob: & oēs cognacōes domus israhel. Hec dicit dñs. Quid inuenerūt p̄res vestri in me iniquitatis: q̄ elongauerunt a me & ābulauerūt post vanitatem & vani facti sūt? Et nō dixerūt vbi est dñs qui ascendere nos fecit de tra egipti: q̄ traduxit nos per desertū p̄ terrā inhabitabilē & imāmā p̄ terrā sitis & imaginē mortis: p̄ terrā in qua nō ambulauit vir neq̄ habitauit homo. Et induxi vos in terrā carmeli: vt comederētis fructū eius & optīa illi? Et ingressi cōtaminastis terrā meā: & hereditatē meā posuistis in abominacōem. Sacerdotes nō dixerunt vbi est dñs: & tenentes legē nescierūt me: & pastores p̄uaricati sūt ī me. Et ꝑphe ꝑphauerūt in baal: & ydola secuti sūt. Propterea adhuc iudicio contendam vobiscū ait dñs: & cū filijs vestris disceptabo. Trāsite ab īsulas cethim: & videte & in cedar mittite & cōsideate vehemēter: & videte si factū ē huiuscemodi si mutauit gens deos suos: & certe ipsi non sūt dij? Populus vero meus mutauit gloriā suā in ydolū. Obstupescite celi super hoc: & porte eius desolamini vehemēt dicit dñs. Duo enim mala fecit populus meus. Me dereliquerūt fontē aq̄ vive: & foderūt sibi cisternas dissipatas q̄ otinere n̄ ualēt aquas. Nūquid seruus est israhel ā venaculus. Quare ergo factus est in p̄dam? Super eum rugierūt leones dederūt vocem suā: posuerunt terram

eius in solitudinē. Ciuitates eius exūste sūt & nō est qui habitet ī eis. Filij & mēpheos & taphnes cōstupr̄auerūt te vsq; ad verticē Nunquid non istud factum est tibi: quia dereliquisti dñm deū tuū eo tempore quo ducebat te p viā. Et nē q̄d tibi vis ī via egipti: vt bibas aquā turbidā. Et q̄d tibi cū via assiriorū: & vt bibas aquā fluminis Arguet te malicia tua: & auersio tua īcrepabit te. Sci to & vide q̄ malū & amar̄ē reliq̄sse te dñm deū tuū: & nō eē timor̄ē ei? apud te dicit dñs deꝰ exercituū A seculo cōfregisti iugū meū: rupisti vincula mea & dixisti. Nō seruiā. In oī em̄ colle sublimi & sub oī ligno frondoso tu p̄sternabaris meretrix Ego aū plātaui te vineā electā: omē semē. verū quō g̃ conuersa es ī prauū vinea aliena? Si laueris te nitro & multiplicaueris tibi herbam borith: maculata es in iniq̄tate tua coꝝā me dicit dñs deus. Quō dicis non sum polluta: post baalim non ambulaui. Vide vias tuas in cō ualle: scito q̄d feceris. Cursor leuis explicās vias tuas: onager assuetus in solitudine: in desiderio anime sue attraxit ventum amoris sui. Nullus auertet eam. Omnes qui querunt eam non deficient: in mensibus eius inuenient eam. Prohibe pedem tuum a nuditate: & gutt̄ tuū a siti Et dixisti Desperaui ne quaq̄ faciā. Adamaui quippe alienos: & post eos ambulabo Quomodo cōfunditur fur quando deprehendit̄ sic confusi sunt domus israhel: ipsi & reges eorū p̄ncipes & sacerdotes & p̄phete eorū: dicētes ligno pater meus es tu: & lapidi tu me genuisti. Verterūt ad me tergū & nō faciē: & in tpe afflictōis sue dicēt: surge et libera nos. Vbi sūt dij tui q̄s fecisti tibi. Surgant & liberēt te: in tempe afflictōis tue. Secūdū numerū quippe ciuitatum tuarum erāt dij tui iuda. Quid vultis mecū iudicio cōtendere. Omēs dereliquistis me dicit dñs. Frustra percussi filios vestros: disciplinam non receperunt. Deuorauit gladius vester p̄phetas vr̄os: quasi leo vastator generatio vestra. Videte verbum domini. Nūquid solitudo factus sum israheli: aū t̄ra serotina. Quare ergo dixit populus meus: recessim?. nō venem? vltra ad te? Nūquid obliuiscetur virgo ornamēti sui: aut sponsa fascie pectoralis sue? Populus vero me? oblitus est mei diebus innumeris Quid miteris bonā oñdē viā tuā: ad q̄rēdā dilectōr̄es Que insuper & malicias tuas docuisti vias tuas: & ī alis tuis inuētus ē sāguis aiar̄ pauperū innocētū. Nō ī fossis inuenī eos: sed ī oībus q̄ supra memorauī. Et dixisti. Absq; peccato & innocēs ego sum: & p̄terea auertat̄ furor tu? a me. Ecce ego iudicio cōtendā tecū: eo q̄ dixeris nō peccauī Quam vilis facta es nimis: iterās vias tuas. Et ab egipto cōfunderis: sicut cōfusa es ab assur. Nā & ab ista egredieris & manus tue erūt sup caput tuū: qm̄ obtriuit dñs ofidētiā tuā: & nichil habebis p̄sperum.

Vlgo dr̄. Si dimiserit Ca. III.
vir vxorē suā & recedēs ab eo duxerit virū alter̄ nūq̄d reuertet̄ ad eā vltra? Nūq̄d nō polluta erit & cōtaminata mulier illa. Tu aū fornicata es cū amatoribus multis: tamen reuertere ad me dicit dñs & ego suscipiā te Leua oculos tuos ī directū & vide vbi non p̄strata sis. In viis sedebas exspectās eos q̄si latro īsidiās īsolitudine: & polluisti terrā ī fornicatōibus tuis & in malicijs tuis Quāobrē p̄hibite sūt stille pluuiar̄ & serotin? imber nō fuit. Frōs mulieris meretr̄icis facta ē tibi: noluisti erubescere. Ergo saltim amodo voca me pater meus: dux virginitatis mee tu es. Nūq̄d irascēris imperpetuū: ā p̄seuerabis ī finē. Ecce locuta es & fecisti mala: & potuisti & p̄ vōbis p̄nie verb supbie blasphemasti. & impleſti malar̄ cogitacōr̄ tuā: & oñdisti cōtra vir̄ fortitudinē tuam. vt possis facē q̄d ꝓmōe tractasti. Et dixit dñs ad me ī diebus iosie regis. Nūq̄d vidisti q̄ fecerit aduersatrix isr̄l? Abiit sibimet sup oēm mōtē excelsū & sub oī ligno frondoso: et fornicata ē ibi. Et dixi cū feciss̄ hec omnia. ad me reuertē: & nō ē reuersa Et vidit p̄uaricatrix soror eius iuda q̄ p eo q̄ mechata eēt aduersatrix isr̄l dimisissēs eā & dedissem ei libellū repudij: & nō timuit p̄uaricatrix iuda soror eius. sed abiit & fornicata ē eciā ipa: & facilitate fornicacōis sue contaminauit terrā: & mechata ē cū lapide & cū ligno. Et in oñibus hīs nō est reuersa ad me p̄uaricatrix sor̄ eius iuda ī toto corde suo sed ī mēdacio ait dñs deus. Et dixit dñs ad me

Justificauit aiam suaz auersatrix israhel cõparacõe puaricacõis iuda. Vade & clama ſmones istos cõtra aquilonẽ & dices Reuertere auersatrix israhel ait dñs & ñ auertã faciẽ meã a vobis: qz sanctꝰ ego sũ dicit dñs: & nõ irascar in ppetuũ. Verũtamẽ scito iniquitatem tuã: qz i dñm deũ tuũ puaricata es Et tu dispersisti vias tuas alienis sub oi ligno frondoso: & vocẽ meã nõ audisti ait dominꝰ. Cõuertimĩ filij reuertẽtes dicit dñs: qz ego vir vester. Et assumã vos vnũ de ciuitate & duos de cognacõe: & introducã vos i sion. Et dabo vobis pastoꝛes iuxta coꝛ meum: & pascent vos scia & doctrina. Cumqz multiplicati fueritis & creueritis i tra i diebus illis ait dñs. nõ dicẽt vltra archa testamẽti dñi: neqz ascẽdet sup coꝛ neqz recordabũtur illius: nec visitabit nec fiet vltra. In tẽpoꝛe illo vocabũt iherusalẽ soliũ dñi: & congregabũt ad eam omnes gentes in nomine domini i iherusalem: & non ambulabũt pꝛ prauitatem coꝛdis sui pessimi. In diebꝰ illis ibit domus iuda ad domũ israhel: & venient simul de terra aquilonis ad tram quam dedi patribꝰ vestris. Ego autez dixi. Quõ ponam te in filijs: & tribuã tibi terram desiderabilem hereditatez pclaram exercituũ gentium? Et dixi. Patrẽ vocabis me: & post me ingredi non cessabis. Sed quõ si cõtẽnat mulier amatoꝛem suũ: sic cõtẽpsit me domus israhel dicit domin?. Vox in vijs audita est ploratus & vlulatus filioꝛũ israhel: quoniã iniquã fecerũt viam suã: obliti sunt domini dei sui. Cõuertimini filij reuertẽtes: & sanabo cõuersiones vestras. Ecce nos venimus ad te. Tu eĩ es dñs deus noster. Vere mẽdaces erant colles & multitudo mõtiũ. Vere in dño deo nostro salus israhel. Cõfusio comedit laboꝛem patrũ nostroꝝ ab adolescencia nra: greges eoꝝ & armta eoꝝ: filios eoꝝ et filias eorũ. Dormiem? in cõfusione nra & opiet nos ignominia nra: qm dño deo nro peccauim? nos & pres nri ab adolescẽcia nra vsqz ad diem hãc: & non audiui? vocem dñi dei nostri

Si reuerteris ad me israꝫ. Ca. IIII.

ait dñs: ad me cõuertere. Si abstuleris offẽdicula tua a facie mea ñ emoueberis Et iurab vimit dñs i veritate & i iudicio & in iustícia: & bñdicẽt eũ gẽtes ipsũqz laudabũt. Hec eĩ dicit dñs viro iuda & habitatoꝛi iherusalem Nouate vobis nouale: & nolite serẽ sup spinas. Circũcidimini dño: & auferte ppucia coꝛdiũ vꝛoꝝ viri iuda & habitatoꝛes iherlm: ne forte egrediat vt ignis indignacio mea & succendatur & nõ sit qui extinguat ppt malicia cogitacõnũ vestrarũ. Annũciate in iuda. & iherusalem. auditum facite: loqmini & canite tuba in terra clamate fortiter & dicite. Cõgregamini & ingrediamur ciuitates munitas: leuate signũ i sion Cõfortamini nolite stare: qz malum ego aduco ab aquilone & contricõnem magnam. Ascendit leo de cubili suo: & predo gentium se leuauit Egressus ẽ de loco suo: vt ponat tram tuã in desolacõem. Ciuitates tue vastabũtur: remanẽtes absqz habitatoꝛe. Super hoc accingite vos cilicijs: plãgite & vlulate: qz nõ est auersa ira furoꝛis domi a vob. Et erit in die illa dicit dominus peribit coꝛ regis & coꝛ pncipum: & obstupescẽt sacerdotes: & pꝛphete cõsternabũt. Et dixi. Heu. heu. heu. dñe deus. Ergo ne decepisti populum istum & iherusalẽ dicẽs: pax erit vob. Et ecce peruenit gladius vsqz ad animam. In tempoꝛe illo dicet popl'o huic & iherusalẽ vẽt? vẽs in vijs que sũt in deserto: vie filie populi mei nõ ad vẽtilandũ & ad purgandum. Spirit? plenus ex hijs veniet michi. Et nũc ego: sed loquar iudicia mea cũ eis. Ecce quasi nubes ascendet: & quasi tempestas currus ei?. Velociores aquilis equi illius Ve nob: qm vastati sumus. Laua a malicia coꝛ tuũ iherusalem: vt salua fias. Vsquequo morabũtur i te cogitacões noxie? Vox enim annuntiantis adan: & notũ facientis ydolũ de monte ephraim. Concitate gentes. Ecce auditũ ẽ in iherusalẽ. custodes venire de terra lõginqua & dare sup ciuitates iuda vocem suã. Quasi custodes agroꝝ facti sũt sup eam in giro: qz me ad iracundiam prouocauit dicit dominꝰ. Vie tue & cogitacões tue fecerunt hec tibi. Ista malicia tua qz amara. qz tetigit coꝛ tuũ Ventrẽ meũ doleo vẽtrẽ meum doleo: sensus coꝛdis mei trbati sũt i me Nõ tacebo: qm vocẽ bucine audiuit aia mea: clamoꝛẽ plij. Contricõ sup cõtricõnẽ vocata est: & vastata est

omis terra · Repente vastata sũt tabernacula mea: subito pelles mee . Vsquequo videbo fugientem: audiam vocem bucine. Quia stultus populus meus me non cognouit: filij insipientes sũt. & vecordes. Sapientes sũt vt faciãt mala: bñ aũt facere nescierũt · Aspexi terrã & ecce vacua erat · & michil · & celos · et non erat lux in eis . Vidi mõtes & ecce mouebãtur: & omes colles cõturbati sũt · Intuitus sum & nõ erat hõ: & ome volatile celi recessit Aspexi & ecce cramelus deptus: & oes vrbes eius destructe sũt a facie dñi & a facie ire furoris eius Hec enim dicit dñs · Desta erit omis terra: ꝑ tñ cõsumacõez non faciam · Lugebit terra: & merebunt celi desuper: eo ꝙ locutus sũ. Cogitaui & non pemituit me: nec auersus sũ ab eo · A voce equitis & mittentis sagittam fugit omis ciuitas · Ingressi sũt ardua: & ascenderũt rupes Vniuerse vrbes derelicte sũt: & nõ habitat in eis homo · Tu aũt vastata quid facies · Cũ vestieris te coccino: cũ ornata fueris monili aureo · & pmxeris stibio oculos tuos: frustra cõponeris . Contempserũt te amatores tui: animaz tuam querẽt · Vocẽ em̃ q̃i parturientis audiui: & angustias vt puerpe · Vox filie sion ĩter morientes expãdẽtesq; manꝰ suas Ve mihi: q̃ defecit aĩa mea ꝓpt̃ ĩffectos . Ca. V

Circuite vias iherusalez & aspicite: & cõsiderate & querite ĩ plateis eiꝰ An inueniatis vir̃ faciẽtẽ iudiciũ · & q̃rẽtẽ fidẽ: & ꝓpicia? ero eis Quod si etiã vivit dñs dixerint: & hoc falso iurabunt . Domine oculi tui ꝓspiciũt fidẽ · Percussisti eos & non doluerunt: attriuisti eos & renuerũt accipere disciplinam Indurauerunt facies suas supra petram: & noluerunt reuerti · Ego aũt dixi Forsitã pauperes sũt & stulti: ignorãtes viã dñi iudiciũ dei sui · Ibo ḡ ad optiates & loq̃r eis · Ipi em̃ cognouerũt viã dñi & iudiciũ dei sui · Et ecce magis hij simul cõfregerunt iugum: ruperũt vincula · Idcirco percussit eos leo de silua: lupus ad vesperam vastauit eos: pardus vigilans super ciuitates eoꝝ · Omis qui egressus fuerit ex eis capietur · q̃ multe sũt p̃uaricacões eoꝝ: cõfortate sunt auersiones eorum · Super quo ꝓpicius tibi esse potero · Filij tui dereliquerũt me: & iurant in bijs · qui nõ sũt dij · Saturaui eos & mechati sunt : & in domo meretricis luxuriabant̃ · Equi amatores in feminas: & emissarij facti sũt: vnusquisq; ad vxorem ꝓximi sui hinniebat · Nũqd sup bijs nõ visitabo dicit dñs: & in gẽte tali nõ vlciscetur aĩa mea · Ascendite muros eius & dissipate: consummacõez aũt nolite facere · Auferte ꝓpagines eoꝝ: q̃ non sũt domini · Preuaricacõne enim p̃uaricata est in me domus israhel & domus iuda ait dominus · Negauerũt dñm : & dixerũt · Nõ est ipe: neq; veiet sup nos malum · gladiũ & famẽ nõ videbim? · Prophete fuerũt ĩ ventũ locuti: & responsũ non fuit ĩ eis · Hec ḡ euenient illis · Hec dicit dñs deꝰ exercituũ · Quia locuti estis vbũ istud : ecce ego do verba mea in ore tuo in ignem & populuz istum in ligna: & vorabit eos · Ecce ego adducã sup vos gentẽ de longinquo domus israhel ait domin?: gẽtẽ robustam gẽtem antiquam gentem cuius ignorabis linguam: nec intelliges quid loquat̃ · Pharetra eius quasi sepulcrũ patẽs: vniuersi fortes · Et comedet segetes tuas & panem tuũ deuorabit: filios tuos & filias tuas comedet · gregem tuũ & armenta tua: & comedet vineã tuã & ficum tuã: & cõteret vrbes munitas tuas in quibꝰ tu habes fiduciã gladio · Verũtamẽ ĩ diebꝰ illis ait dñs non faciã vos in cõsummacõnẽ · Quod si dixeritis quaꝰ fecit dñs deus noster nobis hec omia: dices ad eos · Sicut dereliquistis me & seruistis deo alieno in terra vestra: sic seruietis dijs aliemis in terra non vestra · Annunciate hec domui iacob: & auditũ facite in iuda dicentes · Audi populꝰ stulte q̃ nõ habes coꝝ: qui habẽtes oculos non videtis: & aures & non auditis · Me ergo non timebitis ait domin?: & a facie mea non dolebitis · Qui posuit arenam terminũ mari · pceptũ sempiternũ quod n̄ ꝑteribit: & cũ mouebũtur & nõ poterũt: & intumescent fluctus eius & non trãsibunt illud Populo aũt huic fctm est coꝝ incredulũ & exasperãs Recessert & abierũt: & nõ dixerũt ĩ corde suo · Metuamus dñm deũ nostrũ qui dat nobis pluuiaz tẽporaneam & serotinã in tpe suo: plenitudinẽ annue messis custodiẽtem nobis. Iniquitates nostre declinauerunt hec : & pcta nr̃a

phibuerũt bonũ a nobis: quia inuenti sunt
in populo meo impij insidiantes quasi aucu-
pes: laqueos ponentes & pedicas ad capien-
dos viros. Sicut decipula plena auibo: sic
domus eoꝝ plene dolo. Ideo magnificati sũt
& ditati: incrassati & impinguati: & pterie
runt sermones meos pessime. Causam vi-
due nõ iudicauerunt: causam pupilli non di
rexerũt: & iudiciũ pauperũ nõ iudicauerũt
Nũquid sup hijs nõ visitabo dicit dñs. aut
sup gentem huiuscemodi nõ vlciscet aiamma
mea? Stupor & mirabilia facta sunt ī terra
Prophete prophetabãt mẽdaciũ: & sacerdo
tes applaudebãt manibo suis: & populꝰ me?
dilexit tꝫia quid igitur fiet ī nouissimo ei?.

Confortamini filij benia. Ca. VI.
Min ī medio ihrlm: & thecua clãgi
te bucina: & bethacaren leuate vex
illũ: qꝛ malũ visũ ẽ ab aq̃lone & cõtricõ mag̃.
Speciose & delicate assimilaui filiã sion: ad
eam venient pastores & greges eoꝝ. Fixe-
runt in ea tẽtoria in circuitu: pascet vnuſq̃s-
q̃s eos qui sub manu sua sunt. Sanctificate
sup eam bellũ: & surgite & ascendam? ī me
ridie. Ve nobis qꝛ declinauit dies: qꝛ longio-
res facte sũt vmbre vesperi Surgite & asce-
damus in nocte & dissipemus domus eius:
qꝛ hec dicit dñs exercituũ. Cedite lignum e
ius: & fodite circa iherusalem aggerem Hec
est ciuitas visitacõis: omnis calumnia ī me
dio eius. Sicut frigidam facit cisterna a-
quam suam. sic frigidam fecit maliciam su
am. Iniquitas et vastitas audiet in ea coram
me semp: infirmitas & plaga. Erudire ihe-
rusalem ne forte recedat anima mea a te: ne
forte ponam te desertã. terram inhabitabilẽ.
Hec dicit dñs exercituũ. Vsq̃ ad racemum
colligẽt quasi in vinea reliquias israhel. Cõ
uerte manũ tuã quasi vindemiator ad car-
tallũ. Cui loquar. & quẽ ptestabor vt audiat
Ecce incircumcise aures eoꝝ: & audire non
possunt. Ecce verbũ domini factũ est eis in
obprobriũ: & nõ suscipient illud Idcirco fu
rore domini plenus sũ: laboraui sustinens.
Effunde sup paruulũ foris: & super cõciliũ
iuuenũ simul. Vir eĩ cũ muliere capietur.
senex cũ pleno dieꝝ. Et transibũt domus eo
rum ad alteros agri & vxores pariter: quia
extendam manũ meã sup habitantes terram
dicit dñs. A minore quippe vsq̃ ad maiorem
omnes auaricie studet: & a ppheta vsq̃ ad sa
cerdotẽ cũcti faciũt dolũ. Et curabãt cõtricõ
nem filie populi mei cũ ignominia dicẽtes.
pax pax: & nõeãt pax. Cõfusi sũt qui abo
minacõez fecerũt. qm̃ poci? cõfusione nõ sũt
cõfusi: & erubescere nescierũt quãobrẽ cadẽt
inter ruentes: in tpe visitacõis sue corruent
dicit dñs. Hec dicit dñs. State sup vias et
videte. & interrogate de seruis antiquis que
sit via bona & ambulate in ea: & inuenietis
refrigeriũ in animabo vestris. Et dixerunt
Non ambulabimus. Et cõstitui sup vos spe-
culatores. Et dixi. Audite vocẽ tube. Et di
xerũt. Non audiemus. Ideo audite gentes
& cognosce cõgregacõ. quanta ego faciã eis
Audi terra. Ecce ego adducã mala sup po-
pulũ istũ fructũ cogitacõnum eius. qꝛ verba
mea non audierũt: & legem meã piecerunt.
Vt quid michi thus de saba affertis: & ca-
lamũ suane olentẽ de terra longinqua. Olo-
causta mata vestra nõ sunt accepta: & victi
me vestre nõ placuerũt michi Propterea hec
dicit dñs. Ecce ego dabo in populũ istũ ruĩ
nas: & ruẽt in eis patres & filij simul. vici-
nus & proxim? peribũt. Hec dicit dñs. Ec
ce vemit populus de terra aquilonis: & gẽs
magna surget a finibo terre: sagittã & scu-
tum arripiet. crudelis est & non miserebit.
Vox eius quasi mare sonabit: & sup equos
ascendet: pparati q̃si vir ad pliũ aduersũ te
filia sion. Audiuimus famã eius. dissolute
sunt manus nostre. Tribulacõ apprehendit
nos: dolores vt parturientẽ. Nolite exire ad
agros: & in vineã ne ambuletis: qm̃ gladi?
inimici pauor in circuitu. filia populi mei
accingere cilicio. & aspernere cinere: luctũ
vnigeniti fac tibi planctũ amarũ: quia repen
te veniet vastator sup vos. Probatorẽ dedi
te in populo meo robustum: & scies & pro-
babis vias eoꝝ. Omnes isti principes decli
nantium: ambulantes fraudulenter. Es &
ferrum: vniuersi corrupti sunt: Defecit su-
flatorium in igne: consumptum est plumbum
Frustra cõflauit cõflator: malicie enim eoꝝ
non sunt consumpte. Argentum reprobum
vocate eos: qꝛ dñs piecit illos. Ca. VII.

Verbū quod factū est ad ihēmiam a dño dicens · Sta in porta dom? dñi & p̄dica ibi v̄bū istud & dic. Audite v̄bu dñi oīs iuda: q̄ ingredimini p portas has · vt adorētis dñm. Hec dicit dñs exercituū deus israhel · Bonas facite vias v̄as & studia vestra: & habitabo vobiscū in loco isto. Nolite confidere in verbis mendacij: dicētes tē plū domini · tēplū domini · tēplum domini est · Quoniam si bñdixeritis vias vestras et studia vestra · si feceritis iudiciū inter virū et p ximū ei? · aduene et pupillo et vidue nō feceritis calūniam: nec sāguinē innocētē effundetis in loco hoc · & post deos alienos non ambulaueritis in malū vobismetipis: habitabo vobiscū in loco isto in terra quam dedi patribus vestris a seculo & vsq; in seculum · Ecce vos cōfiditis vobis in sermonibus mendacij qui nō p̄derūt vobis: furari · occidere · adulterari · iurare mēdacit · libare baalim: & ire post deos alienos quos ignoratis. Et venistis & stetistis coram me in domo hac in qua inuocatum est nomen meū: & dixistis liberati sumus eo q̄ fecerimus omnes abominatōes istas · Numquid ergo spelūca latrouū facta est domus ista: in qua inuocatū ē nomē meū in oculis vestris? Ego ego sū: ego vidi dicit dñs · Ite ad locū meū i silo vbi habitauit nomen meum a principio: & videte que fecerim ei p̄t malicia populi mei israhel Et nūc quia fecistis omnia opera hec dicit dom?: et locutus sum ad vos mane surgēs & loquēs & non audistis: & vocaui vos & ñ rndistis faciaz domui huic in qua inuocatū ē nomen meum & in qua vos habetis fiduciam & loco quē dedi vobis & p̄tibo v̄is sicut feci silo: & p̄iciam vos a facie mea sicut proieci omnes fratres vr̄os vniuersū semen ephraim · Tu ergo noli orare p populo hoc: nec assumas p eis landē & oracōnē: & nō obsistas michi q̄ nō exaudiā te · Nōne vides quid isti faciunt in ciuitatibus iuda · & nō in plateis ihe rusalem? Filij colligūt ligna: & p̄res succendūt ignem: & mulieres spergūt adipem vt faciāt placētas regine celi & libent diis alienis: & me ad iracundiā puocēt · Nūq̄d me ad iracundiā puocāt dicit dñs. Nonne semetipsos in cōfusionem vultus sui? Ideo hec dicit dñs deus · Ecce furor meus & indignacō mea cōflab̄ sup locū istū sup viros & sup iumēta & sup lignū regionis & sup fruges terre: et succendetur & nō extinguet̄ · Hec dicit dñs exercituū deus israhel · Holocaustomata vr̄a addite victimis vestris & comedite carnes q̄ nō sum locut? cū p̄ribo vestris & nō p̄cepi eis in die qua eduxi eos de terra egipti de vbo holocaustomatū & victimar̄: s̄ hoc verbum p̄cepi eis dicens · Audite voc̄ meā & ero vobis deus & vos eritis michi populus: & ambulate in oī via quā mandaui vobis vt bene sit vobis. Et nō audierūt nec inclinauerunt aurē suaz: s̄ abierūt i voluptatibo & in p̄uitate cordis sui mali: factiq; sūt retrorsum & non in ante a die qua egressi sūt p̄res eor̄ de terra egipti vsq; ad diem hanc · Et misi ad eos omnes seruos meos pphetas p diem cōsurgens diluculo. & mittens: & nō audierūt me nec inclinauerūt aurem suā s̄ inclinauerūt cervicem suā · & peius opati sūt q̄ patres eor̄ · Et loqueris ad eos oīa v̄ba hec & nō audiēt te: & vocabis eos & nō rndebūt tibi · Et dices ad eos. Hec est gens que non audiuit voc̄ domini dei sui: nec recepit disciplinam · Perijt fides: & ablata est de ore eorū · Tonde capillū tuū & p̄ice · & sume in directū planctū: q̄ p̄iecit dñs & reliquit generacōnem furoris sui: q̄ fecerūt filij iuda malū i oculis meis dicit dñs · Posuer̄t offendicla sua in domo in qua inuocatū est nomē meum vt polluerēt eā: & edificauerūt excelsa thophet que est in valle filij ennon: vt incēderēt filios suos & filias suas igni · que nō p̄cepi nec cogitaui in corde meo · Ideo ecce dies venient dicit dom?: & non dicet̄ āpli? thophet & vallis filij ennon s̄ vallis interfectōnis · & sepelient̄ in thophet eo q̄ nō sit locus · Et erit morticinū populi huius in cibos volucribo celi & bestijs terre: & nō erit q̄ abigat Et quiescere faciā de vrbibo iuda & de plateis iherusalē voc̄ gaudij & voc̄ leticie: voc̄ sponsi & voc̄ sponse In desolacōē ei erit terra · In tpe illo ait dñs · eiciēt ossa · Ca · VIII · regis iuda & ossa p̄incipū eius & ossa sacerdotū & ossa pphetar̄ & ossa eor̄ qui habitauerūt iherusalē de sepulcris suis: & expādēt ea ad solem & lunā & oēm milicia celi que

dilexerũt & quibꝰ ſeruierũt & poſt que ambulauerũt: & que queſierũt & adorauerunt. Nõ colligent & nõ ſepelient: in ſterq̃linium ſup faciem terre erũt. Et eligẽt magis mortem ꝙm vitã omnes qui reliqui fuerint de cognacõne hac peſſima: in vniuerſis locis que derelicta ſunt ad que eieci eos dicit dominus exercituũ. Et dices ad eos: Hec dicit dñs. Nũquid qui cadit nõ reſurget: et qui auerſus eſt nõ reuertet? Quare ergo auerſus ẽ ꝑꝛs iſte in iheruſalẽ auerſione cõtẽcioſa? Apprehenderũt mẽdaciũ: & noluerũt reuerti. Attẽdi & auſcultaui: nemo quod bonũ ẽ loquit. Nullus eſt qui agat pẽitenciam ſup pecca to ſuo dicens: Quid feci? Omnes cõuerſi ſũt ad curſum ſuũ: quaſi equus impetu vadens in prelium. Miluus in celo cognouit tempus ſuũ: turtur & hirundo & cicoma cuſtodierũt tempus aduentus ſui: populus autem meus nõ cognouit iudiciũ dñi. Quõ dicitis ſapientes nos ſumus: & lex dñi nobiſcum eſt? Vere mendaciũ operatus eſt ſtilus mẽdax ſcribarũ. Cõfuſi ſunt ſapiẽtes: pterriti & capti ſũt. Verbũ enim dñi ꝓiecerũt: & ſapia nulla eſt in eis. Propterea dabo mulieres eorũ exteris: agros eorũ heredibo alienis. Quia a mĩmo vſq; ad maximũ oẽs auaricia ſecũt. A ꝓpheta vſq; ad ſacerdotẽ cuncti faciunt: mendaciũ. Et ſanabãt cõtricõnes filie popli mei ad ignominiã dicẽtes: pax pax: cum nõ eẽt pax. Confuſi ſunt ꝙ abominacõnem fecerũt: qm̃ ymmo cõfuſione nõ ſũt cõfuſi: & erubeſcere neſcierũt. Idcirco cadent inter corruentes: in tempe viſitacõnis ſue corruent dicit dñs. Congregans congregabo eos ait dominus. Non eſt vua in vitibo & nõ ſũt ficus in ficulnea: foliũ defluxit: & dedi eis que pretergreſſa ſũt. Quare ſedemus? Conuenite & ingrediamur ciuitatem munitam & ſileam? ibi: ꝙ dñs deus noſter ſilẽ nos fecit: & potũ dedit nobis aquam fellis. Peccauimus em̃ domino. Exſpectauimus pacem & non erat bonũ: tempus medele: & ecce formido. A Dan auditus eſt fremitus equorum eius: a voce hinnituũ pugnatorũ eius cõmota eſt omnis terra. Et venerũt et deuorauerũt terrã et plenitudinẽ eius: vrbem & habitatores ei? Quia ecce ego mittam vobis ſerpentes regulos

quibꝰ non eſt incantacõ: & mordebunt vos ait dominus. Dolor meus ſup dolorẽ: in me cor meũ merẽs. Ecce vox clamantis filie populi mei de terra longinqua. Nunquid dñs nõ eſt in ſion. aut rex eius nõ eſt in ea? Quare ergo me ad iracundiã cõcitauerũt inſculptilibus ſuis: & in vanitatibo alienis? Tranſyt meſſis: finita eſt eſtas: & nos ſaluati non ſumus. Sup cõtricõne filie ꝑſi mei cõtrit? ſũ & cõtriſtatus: ſtupor obtinuit me. Nõnquid reſina nõ ẽ in galaad. aũ medic? ñ ẽ ibi? Quare ꝯ ñ ẽ obducta citatrix filie ꝑſi mei. Ca. IX.

Vis dabit capiti meo aquã: et in oculis meis fontẽ lacrimaꝝ. Et plorabo die & nocte interfectos filie ꝑſi mei. Quis dabit me in ſolitudinẽ diuerſoriũ viatoꝝ. Et derelinquã populũ meũ & recedam ab eis: quoniã omnes adulteri ſũt & cetus ꝓuaricatorũ: & extenderũt linguam ſuaꝝ quaſi arcum mendacij & nõ veritatis. Confortati ſũt in terra: qr de malo ad malũ egreſſi ſũt: & me nõ cognouerũt dicit dñs. Vnuſquiſq; ſe a proxio ſuo cuſtodiat: & in oi fratre ſuo nõ habeat fiduciã: qr oĩs frater ſupplãtãs ſupplantabit: & oĩs amic? fraudulenter incedet: & vir fratrẽ ſuũ deridebit & veritatem non loquetur. Docuerũt enim linguã ſuã loqui mendaciũ: vt inique agerent laborauerũt. Habitacõ tua in medio doli: in dolo renuerunt ſcire me dicit dominus. Propterea hec dicit dñs exercituũ. Ecce ego conflabo & probabo eos. Quid enim aliud faciã a facie filie populi mei. Sagitta vulnerans lingua eoꝝ: dolũ locuta eſt. In ore ſuo pacem cum amico ſuo loquit: & occulte ponit ei inſidias Nũquid ſup hĩs nõ viſitabo dicit dominus: aut in gente huiuſcemodi nõ vlciſcet anima mea Sup mõtes aſſumam fletũ ac lamẽtũ. & ſup ſpecioſa deſerti planctũ quoniã incenſa ſũt eo ꝙ non ſit vir ptrãſiens: & nõ audierũt vocem poſſidentis. A volucre celi vſq; ad pecora tranſmigrauerũt & receſſerũt. Et dabo iheruſalẽ in acũos arene & cubilia draconũ: & ciuitates iuda dabo in deſolacionem eo ꝙ non ſit habitator. Quis eſt vir ſapiens qui intelligat hoc & ad quẽ verbũ oris dominifiat vt annũciet iſtud: quare perierit terra & exuſta ſit quaſi deſertum eo ꝙ nõ ſit qui

pertranseat: Et dixit dñs. Quia dereliquerũt
legem meã quã dedi eis. & nõ audierũt vocẽ
meã. & nõ ambulauerũt in ea: & abierunt
post prauitatem cordis sui: & post baalim
quod didicerũt a patribus suis: idcirco hec di
cit dñs exercituũ deus israhel. Ecce ego ci-
babo populũ istũ absinthio & potũ dabo eis
aquam fellis: & dispergam eos in gentibus
quas non nouerũt ipi & pres eorũ: & mittaz
post eos gladiũ donec cõsumantr. Hec dicit
dñs exercituũ. Contemplamini & vocate la
mentatrices vt veniãt: & ad eas q sapientes
sũt mittite & ꝓperẽt: festinẽt & assumẽt sup
nos lamentũ. Deducãt oculi nri lacrimas:
& palpebre nostre defluãt aquis. quia vox
lamentacõis audita est de sion. Quomõ va
stati sumus: & cõfusi vehemẽter. quia dereli
qmus terrã. quomã deserta sunt tabernacula
nostra. Audite ergo mulieres vbuz domini
& assumat auris vestra ꝼmonez oris eius: &
docete filias vestras lamẽtũ & vnaqqꝫ pximaz
suam planctum: qꝛ ascẽdit mors p fenestras
nostras: ingressa ẽ domos nostras: disperdẽ
paruulos deforis. iuuenes de plateis. Loqre
Hec dicit dñs. Et cadet morticinũ hominis
quasi stercus sup faciẽ regionis: & quasi fe-
nũ post tergũ metẽtis: & nõ est q colligat.
Hec dicit dñs. Nõ gloriet sapies in sapien-
cia sua. & nõ glorietur fortis in fortitudie
sua. & non gloriet dives in diviciis suis: sed
in hoc glorietr qui gloriatr. scie & nosse me:
qꝛ ego sum dominus qui facio misericordiam
& iudiciũ & iusticiam in terra. Hec enim pla-
cẽt michi ait dñs. Ecce dies veniẽt dicit do-
minus. & visitabo sup omnẽ qui incircũcisũ
habet ꝓpucium: sup egiptũ. & super iudã
& sup edom. & super filios ammon & super
moab: & sup omnes qui attonsi sunt in co-
mam habitantes in deserto: qꝛ omnes gẽtes
hũt ꝓpuciũ: ois aũt dom? israhel icircũcisi sũt

Vdite verbũ Capi. X. corde.
quod locutus est dominus sup vos
dom? isrl. Hec dicit dñs. Juxta vi-
as gẽtiũ nolite discere: & a sigms celi nolite
metuere que timent gentes: quia leges po-
pulorũ vane sunt. quia lignũ de saltu preci-
dit: opus manuũ artificis in ascia. Argẽto &
auro decorauit illud: clauis & malleis ꝓpegit
vt non dissoluat. In similitudinem plasme
fabricate sũt & nõ loquẽtur: portata tollẽtur
qꝛ incedere non valent. Nolite ergo timere
ea: qꝛ nec male possunt facere nec bene. Non ẽ
similis tui dñe: magnus es tu: & magnum
nomẽ tuum in fortitudine. Quis non timebit
te o rex gentiũ Tuũ est eñ decus. Inter cũ
ctos sapientes gentiũ. & in vniuersis regnis
eorũ. nullus est similis tui: pariter insipien-
tes & fatui ꝓbabũtr. Doctrina vanitatis eo
rũ lignũ est. Argentũ inuolutum de tharsis
affertur. & aurum de ophir opꝰ artificis &
manus erarii: iacinctus & purpura indumẽ-
tũ eorũ. Opus artificum vniuersa hec: dñs
aũt deus verus ẽ. Ipse est deus viuẽs: & rex
sempiternꝰ. Ab indignacõe eius cõmouebitr
terra: & nõ sustinebũt gentes cõminacõz eiꝰ.
Sic ergo dicetis eis. Dii qui celos & terrã
nõ fecerũt. pereãt de terra. & de hiis que sub
celo sũt. Qui fecit terrã in fortitudine sua. pꝛ-
parat orbẽ in sapiencia sua: & prudencia sua
extẽdit celos: ad vocem suam dat multitudi-
nem aquarum in celo: & eleuat nebulas ab
extremitatibus terre. Fulgura in pluuiã facit:
& educit ventum de thesauris suis. Stultꝰ
factus est omnis homo a scia sua: cõfusus est
artifex omnis in sculptili: qm falsũ ẽ qd ꝓfla
uit & nõ est spũs in eis. Vana sũt: & opus
eorũ risu dignũ. In tẽpore visitacõis sue pi-
bũt. Nõ est hiis similis pars iacob. Qui enim
formauit omnia ipse est: & israhel virga he
reditatis eius. Dñs exercituũ nomẽ illi. Cõ
grega de terra cõfusionẽ tuaz que habitas in
obsidione: quia hec dicit dñs Ecce ego longe
ꝓiciam habitatores terre in hac vice: & tri-
bulabo eos ita vt nõ inueniantr. Ve michi su
p cõtricõe mea: pessima plaga mea. Ego aũt
dixi. Plane hec infirmitas mea est: & porta
bo illam. Tabernaculũ meũ vastatum ẽ: o-
mnes funiculi mei dirupti sũt. Filii mei exie
rũt a me: & nõ subsistũt. Nõ est qui extẽdat
vltra tentoriũ meũ & erigat pelles meas: qꝛ
stulte egerũt pastores & dñm nõ quesierũt:
ꝓterea nõ intellexerũt. & omnis grex eorũ
dispersus est. Vox audicõis ecce venit: &
cõmocio magna de terra aquilonis: vt ponat
ciuitates iuda solitudinẽ & habitacula dra-
conũ. Scio dñe qꝛ non est hominis via eiꝰ:

nec viri est vt ambulet & diriget gressus suos. Corripe me dñe: veruntamen in iudicio & nō in furore tuo: ne forte ad nichilū redigas me. Effunde indignacōez tuā sup gētes que non cognouerūt te: & sup pūncias que nomē tuū nō inuocauerūt: quia comederunt iacob. & deuorauerunt eum & consumserunt illū: & decus eiꝰ dissipauerūt. ¶ Capi. XI.

Erbū qđ factū ē a dño ad ihēmā di cēs. Audite vba pacti huiꝰ: & loqmini ad viros iuda & ad habitatores iherusalem: & dicetis ad eos. Hec dicit dominus deus israhel. Maledictus vir qui ñ audierit verba pacti huius: quod precepi patribus vestris in die q̄ eduxi eos de t̄ra egipti de fornace ferrea dicens Audite vocē meam & facite oīa que p̄cepi vobis: & eritis michi ī populū & ego ero vobis ī deū: vt suscitem iuramētū qđ iurauī p̄ribꝰ vr̄is daturū me eis terrā fluētē lacte & melle sicut ē dies hec. Et respondi & dixi. Amē dñe. Et dixit dñs ad me. Vociferare oīa verba hec ī ciuitatibus iuda & foris iherusalem dicens. Audite verba pacti huius et facite illa. quia cōtestans cōtestatus sū p̄res vr̄os in die qua eduxi vos de terra egipti vsq; ad diem hāc Mane cōsurgens cōtestatus sum & dixi audite vocē meā: & non audierūt nec inclinauerūt aurē suam: sed abierūt vnusquisq; in prauitate cordis sui mali. Et induxi super eos omnia verba pacti huius: qđ p̄cepi vt facerēt & nō fecerūt. Et dixit dñs ad me. Inuēta ē cōiuratiō in viris iuda & in habitatoribꝰ iherusalē. Reuersi sūt ad iniquitates patrū suoꝝ priorez: q̄ noluerūt audire verba mea Et hij ergo abierūt post deos alienos vt seruirent eis. Irritum fecerunt domus israhel & domus iuda pactum meum: qđ pepigi cū p̄ribꝰ eoꝝ. Quamobrem hec dicit dñs. Ecce ego inducā super eos mala & quibꝰ exire ñ potuerūt: & clamabūt ad me & nō exaudiaz eos. Et ibunt ciuitates iuda & habitatores iherusalem & clamabūt ad eos quibꝰ libant & nō saluabūt eos in tpe afflictōnis eorū. Secōm enim numerū ciuitatū tuarū erāt dij tui iuda: & secōm numerū viaꝝ iherusalē posuisti aras cōfusionis: aras ad libandum baalim. Tu ergo noli orare p populo hoc & ne assumas p eis laudē & oracōem: q; nō audiam in tempe clamoris eorū ad me: in tempore afflictōnis eoꝝ. Quid est quod dilect⁹ meus in domo mea facit scelera multa. Nun quid carnes sancte auferēt a te malicias tuas: in quibꝰ gloriata es Olivam vberem pulcram fructiferā speciosā vocauit dñs nomē tuū. Ad vocē loquele grandis exarsit ignis in ea: & cōbusta sūt frutecta eius. Et domin⁹ exercituū. qui plantauit te locutus ē sup te malū: p malis domus israhel & domus iuda q̄ fecerūt sibi ad irritandū me libantes baalim. Tu aūt domine demonstrasti michi & cognoui: tu ostendisti michi studia eoꝝ: & ego quasi agnus mansuetus q̄ portat ad victimā. Et nō cognoui quia cogitauerūt sup me cōsilia dicētes: mittamus lignū in panē eius. & eradam⁹ eū de terra viuenciū: & nomen eius non memoret amplius. Tu autez domine sabaoth q̄ iudicas iuste & probas renes & corda: videam vltionē tuam ex eis. Tibi enim reuelaui causam meā. Propterea hec dicit dñs ad viros anathot: qui querūt aīaz tuā & dicūt. Non ꝓphetabis ī noīe dñi & non morieris in manibꝰ nr̄is. Propterea hec dicit dñs exercituum. Ecce ego visitabo sup eos. Iuuenes morient in gladio: filij eorum & filie eorū morient in fame: & reliq̄e non erūt ex eis. Inducam em̄ malū sup viros anathot: ānū visi tacōis eoꝝ. ¶ Ca. XII

Iustus quidē tu es dñe si disputē tecum: veruntamen iusta loquar ad te. quare via impiorum ꝓsperatur: bene est ommibꝰ q̄ p̄uaricant. & inique agūt: Plantasti eos & radicē miserūt: ꝓficiūt & faciūt fructū. Prope es tu ori eoꝝ: & longe a renibꝰ eoꝝ. Et tu domine nosti me: vidisti me & ꝓbasti cor meū tecū. Congrega eos quasi gregē ad victimā & sanctifica eos in die occisionis. Vsq;quo lugebit terra: & herba oīs regiōis siccabitur ꝓpt̄ malicia habitāciū in ea. Cōsumptū est animal & volucre: quoniā dixerunt non videbit nouissima nr̄a. Si cū peditibus curreres laborasti: quō cōtendere poteris cū eq̄s. Cū aūt in terra pacis securus fueris: q̄d facies in supbia iordanis. Nam et fratres tui & domus patris tui. etiam ipsi pugnauerūt aduersū te: & clamauerūt p⁹ te plena voce.

Ne credas eis: cum locuti fuerint tibi bona.
Reliqui domū meā: dimisi hereditatē meam
Dedi dilectā animam meā in manū inimico
rū eius. Facta est michi hereditas mea qua-
si leo in silua. Dedit cōtra me vocē: ideo odiui
eam. Nunquid auis discolor hereditas mea
michi? Nūquid auis tincta per totum. Venite
cōgregamini omnes bestie terre: properate ad de
uorandū. Pastores multi demoliti sunt vi-
neam meam: cōculcauerūt partē meā. Dede
rūt portionem meā desiderabilē in desertū solitu
dinis: posuerūt eā in dissipationē: luxit sup
me. Desolatione desolata est omnis terra:
q nullus est qui recogitet corde. Super omnes
vias deserti venerūt omnes vastatores: quia
gladius domini deuorauit ab extremo terre
usq ad extremū eius. Non est pax vniuerse
carni. Seminauerūt triticū & spinas messu
erūt: hereditatē acceperūt: & nō proderit. Cō
fundemini a fructibus vris: propter iram furoris
domini. Hec dicit dns aduersū omnes vicinos
meos pessimos: qui tangūt hereditatē quaz
distribui populo meo israhel Ecce ego euel
lam eos de terra eoz: & domū iuda euellam de
medio eoz. Et cum euulsero eos cōuertar &
miserebor eoz: & reducā eos virū ad heredi
tatem suā: & virū in terrā su ā. Et erit si eru
diti didicerīt vias populi mei vt iurent i no
mine meo vivit dns. sicut docuerūt populū
meū iurare in baal: edificabūt in medio po-
puli mei. Quod si nō audierint: euellā gētem
illā euulsione & perditione ait dns. Ca. XIII.

Hec dicit dns ad me. Vade & possi-
de tibi lūbare lineū: & pones illud
sup lūbos tuos: & i aquā nō inferes
illud. Et possedi lūbare iuxta vbū dni: &
posui circa lūbos meos Et factus est sermo dni
ad me secūdo dicēs. Tolle lūbare qd posse-
disti quod est circa lūbos tuos: & surgens
vade ad eufraten: & absconde ibi illud in fo
ramine petre. Et abij & abscondi illud in eu
fraten: sicut preceperat michi dns. Et factū est
post dies plurimos: dixit dns ad me. Sur-
ge & vade ad eufraten: & tolle inde lumbare
quod precepi tibi vt absconderes illud ibi.
Et abij ad eufraten: & fodi & tuli lūbare de
loco vbi absconderā illud. Et ecce computrue-
rat lūbare: ita vt nulli vsui aptum esset. Et
factū est verbū domini ad me dicēs. Hec di
cit dns. Sic putrescere faciā superbiā iuda &
superbiā iherusalē multā: populū istum pessi
mū qui nolūt audire verba mea: & ambulāt
in pūtate cordis sui: abieruntq post deos ali
enos vt seruirēt eis & adorarēt eos. Et erūt
sicut lūbare istud: quod nulli vsui aptum est
Sicut enim adheret lūbare ad lumbos viri
sic agglutinaui michi omnē domū israhel &
oēm domū iuda dicit dns vt esset michi in po
pulū & in nomē & i laudē & i glaz: & non
audierūt. Dices ḡ ad eos sermonē istū. Hec
dicit dns deus israhel. Omnis laguncula iple-
bit vino. Et dicent ad te. Nunquid ignora-
mus quia omnis laguncula implebitur vino
Et dices ad eos. Hec dicit dominus. Ecce e-
go implebo omnes habitatores terre huius
& reges qui sedent de stirpe dauid super thro-
nū eius. & sacerdotes & prophetas & omnes ha
bitatores iherusalē ebrietate: & disperdam e
os virū a fratre suo: & patres & filios pari
ter ait dns. Non parcā & nō cōcedā: neq mi
serebor vt non disperdā eos. Audite & au-
ribus percipite: nolite eleuari: q dns locut? ē.
Date domino deo vestro gloriā anteq cōtene-
brescat: & anteq offendant pedes vestri
ad montes caliginosos. Exspectabitis lucē:
& ponet eā in vmbrā mortis. & in caligine.
Quod si hoc nō audieritis: in abscondito plo
rabit anima mea a facie superbie. Plorās plo
rabitis & deducet oculus meus lacrimā: q
capt? ē grex dni. Dic regi & dnatrici. Hu
miliamini: sedete in terra: quō descendet de
capite vestro corona glorie vestre. Ciuita
tes austri clause sūt: & nō ē q aperiat. Trāsla
ta est omnis iuda transmigratione perfecta
Leuate oculos vestros & videte: qui venitis
ab aquilone. Vbi est grex q datus est tibi:
pecus inclitū tuū? Quid dices cū visitauerit
te? Tu enim docuisti eos aduersū te: & eru-
disti in caput tuū. Nūquid nō dolores appre
hēderūt te q̄si mulierē parturientē? Quod si
dixeris in corde tuo quare venerūt michi hec
propter multitudinē iniquitatis tue reuelata
sunt verecundiora tua: pollute sūt plante tue
Si mutare potest ethiops pellem suam
aut pardus varietates suas: & vos poteri-
tis benefacere cum didiceritis malum. Et

disseminabō eos quasi stipulā que vento rā ptaī in deserto · Hec sors tua pars mensure tue a me dicit dñs: q oblita es mei & cōfisa es in mendacio · Vnde & ego nudaui femora tua cōtra faciem tuā & apparuit ignominia tua: adulteria tua & hinnitus tuus & scel? formicacōis tue · Super colles in agro vidi abominacōes tuas · Ve tibi iherusalē · Nō mūdaberis p? me · Vsq; adhuc

Ca. XIIII.

Verbū dñi q̄ factū ē ad ieremiā de fmōibo siccitatis · Luxit iudea: et porte eius corruerūt & obscurate sūt in terra: & clamor iherusalē ascendit · Maiores miserūt minores suos ad aquā: venerūt adhauriendū · Nō inuenerūt aquam: reportauerunt vasa sua vacua Confusi sūt & afflicti: et operuerūt capita sua ꝓpter terre vastitatem: q non venit pluuia in terrā · Confusi sūt agricole: operuerūt capita sua · Nā & cerua in agro pepit & reliquit q̄ nō erat herba: & onagri steterūt in rupibo · Traxerūt vētum quasi dracones: defecerūt oculi eor q̄ non erat herba · Si iniquitates nostre rūderint nobis: dñe fac ꝓpter nomē tuū: quoniā multe sūt auersiones nostre · Tibi peccauimus exspectatio israhel: saluator noster in tpe tribulacōis Quare quasi colonus futurus es in terra: & quasi viator declinans ad manendū? Quare futurus es velut vir vagus: & fortis qui non potest saluare? Tu aūt in nobis es dñe: & nomē tuū inuocatū est sup nos: ne derelinquas nos · Hec dicit dñs populo huic qui dilexit mouere pedes suos & nō quieuit: & dño non placuit · Nūc recordabit iniquitatū eor: & visitabit peccata eor · Et dixit dñs ad me · Noli orare pro populo isto in bonū · Cum ieiunauerint non exaudiā pces eor: & si obtulerint holocaustomata & victimas non suscipiam ea: quoniam gladio & fame & peste ego cōsumam eos · Et dixi · A a a dñe deus · Prophete dicūt eis · Nō videbitis gladium & fames nō erit in vobis: sed pacē verā dabit vobis in loco isto · Et dixit dñs ad me · Falso ꝓphete vaticinātur in nomine meo · Nō misi eos: & nō ꝓcepi eis: neq; locutus sū ad eos Visionē mendacē & diuinacōez fraudulentā: & seductōez cordis sui ꝓphetāt vobis · Idcirco hec dicit dñs de ꝓphetis q̄ ꝓphetant in nomine meo quos ego non misi: dicentes gladius & fames non erit in terra hac · In gladio fame cōsumentur ꝓphete illi: & populi quibo ꝓphetauerūt erūt ꝓiecti in vijs iherusalem p̄ fame & gladio: & n erit q̄ sepeliat eos: ipi & vxores eor filij & filie eor & effundā sup eos malū suū · Et dices ad eos verbū istud · Deducāt oculi mei lacrimas p nocte & die & nō taceāt: quoniā cōtricōe magā cōtrita est virgo filia populi mei: plaga pessima vehemēter · Si egressus fuero ad agros ecce occisi gladio: & si introiero in ciuitatez ecce attenuati fame · Propheta nāq; & sacerdos abierūt i terrā quā ignorabāt · Nūquid piciēs abiecisti iudā: ā sion abominata est anima tua? Quare ergo percussisti nos ita vt nulla sit sanitas? Exspectauimus pacem & nō est bonū: & tempus curationis: & ecce turbacō · Cognouimus dñe impietates nostras: iniquitates p̄rm nostror q̄ peccauimus tibi · Ne des nos in opprobrium propter nomē tuū neq; facias nobis cōtumeliā · Recolli gloríe tue recordare: ne irritū facias fed? tuū nobiscū · Nunquid sūt in sculptilibo gentium qui pluāt: aut celi possunt dare imbres nisi tu volueris? Nōne tu es dñs deus nr̄ quē exspectauimus? Tu michi fecisti omnia hec

Et dixit dñs ad me ·

Ca. XV

Si steterīt moyses et samuel corā me: nō est aīa mea ad populū istū · Eice illos a facie mea: & egrediat · Quod si dixerīt ad te q̄ egrediemur: dices ad eos: Hec dicit dñs · Qui ad mortē ad mortē · & qui ad gladiū ad gladiū: & q̄ ad famē ad famē: & q̄ ad captiuitatē ad captiuitatē · Et visitabo sup eos q̄tuor spēs dicit dñs · Gladium ad occisionē · & canes ad latrādū: & volatilia celi & bestias terre ad deuorādū & dissipādū: & dabo eos in feruorē vniuersis regnis terre ꝓpter manassen filiū ezechie regis iuda sup ommibo q̄ fecit in iherusalē · Quis enim miserebit tui iherusalē? Aut quis cōtristabit ꝓte Aut quis ibit ad rogādum pro pace tua Tu reliquisti me dicit dominus: retrorsū abisti · Et extendā manū meā sup te: & īfficiāte · Laborauī rogās Et dispergam eos vēti labro in portis tre · Interfeci & dispdidi ꝓplz meum: & tamen a vijs suis non sunt reuersi

Multiplicate sũt michi vidue eius: sup hare nã maris. Jnduxi eis sup matrẽ adolescẽtis vastatorẽ meridie: misi sup ciuitates re pẽte ter orẽ. Jnfirmata est q̃ pepit septẽ: defecit aĩa eius. Occidit ei sol cũ adhuc eẽt dies: cõ fusa est & erubuit. Et residuos eius in gladi um dabo in cõspectu inimicorũ eorũ ait dñs deus. Ve michi mater mea. Quare genuisti me virũ rixe: virũ discordie in vniuersã ter ra! Nõ feneraui: nec feneravit michi quisq̃. Omnes maledicũt michi dicit dñs. Si nõ re liquie tue in bonũ: si nõ occurrerit tibi ĩ tpe afflictõis: & in tempore tribulacõis aduer sum inimicũ. Nunquid fœderabit ferrũ ferro ab aquilone & es? Diuicias tuas & thesau ros tuos in direpcõe dabo gratis ĩ oĩbo pctis tuis: & in oĩbo terminis tuis. Et adducã inimicos tuos de terra quã nescis: q̃ ignis succensus est in furore meo: & sup vos ardebit. Tu scis dñe: & recordare mei & visita me: & tuẽ me ab hijs qui psecũt̃ me. Noli ĩ patiẽcia tua suscipere me. Scito quoniã sustinui ꝓpter te obprobriũ. Jnuenti sũt ſmones tui: & comedi eos. Et factũ est michi vbũ tuũ in gaudiũ & ĩ leticiã cordis mei: qñ inuocatũ est nomẽ tuũ sup me. dñs deus exercituũ. Nõ sedi in cõcilio ludẽtiũ: & gloriatus sum a facie manus tue. Dolus sedebat: quoniã amaritudine replesti me. Quare factus ẽ dolor meus ꝑpetuꝰ: & plaga mea desperabilis? Renuit curari. Facta est michi quasi mendaciũ aquarũ infideliũ. Propter hoc hec dicit dñs. Si cõuerteris cõuertã te. & ante faciem meã stabis: et si seperaueris pcio sum a vili: quasi os meũ eris. Conuertẽtur ipi ad te: & tu nõ cõuerteris ad eos. Et dabo te populo huic in murũ ereum fortem: & bella bũt aduersum te & nõ ꝓualebũt: quia ego tecum sũ vt saluẽ te & eruam te dicit dominꝰ. Et liberabo te de manu pessimorũ: & reclmã te de manu fortiũ

Capitu. XVI.

Et factũ est vbũ dñi ad me dicẽs. Nõ accipies vxorẽ: & nõ erũt tibi filij & filie ĩ loco isto. Quia hec dicit dñs sup filios & filias q̃ generãt ĩ loco isto: & sup mrs eorũ q̃ genuerũt eos: & sup pres eorum de quorum stirpe sunt nati in tra hac Mortibus egrotationum morientur. Non plangentur & nõ sepelient̃: insterquilinium sup faciẽ terre erũt Et gladio & fame cõsum mẽt̃: et erit cadauer eorũ ĩ escã volatilibo celi & bestijs terre. Hec enim dicit dñs. Ne ingrediaris domum conuiuij neq̃ vadas ad plangendũ: neq̃ cõsoleris eos quia abstuli pacem meam a populo isto dicit dominus: misericordiã & miseracões. Et morient̃ grãdes & parui in terra ista: nõ sepelient̃ neq̃ plãgent̃: & nõ se incidẽt neq̃ calui cium fiet ꝓ eis. Et nõ frangẽt inter eos lugenti panem ad cõsolandũ sup mortuo: & nõ dabũt eis potũ calicis ad cõsolãdũ super patre suo & mre Et domũ cõuiuij nõ ingrediaris vt sedeas cũ eis et comedas & bibas: q̃ hec dicit dñs exercituũ deus israhel. Ecce ego auferã de loco isto ĩ oculis vestris & ĩ diebo vrĩs vocem gaudij & vocẽ leticie: vocem sponsi & vocem sponse. Et cũ annũciaueris populo huic omnia vba hec & dixerĩt tibi. quare locut? ẽ dñs sup nos omne malũ grande istud: que nostra iniquitas & q̃ peccatũ nostrum quod peccauimus domino deo nostro: dices ad eos Quia dereliquerũt me patres vestri ait dñs: & abierũt post deos alienos & seruierũt eis. & adorauerũt eos: et me dereliquerũt et legem meam nõ custodierũt. Sed et vos pei? operati estis q̃ patres vestri. Ecce enim ambulat vnusquisq̃ post prauitatem cordis sui mali: vt me nõ audiat. Et eiciã vos de terra hac in terram quã ignoratis vos et patres vestri: et seruietis ibi dijs aliemis die ac nocte qui non dabũt vobis requiẽ. Propterea ecce dies venĩt dicit dñs: et nõ dicet̃ vltra vnit dñs qui eduxit filios israhel de terra egipti. sed vivit dñs q̃ eduxit filios israhel de terra aquilonis. et de vniuersis terris ad q̃s eieci illos: et reducã eos in terrã suam quam dedi patribo eorũ. Ecce ego mittã piscatores multos dicit dñs: et piscabũtur eos. Et p? hec mittam eis multos venatores et venabũt eos de oĩi monte et de oĩ colle et de cauernis petrarũ. q̃ oculi mei sup oẽs vias eorum Non sũt abscondite a facie mea: et non fuit occultata iniquitas eorũ ab oculis meis. Et reddam primũ duplices iniquitates et pcta eorũ: q̃ cõtaminauerũt terram meã ĩ mortiferis ydolorũ suorũ: & abominacõibus suis

Jere

impleuerũt hereditatẽ meam. Dñe fortitudo mea & robur meũ: & refugium meum in die tribulacõis. Ad te gentes vement ab extremis terre &. dicẽt. Vere mendaciũ possederũt patres nostri: vanitatẽ que eis non profuit. Nunquid faciet sibi homo deos ; Et ipsi non sunt dñi. Idcirco ecce ego ostendã eis per vicẽ hanc: ostendã eis manũ meã & virtutem meã: & sciẽt q̃ nom̃ michi dñs. Ca. XVII.

mea vltra q̃p terre q̃ in circuitu eius sũt · Judicia em̃ mea proiecerũt: & ī preceptis meis nõ ambulauerũt · Idcirco hec dicit dñs de? · Quia superastis gentes q̃ in circuitu vr̃o sũt & in preceptis meis non ambulastis & iudicia mea nõ fecistis: & iuxta iudicia gentiũ q̃ in circuitu vestro sunt nõ estis operati: ideo hec dicit dñs de? · Ecce ego ad te: & ipe ego faciam in medio tui iudicia in oculis gentiũ: & faciã ī te que nõ feci · & quibo similia vltra nõ faciã: ꝓpter oẽs abominationes tuas · Ideo comedent patres filios in medio tui · & filij comedẽt patres suos · Et faciã in te iudicia: & ventilabo vniuersas reliquias tuas in oẽz ventũ · Idcirco viuo ego dicit dñs deus misi ꝓ eo q̃ sanctũ meũ violasti in ommbo offensionibo tuis & in cunctis abominationibus tuis: :ego quoq̃ confringam: & non parcz oculus meus & non miserebor · Tercia pars tui peste morietur & fame cõsumet̃ in medio tui: & tercia pars tui in gladio cadet in circuitu tuo · Terciã vero partẽ tuã in omnem ventũ dispergã: & gladium euaginabo post eos · Et cõplebo furorẽ meũ: & requiescere faciã indignationẽ meã in eis: & cõsolabor · Et scient q̃ ego dñs locut? sum in zelo meo: cũ impleuero omnem indignationẽ meã in eis · Et dabo te in desertũ & in obprobriũ gẽtibo que in circuitu tuo sunt: in conspectu omnis pretereũtis · Et eris obprobrium & blasphemia exemplũ & stupor in gentibo que in circuitu tuo sũt: cũ fecero in te iudicia in furore & in indignatione & in increpatiõibo ire q̃ ego dñs locut? sũ: qñ misero sagittas famis pessimas in vos q̃ erũt mortifere: & q̃s mittã vt disperdã vos · Et famẽ cõgregabo super vos: & cõterã in vob̃ baculũ panis: & immittã in vos famẽ & bestias pessimas vsq̃ ad interitiõẽ · Et pestilentia & sanguis trãsibũt per te: & gladium inducam sup te · Ego dñs locut? sum · Capi · VI ·

Et factus est sermo domini ad me dicens · Fili hominis · pone faciem tuam ad montes israhel: & prophetabis ad eos & dices · Montes israhel audite verbum domini dei · Hec dicit dominus deus montibo & collibo rupibus & vallibo · Ecce ego inducam super vos gladium & disperdã excelsa vestra: & demoliar aras vr̃as & confringentur simulacra vr̃a: & deiciam interfectos vr̃os ante ydola vestra · Et dabo cadauera filioꝝ israhel ante faciẽ simulacroꝝ vestroꝝ: & dispergam ossa vr̃a circũ aras vr̃as in ommbo habitatiombo vestris · Vrbes deserte erunt: & excelsa demolienẽ & dissipabunẽ: & interibũt are vr̃e & cõfringenẽ: & cessabũt ydola vr̃a: & cõterenẽ delubra vr̃a: & delebunẽ opa vr̃a: & cadet interfect? ī medio vestri: & scietis q̃ ego sũ dñs · Et relinquã in vob̃ eos q̃ fugerint gladiũ ī gentibo· cũ dispersero vos in terris: & recordabuntur mei liberati vestri in gentibo ad q̃s captiui ducti sũt: q̃ cõtriui cor eoꝝ formicas & recedẽs a me · & oculos eoꝝ formicãtes post ydola sua: & displicebũt sibimet sup malis q̃ fecerãt in vniuerb̃ abominationibo suis: & scient q̃ ego dñs · nõ frustra locutus sũ vt facerem eis malum hoc · Hec dicit dñs de? · Percute manũ tuã & allide pedem tuũ: & dic heu ad omnes abominatõnes malorꝝ domus israhel: q̃ gladio fame & peste ruituri sũt · Qui lõge est peste morient̃: q̃ aũt ꝓpe · gladio corruet: & qui relictus fuerit & obsessus · fame morient̃ · Et cõplebo indignationẽ meã in eis: & scietis q̃ ego dñs cũ fuerint̃ interfecti vri in medio ydolorꝝ vroꝝ in circuitu araꝝ vrãꝝ ī omni colle excelso · & in cunctis sũmitatibo montiũ: & subt? oñe lignũ nemorosum & subt? vniuersam q̃rcũfrondosam id est locum vbi accenderunt thura redolentia vniuersis ydolis suis · Et extendã manũ meã sup eos: & faciã terrã eoꝝ desolatã & destitutã a deserto de blatha in oñibo hitatiombo eoꝝ: & scient q̃ ego dñs · Ca · VII ·

Et tu fili hois: hec dicit dñs deus terre israhel · Finis venit: venit finis sup q̃tuor plagas terre · Nũc finis sup te: & immittã furorẽ meũ in te · Et iudicabo te iuxta vias tuas: Et ponã otra te oẽs abominatões tuas · Et nõ parcet oculꝰ me? sup te & non miserebor: sed vias tuas ponã sup te & abominationes tue ī medio tui erũt: & scietis q̃ ego dñs · Hec dicit dñs deus · Afflictõ vna: afflictio ecce venit · Finis venit: venit finis · Evigilauit aduersũ te: ecce veĩt · Veĩt otricõ

super te qui habitas in terra. Venit tempus
appropinquat dies occisionis: & non gaudium montium
nunc de propinquo effundam iram meam super te:
& complebo furorem meum in te. Et iudicabo te
secundum vias tuas: & imponam tibi omnia scele-
ra tua. Et non parcet oculus meus nec mi-
sereboz: sed vias tuas imponam tibi. & abomi
nationes tue in medio tui erunt: & scietis quia
ego sum dominus percutiens. Ecce dies: ecce venit.
Egressa est contritio. floruit virga. germinauit
superbia: iniquitas surrexit in virga impietatis.
non ex eis non ex populo neque ex sonitu eo
rum: & non erit requies in eis. venit tempus
appropinquauit dies. Qui emit non letetur. &
qui vendit non lugeat. quia ira super omnem
populum eius: quia qui vendit ad id quod ve
nundatum non reuertetur: & adhuc in viuentibus vi
ta eorum. Visio enim ad omnem multitudinem
eius non regredietur. & vir in iniquitate vite sue non
confortabitur. Canite tuba: preparentur omnes
& non est qui vadat ad prelium. Ira enim mea
super vniuersum populum eius. Gladius foris
pestis & fames intrinsecus. Qui in agro est gla
dio morietur: & qui in ciuitate. pestilentia &
fame deuorabuntur: & saluabuntur qui fugerint
ex eis. Et erunt in montibus quasi columbe con
uallium: omnes trepidi: vnusquisque in iniqui-
tate sua. Omnes manus dissoluentur: & omnia
genua fluent aquis. Et accingent se cilicijs
& operiet eos formido: & in omni facie con-
fusio: & in vniuersis capitibus eorum calui cium.
Argentum eorum foris proicietur: & aurum eo
rum in sterquilinium erit. Argentum eorum
& aurum eorum non valebit liberare eos: in die
furoris domini. Animam suam non saturabunt
& ventres eorum non implebuntur: quia scanda-
lum iniquitatis eorum factum est: & ornamen-
tum monilium suorum in superbiam posuerunt
& imagines abominationum suarum & simula-
crorum fecerunt ex eo. Propter hoc dedi eis il-
lud in immunditiam: et dabo illud in manus
alienorum ad diripiendum & impijs terre in pre
dam: & contaminabunt illud. Et auertam faci
em meam ab eis: & violabunt archanum meum
& introibunt in illud emissarij: & contaminabunt
illud. Fac conclusionem: quoniam terra plena est
iudicio sanguinum: & ciuitas plena iniquitate.
Et adducam pessimos de gentibus: & possidebunt

domos eorum. Et quiescere faciam superbiam
potentium: & possidebuntur sanctuaria eorum. An-
gustia supueniente requirent pacem: et non erit.
Conturbatio super conturbationem veniet: & au-
ditus super auditum. Et querent visionem
de propheta: & lex peribit a sacerdote: & consilium
a senioribus. Rex lugebit: & principes induent
merore: & manus populi terre conturba
buntur. Secundum viam eorum faciam eis: & secun
dum iudicia eorum iudicabo eos: & scient quia ego
dominus.

Ca. VIII.

Et factum est in anno sexto. in sexto mense
sexto in quinta mensis: ego sedebam in domo
mea: & senes iuda sedebant coram me
Et cecidit ibi super me manus domini dei. Et vidi
& ecce similitudo quasi aspectus ignis. Ab
aspectu lumborum eius & deorsum ignis: & a
lumbis eius & sursum. quasi aspectus splen-
doris & visio electri Et emissa similitudo ma
nus apprehendit me in cincinno capitis mei:
& eleuauit me spiritus inter celum & terram &
adduxit me in hierusalem in visione dei in-
xta hostium interius. quod respiciebat ad aquilo
nem. vbi erat statutum ydolum zeli ad pro-
uocandam emulationem. Et ecce ibi gloria dei
israhel secundum visionem quam videram in campo
& dixit ad me. Fili hominis. leua oculos tu
os ad viam aquilonis. Et leuaui oculos meos
ad viam aquilonis: & ecce ab aquilone porte
altaris. ydolum zeli in ipso introitu. Et di-
xit ad me. Fili hominis: putas ne vides tu quid
isti faciunt. abominationes magnas quas do
mus israhel facit hic. vt procul recedam a
sanctuario meo? Et adhuc conuersus. videbis
abominationes maiores. Et introduxit me ad
hostium atrij. Et vidi: & ecce foramen vnum
in parietem. Et dixit ad me. Fili hominis fode
parietem. Et cum fodissem parietem. apparuit
hostium vnum Et dixit ad me. Ingredere: &
vide abominationes pessimas quas isti faciunt
hic. Et ingressus vidi & ecce omnis similitu
do reptilium & animaliū abominatio: & vni-
uersa ydola domus israhel depicta erant in pari
ete in circuitu per totum. Et septuaginta viri de
senioribus domus israhel. & iechonias filius sa-
phan stabat in medio eorum stantium ante picturas
& vnusquisque habebat thuribulum in manu
sua: & vapor nebule de thure consurgebat.

Et dixit ad me · Certe vides fili hominis q̃ seniores domus israhel faciũt ī tenebris: vnusquisq; in abscõdito cubilis sui. Dicũt enim Non videt dñs nos · Dereliquit dñs terram Et dixit ad me · Adhuc cõuersus videbis abominatões maiores quas isti faciũt · Et ītroduxit me p hostiũ portę domus dñi qđ respiciebat ad aq̃lonem · Et ecce ibi mulieres sedebant plangẽtes adonidẽ · & dixit ad me · Certe vidisti fili hois · Adhuc cõuersus videbis abominatões maiores hĩs · Et introduxit me ī atriũ domus dñi interioris · Et ecce in hostio templi dñi inter vestibulũ et altare q̃si viginti q̃nq; viri dorsa habentes ctra templũ dñi & facies ad orientẽ · & adorabãt ad ortũ solis · & dixit ad me · Certe vidisti fili hois · Numq̃d leue ẽ hoc domui iuda · vt facerent abominatões istas q̃s fecerũt hic · quia replentes terrã iniq̃tate cõuersi sũt ad irritãdum me · Et ecce applicant ramũ ad nares suas · Ergo & ego faciã in furore: non pcet oculus meus · nec miserebor: & cũ clamauerĩt ad aures meas voce magna nõ exaudiã eos

Ca · IX

Et clamauit in auribus meis voce magna dicens · Appropinq̃querũt visitatões vrbi: & vnusquisq; vas interfectionis habet in manu sua · Et ecce sex viri veniebant de via portę superioris que respicit ad aq̃lonem · & vnusquisq; vas interitus in manu eius · Vir q̃s vnus in medio eorum vestitus lineis: & attramẽtarium scriptoris ad renes eius Et ingressi sũt: & steterũt iuxta altare eneum Et gloria dñi israhel assumpta est de cherub que erat sup eum ad limen domus · & vocauit virum q̃ indutus erat lineis: & attramẽtarium scriptoris habebat ī lumbis suis Et dixit dñs ad eum · Trãsite p mediã ciuitatis in medio iherusalem & signa thau sup frontes virorum gemẽciũ & dolẽciũ sup cũctis abominatõibus q̃ fiũt in medio eius · Et illis dixit audiẽte me Transite per ciuitatem sequentes eum · & percutite · Nõ pcat oculus vr: neq; misereamini Senem adolescentulum & virginem · paruulum & mulieres interficite · vsq; ad internitõnem · Omnem autem super quem videritis thau ne occidatis: & a sanctuario meo incipite · Ceperunt ergo a viris seniorib: qui erant ante faciem domus · Et dixit ad eos · Contaminate domũ · & implete atria interfectis · Egredimini · & egressi sũt: & percuciebãt eos q̃ erãt in ciuitate · Et cede completa remãsi ego: ruiq; sup faciẽ meã: & clamãs aio · Heu heu heu dñe deus · Ergo ne disperdes omnes reliquias israhel effundẽs furorem tuũ sup iherusalem · Et dixit ad me · Iniq̃tas domus israhel & iuda magna ẽ nimis valde: & repleta ẽ terra sanguinibus: & ciuitas repleta ẽ auersione Dixerũt enim · dereliquit dñs terrã: & dñs non videt · Igit̃ & me non parcet oculus: neq; miserebor · Viam eorum sup caput eorum reddam · Et ecce vir q̃ erat indutus lineis q̃ habebat atramẽtariũ ī dorso suo: rndit vbũ dicẽs · Feci sic̃ pcepisti mihi ·

Ca · X ·

Et vidi: & ecce in firmamẽto quod erat sup caput cherubim q̃si lapis saphiri: & quasi species similitudinis soliꝰ apparuit sup eũ Et dixit ad virum q̃ indutus erat lineis: & ait · Ingredere in medio rotarum qui sunt subtus cherubim & imple manum tuam prunis ignis que sũt inter cherubim: & effunde sup ciuitatẽ · Ingressusq; ē ī cõspectu meo · Cherubim aũt stabant a dextris domus cũ ingrederet̃ vir: & nubes implevit atrium interius · Et eleuata est gloria dñi desuper cherub ad limen domus: & repleta est domus nube · Et atrium repletum est splendore glorie dñi: & sonitus alarum cherubim audiebat̃ vsq; ad atrium exterius: quasi vox loquẽtis dei omnipotentis · Cumq; precepisset viro qui indutus erat lineis dicens sume ignem de medio rotarum que sũt inter cherubim: ingressus ille stetit iuxta rotã · & extendit cherub manum suã de medio cherubim ad ignem q̃ erat inter cherubim: & sumpsit & dedit manibus eius q̃ indutus erat lineis · qui accipiẽs egressus est Et apparuit in cherubim similitudo manus hominis subtus pennas eorum · Et vidi · & ecce quatuor rote iuxta cherubim · Rota vna iuxta cherub vnum: & rota alia iuxta cherub vnum · Species aũt rotarum erat quasi visio lapidis crisoliti: & aspectus earum similitudo vna quatuor: quasi si fit rota in medio rote · Cumq; ambularent in q̃tuor ptes gradiebant̃: & non reuertebant̃ ambulantes: sed ad locũ ad quem ire declinabat que prima erat

sequebant & certe: nec cõuertebant. Et om
ne corp9 eay & colla & man9 & penne & cir
culi plena erant oculis in circuitu q̃tuor rota
rum: & rotas istas vocauit volubiles audiẽ
te me. Quatuor aũt facies habebat vnũ. Fa-
cies vna facies cherub: & facies scđa facies
hoĩs: & in tercia facies leonis. & ĩ quarto fa-
cies aquile. Et eleuate sunt cherubim: ipm ẽ
animal quod videram iuxta flumen chobar.
Cumq; ambularent cherubim ibant pariter
& rote iuxta ea: & cũ eleuarent cherubim a-
las suas vt exaltarent de terra non residebãt
rote: sed & ipe iuxta erãt. Stantibo illis sta
bant: & cũ eleuatis eleuabant. Spirit9 em
vite erat in rotis. Et egressa est gl'ia dñi a li
mine templi: & stetit sup cherubim. Et eleuã
tia cherubim alas suas exaltata sũt a terra co
ram me: & illis egredientibo rote q̃s subsecute
sunt. Et stetit in introitu porte dom9 dñi ori
entalis: & gloria dei israhel erat sup ea. Ip
sum est animal qđ vidi subt deum israhel iu
xta fluuium chobar. Et intellexi q; cheru-
bim eẽnt. Quatuor p quatuor vult9 vmi: & q̃
tuor ale vmi: & similitudo man9 hominis sub
alis eor. & similitudo vultuũ eor: ipi vult9
quos viderã iuxta fluuium chobar: & impe
tus eor & impetus singulor. ante faciem su
am ingrediebant

Ca. XI.

Et eleuauit me spũs: & introduxit
me ad portam dom9 dñi orientalem
que respicit ad solis ortum. Et ecce
in introitu porte viginti q̃nq; viri: & vidi in
medio eor iechoniaz filium azur & pheltiaz
filiũ banaie principes populi. Dixitq; ad me
Fili hoĩs: hĩ viri cogitant iq̃tatem. & tra
ctant consiliũ pessimũ in vrbe ista dicẽtes. Nõ
ne dudũ edificate sũt dom9? Hec ẽ lebes: nos
aũt carnes. Idcirco vaticinare de eis: vatici
nare fili hoĩs. Et irruit in me spũs dñi: & di
xit ad me. Loquere. hec dixit dñs. Sic locu
ti estis dom9 israhel. & cogitatões cordis ve
stri ego nouι. Plurimos occidistis in vrbe
hac: & implestis vias ei9 interfectis. Pro-
pterea hec dicit dñs. Interfecti vri quos po
suistis ĩ medio ei9 hĩ sunt carnes: & hec est
lebes: & educam vos de medio ei9. Gladium
metuistis: & gladiũ inducam sup vos dicit
dñs de9. & eiciam vos de medio ei9. Dabo q;
vos in manu hostium. & faciam in vobis iu-
ditia. Gladio cadetis. In finibo israhel iudi-
cabo vos: & scietis q; ego dñs. Nec non erit
vobis in lebetem. & vos non eritis in medio
ei9 in carnes. In finibo israhel iudicabo vos
& scietis q; ego dñs. Quia in p̃ceptis meis ñ
ambulastis: & iuditia mea non fecistis: sed
iuxta iuditia gentiũ que in circuitu vestro
sunt estis operati. Et factũ est cũ ꝓphetarẽ:
pheltias fili9 banaie mortu9 est. Et cecidi ĩ
faciem meam: clamans voce magna. Et di-
xi. Heu heu heu dñe de9: cõsũmatõez tu facis
reliq̃as israhel! Et factũ est vbum dñi ad
me dicens. Fili hoĩs: fratres tui. viri ꝓpinq̃
tui: & oĩs dom9 israhel. & vniuersi q̃bo dix
erũt habitatores iherusalem. longe recedite
a dño: nobis data est terra in possessionem:
ꝓterea hec dicit dñs de9. Quia longe feci e-
os in gentibo: & q; dispersi eos in terris: ero
eis in sanctificatõnem modicam in terris ad
quas venerũt. Propterea loquere. Hec dicit
dñs de9. Congregabo vos de populis: & adu
nabo de terris in q̃bo dispersi estis: daboq; vo
bis humũ israhel. Et ingredient illuc: & au
ferent oẽs offensiones cunctasq; abominatõ
nes ei9 de illa. Et dabo eis cor vnũ: & spiri-
tũ nouũ tribuã ĩ viscẽribo eor. Et auferã cor
lapideũ de carne eor: & dabo eis cor carneũ:
vt in p̃ceptis meis ambulẽt. & iudicia mea
custodiant. faciãtq; ea: & sint michi in popu
lum: & ego sim eis in deũ. Quor aũt cor post
offendicula & abominatõnes suas ambulat:
hor viam in capite suo ponã dicit dñs de9.
Et eleuauerũt cherubim alas suas. & rote cũ
eis: & gloria dei israhel erat sup eo. Et ascẽ-
dit gloria dñi de medio ciuitatis: stetitq; sup
montem q̃ est ad orientem vrbis. Et spirit9
leuauit me: adduxitq; in caldeam ad trãsmi
gtionez in visione in spiritu dei: & sublata ẽ
a me visio quam videram. Et locutus sum
ad transmigtionez omnia verba domini. que
ostenderat michi

Ca. XII.

Et fact9 est ꝓmo dñi ad me dicens.
Fili hominis. in medio dom9 exaspe
rãtis tu habitas: q̃ oculos habent ad
videndum & non vidẽt. & aures ad audien
dum & õn audiunt: q; dom9 exasperans est.

Tu ergo fili hominis fac tibi vasa trasmigrationis: & transmigrabis p diem coram eis. Trasmigrabis aũt de loco tuo. ad locum alterum in cõspectu eorum. si forte aspiciant. q̃ domus exasperans est. Et efferes foras vasa tua. quasi vasa transmigrationis p diem. in ospectu eorum Tu aũt egredieris vespere coram eis sicut egredit migrans: ante oculos eorum. Perfode tibi parietem: & egredieris per eum in cõspectu eorum. In humeris portabis: in caligine efferreris. Faciem tuam velabis & non videbis terram q̃ portentũ dedi te domui israhel Feci sicut preceperat michi dominus. Vasa mea p tuli quasi vasa transmigrantis per diem: & vespere perfodi michi parietem manu: & in caligine egressus sum & in humeris portaui in cõspectu eorum. Et factus est sermo domini mane ad me dicens. Fili hominis: nunq̃d non dixerunt ad te domus israhel domus exasperans quid tu facis? Dic ad eos. Hec dicit dominus de?. Super ducem onus istud qui est in iherusalem. & super omnem domũ israhel que est in medio eorum. Dic. ego portentum vestrum Quõ feci sic fiet illis. In transmigrationem & in captiuitatem ibunt: & dux qui est in medio eorum in humeris portabit: in caligine egredietur. Parietem perfodient vt educãt eũ: faciem eius operiet vt non videat oculo terrã. Et extendam rete meum sup eũ & capiet in sagena mea & adducam eũ i babilonem in terram caldeorum: & ipsam nõ videbit: ibiq̃ morietur & omnes qui circa eũ sunt. Presidium eius. & agmina eius dispergã in omnẽ vẽtum: & gladium euaginabo post eos. Et scient quia ego dñs: quãdo dispersero illos in gẽtibus. & disseminauero eos in terris Et relinquã ex eis viros paucos a gladio & fame & pestilẽcia vt enarrent omnia scelera eorum in gentibus ad quas ingredientur: & sciẽt quia ego dñs. Et factus est sermo dñi ad me dicens. Fili hominis panem tuum in cõturbatione comedes: sed & aquam tuam in festinatione & merore bibes & dices ad populum terre. Hec dicit dominus de? ad eos qui habitant in iherusalem: in terra israhel. Panem suum in solitudine comedent & aquam suam in desolatione bibent: vt desoletur terra a multitudine sua pter iniquitates omniũ qui habitant in ea: & ciuitates q̃ nunc habitantur desolate erunt: terraq̃ deserta: & scietis quia ego dñs. Et factus est sermo dñi ad me dicens. Fili hominis. quod est p uerbium istud vobis in terra israhel dicentium: in longũ differuntur dies. & pibit omis visio: Ideo dic ad eos. Hec dicit dñs de?. Quiescere faciam puerbium istud: neq̃ vulgo dicet vltra in israhel. Et loquere ad eos q̃ appropinquauerit dies: & sermo omnis visionis. Non em̃ erit vltra omnis visio cassa. neq̃ diuinatio ambigua in medio filiorum israhel: quia ego dñs loquar quodcũq̃ locutus fuero verbum & fiet. Non plongabitur amplius: sed in diebus vestris domus exasperãs loquar verbum: & faciam illud dicit dñs de?. Et factus est sermo dñi ad me dicens. Fili hominis: ecce domus israhel dicentium. Visio quam hic videt in dies multos: & in tempora longa iste prophetat. Propterea dic ad eos. Hec dicit dominus de?. Nonplongabitur vltra omis sermo me?. Verbũ quod locutus fuero cõplebitur dicit dñs de?

Ca. XIII

Et factus est sermo dñi ad me dicens Fili hois. vaticinare ad prophetas israhel q̃ prophetant: & dices prophetantibus de corde suo. Audite verbum dñi. Hec dicit dñs de?. Ve prophetis insipientibus: q̃ sequũtur spm̃ suũ & michil vidẽt. Quasi vulpes in desertis. prophete tui israhel erãt. Non ascendistis ex aduerso: neq̃ opposuistis murum pro domo israhel vt staretis in prelio i die dñi. Vidẽt vana & diuinãt mendaciũ: dicentes ait dñs. cum dñs non miserit eos: & perseuerauerũt cõfirmare sermonẽ. Nunq̃d non visionẽ cassam vidistis: & diuinationem mendacẽ locuti estis: Et dicitis ait dominus cum ego non sim locutus. Propterea hec dicit dominus deus. Quia locuti estis vana & vidistis mendaciũ ideo ecce ego ad vos ait dñs de?: et erit manus mea super prophetas qui vident vana & diuinant mendacium. In cõsilio populi mei non erũt. & in scriptura domus israhel non scribẽtur nec in terra israhel ingredientur: & scietis quia ego dominus de?. Eo q̃ deceperint populum meum dicẽtes pax pax & non ẽ pax: & ipe edificabat parietem: illi aũt linebant eum luto absq̃ paleis. Dic ad eos q̃ liniunt absq̃ temperatura: q̃ casurus sit. Erit enim ymber

mũdañs: & dabo lapides pgrandes de super
irruentes: & ventum pcelle dissipantẽ. Ec-
quid ecce cecidit paries. Nunqd ñ dicẽt vo-
bis: vbi est litura quam limistis: Propterea
hec dicit dñs de?. Et erumpere faciam spiri-
tum tempestatum in indigtõe mea: & ymber
mundans in furore meo erit: & lapides grã-
des in ira in cõsumptõz. Et destruam parietẽ
quẽ limistis absq; temperamento: & adequa
bo eum terre & reuelabit fundamentum eius
& cadet & cõsumet in medio ei?: & scietis q;
ego sum dñs. Et cõplebo mdignatõnem me
am in pariete: & in hijs qui limũt eum absq;
temperamento: dicãq; vobis. Non est paries
& nõ sunt qui limũt eũ. Prophete israhel q;
pphetant ad iherusalem. & videt eis visiones
pacis & nõ ẽ pax ait dñs de?. Et tu filij hoĩs
pone faciẽ tuã cõtra filias populi tui q; phe-
tant de corde suo: & vaticinare sup eas & dic
Hec dicit dñs de?. Ve hijs qui cosuũt pulvil
los sub omni cubitu manꝰ: & faciunt cervi-
calia sub capite vniuerse etatis ad capiẽdas
animas. Et cũ caperent animas populi mei
vivificabãt animas eoz. & violabant me ad
populum meum pt pugillum ordei & fra
gmen panis. vt interficerent animas que nõ
moriunt & vivificarent animas que non vi
uunt: mentientes populo meo credenti men-
dacijs. Propt hoc dicit dñs deus. Ecce ego
ad pulvillos vestros quibo vos capitis aĩas
volantes: & dirũpaz eos de brachijs vestris
& dimittã animas quas vos capitis animas
ad volandum. Et dirumpam cervicalia vẽa
& liberabo populum meũ de manu vestra: ne
q; ert vltra ĩ mambo vẽis ad pdandũ. & sci-
etis q; ego dñs. Pro eo q; merere fecistis cor
iusti mendacit. quem ego non cõtristaui: &
cõfortastis manꝰ impij vt non reuerteret a
via sua mala & viueret. Apterea vana nõ vi-
debitis & divinacões nõ divinabitis ampli?
& eruam populũ meũ de manu vestra: & sci
etis quia ego dñs?

Ca. XIIII.

Et venerũt ad me viri semioz israhel: & sedert cora me. Et fact? ẽ ser
mo dñi ad me dicens. Fili hoĩs: viri isti posuerũt immunditias suas in cordibo
suis: & scandalũ iniq̃tatis sue statuerũt ctra
faciem suã. Nunqd interrogat? rñdebo eis:

Propt hoc loquere eis: & dices ad eos. Hec
dicit dñs de?. Homo hõ de domo israhel q; po
suerit immunditias suas in corde suo. & scã-
dalum iniquitatis sue statuerit contra faci-
em suam: & venerit ad pphetam interrogãs
per eum me. ego dñs? respondebo ei in multi-
tudine immunditiaꝝ suaꝝ: vt capiat dom?
israhel in corde suo qm recesserũt a me in cũ-
ctis ydolis suis. Propterea dic ad domũ is-
rahel. Hec dicit domin? de?. Conuertimini
& recedite ab ydolis vestris: & ab vniuersis
cõtaminatõmbo vẽis auertite facies vestras.
Quia homo de domo israhel & de proselitis
quicũq; aduena fuerit in israhel. si alienat?
fuerit a me & posuerit ydola sua ĩ corde suo et
scandalum iniq̃tatis sue statuerit cõtra faciẽ
suam & venerit ad pphetam vt interroget p
eum me. ego dñs? respondebo ei per me & po
nam faciẽ meã sup hominẽ illum et faciã eũ
in exemplũ & in puerbiũ & disperdam eũ de
medio populi mei. & scietis q; ego dñs?. Et p
pheta cũ errauerit & locut? fuerit vbũ: ego
dñs decipiã pphetam illũ. Et extendã manũ
meam sup illum: & delebo eũ de medio populi
mei israhel. & portabũt iniq̃tatez suam. Ju-
xta iniq̃tatẽ interrogantis. sic iniq̃tas pphe
erit: vt nõ erret vltra dom? israhel a me neq;
polluat in vniuersis puaricatõmbo suis: sed
sit michi in populum & ego sim eis in deum
ait dñs exercituum. Et fact? est sermo dñi
ad me dicens. Fili hoĩs. terra cum peccauerit
michi: vt puaricet puaricãs. extendam ma
num meã sup eam & cõterã vgam panis ei?
& immittã in eam famẽ: & interficiam de ea
hominẽ et iumẽtũ. Et si fuerint tres viri isti
in medio eius noe daniel & iob. ipsi iustitia
sua liberabũt animas suas ait dñs exercituũ
Quod si bestias pessimas induxero super
terrã vt vastent eam & fuerit inuia eo q; non
sit ptransiens pt bestias: tres viri isti si fu
erint in ea. vivo ego dicit dñs deus. quia nec
filios nec filias liberabunt. sed ipsi soli libe-
rabuntur: terra autem desolabitur. Vel si gla
dium induxero super terram illam. & dixe-
ro gladio. transi p terrã. & interfecero de ea
hoĩem & iumentũ. & tres viri isti fuerint in
medio ei? vivo ego dicit dñs de? nõ libera-
bũt filios neq; filias: sed ipi soli liberabunt.

Ezc

Si aũt & pestilentiã immisero super terram illam & effudero indignatõnez meam super eam in sanguine ut auferã ex ea hominem & immentũ: & noe & daniel & iob fuerũt in me dio eiꝰ: vivo ego dicit dñꝰ dcꝰ: quia filium & filiam non liberabunt: sed ipi iustitia sua liberabunt aias suas: quomaz hec dicit dñꝰ Quod & si ꝗtuor iudicia mea pessima. gladium & famẽ ac bestias malas & pestilẽciã immisero i iherm vt interficiã de ea hoiez & pecus: tñ relinquet in ea saluatõ educenciũ filios & filias. Ecce ipe egdient ad vos & videbitis viam eoꝝ & admuentões eoꝝ: & cõsolabimini sup malo qd induxi in iheruſalem in ommbo q̃ importaui sup eam: & cõsolabũt sup vos cũ videritis viã eoꝝ & admuentões eoꝝ: & cognoscetis qꝝ ñ frustra fecerim oia q̃ feci in ea: ait dñꝰ dcꝰ.

Ca. XV.

Et factꝰ est sermo dñi ad me dicẽs Fili hois: quid fiet de ligno vitis ex ommbo lignis nemoꝝ que sunt inter ligna siluaꝝ? Nunquid tollet de ea lignũ vt fiat opus: aut fabricabit de ea paxillus vt dependeat in eo quodcũqꝝ vas? Ecce igni datum est in escam: vtrãqꝝ ptem eiꝰ cõsumpsit ignis: & medietas eiꝰ redacta est in fauillaz Nunquid vtile erit ad opus? Etiam cũ eet integrum nõ erit aptũ ad opꝰ: quãtomagis cũ illud ignis deuorauerit & combusserit nichil ex eo fiet opis. Propterea hec dicit dñs deus. Quomodo lignum vitis inter ligna siluaꝝ qd dedi igni ad deuorandum: sic tradam habitatores iheruſalem: & ponam faciem meam in eos. De igne egdient: & ignis cõsumet eos. Et scietis quia ego dñꝰ cum posuero faciem meam in eos: & dedero terram inuiã & desolatam: eo qꝝ prevaricatões extiterint dicit dominꝰ dcꝰ.

Ca. XVI

Et factus est ꝑmo dñi ad me dicẽs Fili hois: notas fac iheruſalem abominatões suas: & dices. Hec dicit dñꝰ dcꝰ israhel. Radix tua & generatõ tua de terra chanaan: pr̃ tuꝰ amorreꝰ: & mr̃ tua cethea. Et quando nata es in die ortꝰ tui nõ est precisus vmbilicꝰ tuꝰ: & aqua non es lota in salutez. nec sale sallita. nec inuoluta pãnis. Non pepercit sup te oculus vt faceret tibi vnum de hijs miserꝰ tui: sed proiecta es super faciem terre in abiectione aiime tue: in die qua nata es. Transiens aũt p te: vidi te cõculcari in sanguine tuo. Et dixi tibi cum ees in sangne tuo. Vive. dixi inqꝝ tibi in sangne tuo Vive. multiplicatã q̃i germen agri dedi te. & multiplicata es & gndis effecta & ingressa es & peruenisti ad mundũ mulierem. Vbera tua intumuerũt: & pilus tuꝰ gminauit: & eras nuda & cõfusionis plena. Et transiui p te & vidi te: & ecce tempus tuum tempus amantium. Et expandi amictũ meũ sup te: & operui ignominiã tuã. Et iuraui tibi: & ingressus sum pactũ tecũ ait dñꝰ dcꝰ. Et facta es michi: & laui te aq̃: & emundaui sangnem tuũ ex te. Et vnxi te oleo: & vestiui te discoloribo: & calciaui te iacincto Et cinxi te bisso: & indui te subtilibo: & ornaui te ornamento. Et dedi armillas in manibo tuis: & torquẽ circa collum tuũ. & dedi inaurẽ sup os tuũ: & circulos auribo tuis: & coronã decoris i capite tuo. Et ornata es auro & argẽto: & vestita es bisso & polimito & multis coloribo. Similã & mel & oleũ comedisti & decora facta es vehemenr nimis. Et prosperasti i regnũ. & egressum ẽ nomẽ tuũ i gẽtes pter speciem tuam: quia perfecta eras in decore meo quẽ posueram sup te dicit dñꝰ dcꝰ. Et habens fiduciam in pulcritudine tua fornicata es in nomine tuo: & exposuisti fornicatõnem tuam. omni trãseunti. vt eiꝰ fieres. Et sumens de vestimentis tuis fecisti tibi excelsa hincinde cõsuta: & fornicata es sup eis: sic nõ est factũ: neqꝝ futurũ est. Et tulisti vasa decoris tui de auro meo & argento meo que dedi tibi: & fecisti tibi ymagines masculinas: & fornicata es i eis. Et sumpsisti vestimenta tua multicoloria: & vestita es eis. Et oleum meum & thimiama meũ posuisti coram eis: & panẽ meũ quẽ dedi tibi similã & oleũ & mel qbo enutriui te: posuisti in ospectu eoꝝ i odorẽ suauitatis. Et factũ ẽ ait dñꝰ dcꝰ. & tuliſti filios tuos et filias tuas quas genuisti mihi. & immolasti eis ad deuorandũ. Nũquid parua ẽ fornicatõ tua immolasti filios meos? Et dedisti illos cõsecrans eis. Et post omnes abominatões tuas & fornicaciones non es recordata dierum adolescentie tue. quando eras nuda & confusione plena.

conculcata in sanguine tuo. Et accidit post omnē malitiā tuā: ve ve tibi ait dñs de?. Et edificasti tibi lupanar: & fecisti tibi pstibulū in cūctis plateis. Ad omne caput vie edificasti signū pstitutōis tue: & abominabilē fecisti decorem tuum. & diuisisti pedes tuos omni transeunti. & multiplicasti omnes fornicatōnes tuas. Et fornicata es cū filiis egipti vicinis tuis magnis carnū: & multiplicasti fornicatōez tuā ad irritandū me. Ecce ego extendā manū meā sup te: & auferā iustificatōez tuā. Et dabo te in aīas odientium te filias palestinas. q erubescūt in via tua scelerata. Et fornicata es in filiis assirios: eo q necdum fueris expleta. Et postq̄ fornicata es. nec sic es sedata & multiplicasti fornicatōez tuā in terra chanaan cū chaldeis & nec sic saciata es. In quo mūdabo cor tuū ait dñs de?. cū facias omnia hec opa mulieris meretricis & pcacis? Quia fabricasti lupanar tuū in capite oīs vie: & excelsum tuū fecisti in omni platea. Nec facta es q̄i meretrix fastidio augens precium: sed q̄i mulier adultera: que sup viz suum inducit alienos. ommibo meretricibo dant mercedes: tu autez dedisti mercedes cūctis amatoribo tuis: & dona donabas eis vt ītrarēt ad te vndiq̄ ad fornicandum tecum. Factumq̄ est in te contra cōsuetudinem mulierz in fornicatōibo tuis: & post te non erit fornicatō In eo em̄ q̄ dedisti mercedes & mercedes nō accepisti: factum est in te cōtrarium. Propterea meretrix audi verbum domini. Hec dicit dñs deus. Quia effusum est es tuū. & reuelata ē ignominia tua. in fornicatōmibo tuis sup amatores tuos & sup ydola abominatōnum tuaz in sanḡne filiorz tuorz quos dedisti eis: ecce ego cōgregabo oēs amatores tuos quibo conmixta es: & omēs quos dilexisti cum vniuersis quos oderas. Et cōgregabo eos super te vndiq̄: & nudabo ignominiaz tuam coram eis. Et videbunt omnem turpitudinem tuam: & mdicabo te mdicijs adulteraruz & effundentium sanguinez. Et dabo te in sanguinē furoris & zeli: & dabo te in manꝰ eorz. Et destruent lupanar tuum: & demolient pstibulum tuū Et denudabūt te vestimētis tuis: & auferēt vasa decoris tui. Et derelinquēt te nudam plenamq̄ ignominia: & adducēt sup te multitudinem. Et lapidabūt te lapidibo: & trucidabūt te gladijs suis. Et comburēt domos tuas igni: & facient in te mdicia ī oculis mulierum plurimarum. Et desines fornicari: & mercedes vltra non dabis. Et requiescet indignatō mea in te: & auferet zelus meꝰ a te Et quiescam nec irascar amplius: eo q̄ non fueris recordata dierum adolescētie tue: & puocasti me in ommibo hijs. Qua ꝓpter & ego vias tuas in capite tuo dedi ait domin? de? & nō feci iuxta scelera tua in ommibo abominatōmbo tuis. Ecce omnis qui dicit vulgo puerbium: in te assumet illud dicens Sicut mater: ita & filia ei?. Filia matris tue es tu que piecit viz suum. & filios suos: & soror sororz tuaz tu. q̄ piecerūt viros suos & filios suos. Mat vīa cethea: & pī vester amor re?. Et soror tua maior samaria: ipa & filie ei? que habitant ad simistrā tuā. Soror aūt tua minor te: que habitat a dextris tuis sodoma & filie ei?. Nez nec ī vijs eaz ambulasti: neq̄ scōm scelera eorz fecisti. Pauxillū minꝰ pene sceleratōra fecisti illis: ī omibo vijs tuis. Vmo ego dicit dñs de?. quia non fecit sodoma soror tua ipa & filie ei?: sicut fecisti tu & filie tue. Ecce hec fuit iniq̄tas sodome sororis tue. superbia. saturitas panis. & abundantia. & ocium ipi? & filiaz ei?. & manū egeno & paupi non porrigebant. & eleuate sūt & fecerūt abominatōes coram me: & abstuli eas sicut vidisti. Et samaria dimidiū peccatorz tuorz nō peccauit: s vicisti eas sceleribo tuis: & iustificasti sorores tuas ī ommibus abominatōmbus tuis quas operata es. Ergo & tu porta cōfusionē tuam. q̄ vicisti sorores tuas pctis tuis scelerati? agēs ab eis. Justificate sūt em̄ a te. Ergo & tu cōfundere & porta ignominiā tuā. que iustificasti sorores tuas. Et cōuertā restituens eas conversiōe sodomorz cū filiabo suis: & conversione samarie & filiaz ei?. & conuertā conversionē tuā ī medio eaz ut portes ignominiā tuā: cōfundaris in oībo que fecisti cōsolans eas. Et soror tua sodoma & filie ei? reuertent ad antiquitatem suā: & samaria & filia ei? reuerterent ad antq̄tatē suā: & tu & filie tue reuertimī ad antiq̄tatē vestrā. Non fuit aūt sodoma soror tua.

audita in ore tuo in die superbie tue: antequ reuelaret malicia tua sicut hoc tpe in obprobrium filiaꝝ sirie: & cūctaꝝ in circuitu tuo filiaꝝ palestinaꝝ q̄ ambiunt te p giꝝ. Zelus tuus et ignomīiam tuā tu portasti ait dñs de?. Quia hec dicit dñs de?. Et faciā tibi sic despexisti iuramentū ut irritū faceres pactū: & recordabor ego pacti mei tecū i diebo adolescentie tue: & suscitabo tibi pactū sempiternum. Et recordaberis viaꝝ tuaꝝ: & cōfunderis cū recepis sorores tuas te maiores cū minoribo tuis. Et dabo eas tibi in filias. s̄ non ex pacto tuo & suscitabo ego pactum meū te cum. Et scies q̄ ego dñs. vt recorderis & cōfundaris: & non sit tibi vltra aperire os p cōfusione tua cū placat? tibi fuero i oībo que fecisti ait dñs de?.

Ca. XVII.

Et factū est vbum dñi ad me dicēs Fili hom̄is: ꝓpone emigma & narra pabolā ad domū isrl: & dices. Hec dicit domin? de?. Aq̄la gndis magnaꝝ alarum longo membroꝝ ductu. plena plumis & varietate. venit ad libanū: & tulit medullam cedri. Cūmitatem frondiū ei? auulsit: & transportauit eā in terrā chanaan: in vrbem negociatoꝝ posuit illam. Et tulit de semine terre & posuit illud in terra p semine: vt firmaret radicē sup aq̄s multas. In supficie posuit illud. Cūq̄ gminasset creuit i vineam latorez: humili statura respiciētibo ramis ei? ad eā: & radices ei? sub illa erant. Facta est ergo vinea: & fructificauit in palmites: & emisit ꝓpagines. Et facta est aquila altera grandis: magnis alis. multisq̄ plumis. Et ecce vinea ista q̄si mittens radices suas ad eam. palmites suos extendit ad illā vt irrigaret eā de areolis gminis sui: que in terra bona sup aquas multas plantata est. vt faciat frondes & portet fructum. vt sit in vineā grandem. Dic hec dicit dñs de?. Ergone p sperabit? Nonne radices ei? euellet et fruct? ei? distringet? Et siccabit omes palmites gminis ei? & arescet: & non in brachio grādi neq̄ i populo multo: vt euelleret eā radicit? Ecce plantata ē. Ergone psperabit? Nōne cum tetigerit eam vent? vrens siccabit: & in areis germinis sui arescet? Et factū est verbum dñi ad me dicens. Dic ad domum exasperantem. Nescitis q̄d ista signifícent? Dic ecce venit rex babilonis in iherusalem: & assumet regem & principes ei?: & adducet eos ad semetipsum in babilonem. Et tollet de semine regni: feriet q̄ cuz eo fedus. & ab eo accipiet iusiurandum. Sed & fortes terre tollet vt sit regnū humile & non eleuet: s̄ custodiat pactū ei? & fuet illud: Qui recedēs ab eo misit nūtos ad egiptū: vt daret sibi eq̄s & populū multū. Nunq̄d ꝓsperabit vel cōsequet? salutem. q̄ fecit hec? Et q̄ dissolvit pactū: nunq̄d effugiet? Vivo ego dicit dñs de?. qm̄ i loco regis q̄ constituit eū regē cui? fecit irritū iuramentū & solvit pactuz qd habebat cū eo: in medio babilonis morie. Et nō i exercitu gn di neq̄ in ꝓlio multo faciet otra eū pharao p lium i iactu aggeris & i extructione vallo vt interficiat aias multas. Deprevenerat em̄ iuramentū ut solvet fedus: & ecce dedit manū suā & cū oīa hec fecerit non effugiet. Propterea hec dicit dñs de?. Vivo ego: qm̄ iuramentū qd sprevit & fedus qd puaricat? est ponā in caput ei?. Et expandā sup eū rethe meū & deprehendet in sagena mea: & adducā eū in babilonē & iudicabo eū ibi in puaricacōe q̄ despexit me: & oes pfugi ei? cū vniverso agmine suo gladio cadent. Residui aūt in omnē vētum dispergē: & scietis q̄ ego dñs locut? sum. Hec dicit dñs de?. Et sumā ego de medulla cedri sublimis: & ponā de vtice ramoꝝ ei?. Teneꝝ distringaz & plātabo sup mōtem excelsum & eminentem. In mōte sublimi isrl plantabo illud: & erūpet in gmen. & faciet fructū: & erit in cedrum magnam. Et habitabūt sub ea oes volucres: & vniversū volatile sub vmbra frondiū ei? midificabit Et scient oīa ligna regionis q̄ ego dñs humiliauī lignū sublime. & exaltauī lignū humile. & siccauī lignum viride: & frondere feci lignum aridum. Ego dominus locutus sum & feci.

Ca. XVIII.

Et factus est sermo domini ad me dicēs. Quid ē q̄ int̄ vos pabolā vtitis in puerbiū istū i terra isrl dicētes: pres comederūt vuā acerbā. & dētes filioꝝ obstupescūt? Vivo ego dicit dñs de?: si erit vltra vobis pabola hec in puerbiū m israhel.

Ecce omnes aīme mee sunt. Vt aīma patris: ita & aīa filij mea ē. Aīa que peccauēit. ipa morietur. Et vir si fuerit iust? & fecerit iudicium & iustitiā: in mōtibo nō comederit & oculos suos non leuauerit ad ydola dom? israhel: & vxorē pximi sui non violauēit & ad mulierem mēstruatā non accesserit. & hominē non ostristauerit: pign? debitori reddiderit. p vim michil rapuerit. panē suū esurienti dederit. & nudū operuēit vestimēto: ad vsurā ñ ꝺmodauēit. & ampli? non accepit: ab iniqtate auerterit manū suā. & iudiciū vere fecerit inter virū & virum. & in preceptis meis ambulauerit & iuditia mea custodiēit vt faciet veritatem. hic iust? est. Vita viuet ait dñs de?. Quod si genuerit filium latronē effundētem sanguinē. & fecerit vnū de istis. & hec quidem omnia non facientē: sed in mōtibo comedētem: & vxorē pximi sui polluentem. egenū & pauperē cōtristantē. rapientes rapinas. pign? non reddentē. & ad ydola leuantē oculos suos. abominatōem facientē. ad vsurā dantem: & ampli? accipientē: nūquid viuet? Non viuet. Cū vniuersa hec detestanda fecerit: morte morietur. Sanguis ei? in ipso erit. Quod si genuerit filium q̄ videns oīa peccata patris sui que fecit timuerit. & non fecerit simile eis. sup montes ñ comederit. & oculos suos nō leuauerit ad ydola dom? israh & vxorē pximi sui non violauerit. & virum non cōtristauerit. pign? nō retinuerit. & rapinam nō rapuerit. panē suū esurienti dederit & nudum operuerit vestimento: a paupis iniuria auerterit manum suā vsurā & superabundantiā non acceperit & iudicia mea fecerit. & in preceptis meis ambulauēit: hic nō morietur in iniquitate patris sui sed vita viuet Pater ei? quia calūniat? ē & vim fecit fratri. & malū operat? est in medio populi sui: ecce mortu? est in iniquitate sua. Et dicitis Quare non portabit filius iniquitatem patris? Videlicet quia filius iudicium & iustitiā operatus est: omnia precepta mea custodiuit & fecit illa: vita viuet. Aīma que peccauēit: ipa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris: & pater non portabit iniquitatē filij Justitia iusti sup eū erit: & impietas impij erit sup eū. Si aūt impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis q̄ opat? est. & custodierit omnia p̄cepta mea: & fecerit iuditium et iustitiā: vita viuet & ñ morietur. Omniū iniqtatū ei? q̄s operat? est non recordabor. In iustitia sua quam operat? est. viuet. Nunqd voluntatis mee est mors impij dicit dñs de? & non vt conuertatur a vijs suis & viuat? Si aūt auerterit se iust? a iustitia sua & fecerit iniqtatē scd̄m oēs abominatōes q̄s operari solet impius: nunqd viuet? Omnes iustitie ei? quas fecerat non recordabunt. In preuaricatōne q̄ preuaricat? est: & in peccato suo q̄d peccauit: in ipis morietur. Et dixistis. Non ē eq̄ via dñi. Audite g̃ dom? israhel. Nunqd via mea nō est eq̄: & non magis vie vre pue sūt? Cum enim auerterit se iust? a iusticia sua & fecerit iniqtatem: morietur in eis. In iustitia quā operat? est morietur. Et cū auertēt se impius ab impietate sua quā opat? ē & fecēit iudicium & iustitiam: ipe aīam suā vnificabit. Considerās enim & auertens se ab ommibus iniqtatibus suis quas operat? est: vita viuet & non morietur. Et dicunt filij israhel. Non est equa via dñi. Nunqd vie mee nō sūt eque dom? israhel. & non magis vie vestre pue: Idcirco vnūquēq; iuxta vias suas iudicabo dom? israhel: ait dñs de?. Conuertimini & agite penitentiam ab ommibus iniquitatibus vestris: & non erit vob in ruinam iniquitas. Proicite a vob omnes p̄uaricatōnes vestras in q̄bus preuaricati estis: & facite vob cor nouum & spiritū nouum. Et quare moriemini dom? israhel Quia nolo morte morientis dicit dñs de?. Reuertimini & vemite Ca. XIX

Et tu fili hoīs assume planctū super principes israh & dices. Quare mat tua leena int leones cubauit: In medio leūculoꝝ enutriuit catulos suos. Et eduxit vnū de leūculis suis: leo fact? ē: & didicit capere predam hoiemq; comedere. Et audierūt de eo gentes: & nō absq; vulneribus suis ceperūt eum: & adduxerūt cū in cathenis in terram egipti. Que cū vidisset qm̄ infirmata est & perijt expectatō eius: tulit vnum de leunculis suis: leonem cōstituit eū. Qui incedebat inter leones & factus est leo: & didicit predam capere & homines deuorare. didicit

viduas facẽ & ciuitates eay in deſertum ad=
ducere: & deſolata eſt terra & plenitudo ei?
a voce rugit? illi?: & cõuenerũt aduerſus eũ
gentes vndiq; & d̃ pruincijs: & expanderũt
ſup eum rethe ſuũ. In vulneribo eay capt?
eſt & miſerũt eũ in caueam. In cathenis ad
duxerũt eum ad regem babilonis miſerũtq;
eum in carcerem: ne audiereť vox eius vltra
ſup montes iſrahel. Mať tua quaſi vinea in
ſanguine tuo: ſup aquã plãtata eſt. Fruct?
ei? & frondes ei? creuerũt ex aquis multis:
& facte ſunt ei vge ſolide in ſceptra dominan
cium: & exaltata eſt ſtatura ei? inť frondes
Et vidit altitudinem ſuã in multitudine pal
mitum ſuoy: & euulſa eſt in ira in terramq;
piecta. & vent? vrens ficcauit fructum ei?
marcuerũt & arefacte ſunt vge roboris ei?.
Ignis comedit eam. Et nunc tranſplantata
eſt in deſertum ĩ terra inuia & ſicienti: & egr̃ſ
ſus eſt ignis de vga ramoy ei? q̃ fructũ ei?
comedit: & ñ fuit ĩ ea vga fortis ſcepty d̃nan
ciũ. ꝓlãct? ẽ: & erit in plãctum Ca. XX

Et factũ eſt in anno ſeptimo ĩ q̃nto
menſe in decimo menſ: venerũt vi
ri de ſenioribo iſrahel ut interroga=
rent dñm: & ſederẽt coram me. Et fact? ẽ ſer=
mo dñi ad me dicens. Fili hominis loquẽ ſe=
nioribo iſrl̃: & dices ad eos. Hec dicit dñ? de
us. Nũ ad interrogandum me vos venistis:
Viuo ego: q̃ non rñdebo vobis ait dñ? de?.
Si iudicas eos: fi iudicas fili hoĩs. Abomi=
natões patrũ eoy oñde eis: & dices ad eos.
Hec dicit dñ? de?. In die qua elegi iſrahel
& eleuaui manũ meã ꝑ ſtirpe dom? iacob et
apparui eis in terra egipti & eleuaui manum
ꝑ eis dicẽs ego dñ? de? veſter: in die illa le
uaui manũ meã ꝑ eis vt educerem eos d̃ ter
ra egipti ĩ terrã quã ꝓuiderã eis fluẽtem lac=
te & melle: q̃ eſt egregia inť omes terras. Et
dixi ad eos. Vnuſquiſq; offẽſiones oculoy
ſuoy abiciat: et in ydolis egipti nolite pollui
Ego dñ? de? veſter. Et irritauerũt me: no=
luerũtq; me audire. Vnuſquiſq; abominatõ
nes oculoy ſuoy non proiecit: nec ydola egi
pti reliquerũt. Et dixi ut effunderem indig=
tõnes meã ſup eos: & implerem iraz meam in
eis in medio terre egipti. Et feci ꝓť nomen
meum vt non violareť coram gentibo in qua
rum medio erant: & inť quas apparui eis vt
educerem eos de terra egipti. Eieci ergo eos
de terra egipti & eduxi eos in deſertũ: & de=
di eis precepta mea & iudicia mea oſtendi ei=
is: que faciet homo & viuet in eis. Inſup &
ſabbata mea dedi eis vt eẽt ſignum inť me &
eos: & ſcirent quia ego dñ? ſanctificans eos
Et irritauerunt me dom? iſrahel in deſerto:
in preceptis meis non ambulauerũt & iudi=
cia mea piecerũt que faciens hõ viuet in eis
& ſabbata mea violauerũt vehementť. Dixi
ergo vt effunderem furorem meũ ſup eos in
deſerto: & conſumerem eos Et feci ꝓť nomẽ me
um. ne violareť coram gentibo: de quibo
eieci eos in ſpectu eay. Ego igiť leuaui manũ meã
ſup eos in deſerto ne inducerez eos in terram
quã dedi eis fluẽtẽ lacte & melle ꝑcipuaz tra
rum omnium: quia iudicia mea piecerũt & ĩ
preceptis meis non ambulauerũt: & ſabbata
mea violauerũt. Poſt ydola eñ cor eoy gra
diebať. Et pepcit oculus me? ſup eos vt nõ
interficerem eos: nec cõſumpſi eos in deſerto
Dixi autem ad filios eoy in ſolitudine. In
preceptis patrũ veſtroy nolite incedere. nec
iudicia eoy cuſtodiatis: nec in ydolis eorum
polluamini. Ego domin? de? veſter: In pre
ceptis meis ambulate: et iudicia mea cuſto=
dite & facite ea & ſabbata mea ſanctificate
vt ſit ſignũ inť me & vos: & ſciať quia ego
dñ? de? veſter. Et exacerbauerť me filij: &
in ꝑceptis meis non ambulauerũt & iudicia
mea nõ cuſtodierũt vt facerẽt ea que cũ fece
rit hõ vmet in eis: & ſabbata mea violauerť
Et cõminat? ſũ vt effunderẽ furorẽ meũ ſup
eos: & implerem iram meam in eis in deſerto
Auerti aũt manũ meam: & feci ꝓť nomen
meũ: vt non violareť coraz gentibo: de quibo
eieci eos in oculis eay. Iteꝝ leuaui manum
meam in eos in ſolitudine ut diſpergerẽ illos
in natões & ventilarem in terras: eo q̃ iudi=
tia mea non feciſſent: & precepta mea repro
baſſent. & ſabbata mea violaſſent: & poſt y
dola patrum ſuoy fuiſſent oculi eoy. Ergo &
ego dedi eis p̃cepta non bona & iuditia in q̃=
bus non viuent: & pollui eos in muneribo ſu
is cũ offerent omne quod aperit vuluã ꝓť
delicta ſua: & ſcient q̃ ego dñ?. Quamobrez

loquere ad domū israhel fili hominis: & dices ad eos. Hec dicit dñs deus. Adhuc & in hoc blasphemauerūt me patres vestri cū spreuissent me cōtemnētes: & induxissem eos in terrā. sup quaz leuauī manū meā ut darē eis Viderūt omnē collez excelsū. & omne lignū nemorosū & immolauerūt ibi victimas suas & dederūt ibi irritatōem oblatōis sue. & posuerūt ibi odorē suauitatis sue & libauerunt libatōnes suas. Et dixi ad eos. Quid est excelsum: ad qđ vos īgredimini? Et vocatū est nomen ei? excelsum vsqz ad hanc diem. Propterea dic ad domum israhel. Hec dicit dñs de? Certe in via patrum vestroz vos polluimini: & post offendicula eoz vos fornicamini. Et in oblatōne donoz vestroz cū traducitis filios vestros p ignem vos polluimini in omībo ydolis vestris vsqz hodie: & ego rn debo vobis dom? israhel: Vivo ego dicit dñs de?: quia non rndebo vob: neqz cogitatō mentis vestre fiet dicentiū. Erim? sicut gētes & sicut cognatōnes terre: vt colam? ligna & lapides. Vivo ego dicit dñs de?: qm̄ in manu forti & in brachio extento & in furore effuso regnabo sup vos. Et educam vos de populis & oggabo vos de terris ī quibo dispersi estis In manu valida & in brachio extento & in furore effuso regnabo sup vos: & educā vos in desertuz populoz: & iudicabor vobiscū ibi facie ad faciem. Sicut iudicō cōtendi aduersum patres vestros in deserto terre egipti: sic iudicabo vos dicit dñs. Et subiciam vos sceptro meo. & inducā vos in vinculis federis. Et eligaz de vob trāsgressorez & impios: & de terra incolat? eoz educam eos: & terram israhel nō ingdient: & scietis quia ego dñs Et vos dom? israhel: hec dicit dñs de? Domgulī post ydola vestra ambulate: & fuite eis Quod si & in hoc non audieritis me: & nomē meū sanctum polluetis vltra in muneribo vestris & in ydolis vestris: in monte sancto meo in mōte excelso israhel ait dñs de? ibi seruiet michi oīs dom? israhel: oēs ingp in terra in qua placebūt michi. Et ibi querā pmitias vzas: & inicia decimaz vzaz in ommibo sanctificatōibo vestris. In odorem suauitatis suscipiam vos. cū eduxero vos de populis & cōgregauero vos de terris ī quas dispersi estis & sanctificabor in vobis in oculis natōnum Et scietis quia ego dñs cū introduxero vos ad terrā israhel: in terrā p qua leuauī manū meam vt darem eā patribo vestris. Et recordabimini ibi viaz vestrarū & ommiū scelez vestroz qbo polluti estis in eis: & displicebitis vobis in ospectu vro in omībo malicijs vestris quas fecistis: & scietis quia ego dñs cum benefecero vobis pp nomē meum: & n scdm vias vestras malas neqz scdm scelera vestra pessima dom? israhel. ait domin? de? Et fact? est pmo dñi ad me dicens. Fili hois pone faciem tuam cōtra viam austri & stilla ad affricum. Et pphета ad saltum agri meridiani: & dices saltui meridiano. Audi verbum dñi. Hec dicit dominus deus. Ecce ego succendam in te ignem: & cōburam in te omne lignum viride & omne lignū aridum. Nō extinguet flāma succēsionis. Et cōburet in ea omnis facies ab austro vsqz ad aquilonē & videbit vniuersa caro quia ego dñs succēdi eaz. nec extinguet. Et dixi. A a a dñe deus. Ipsi dicūt ds me. Nunquid non per parabolas loquit iste: Ca. XXI.

cõterèntur · Insup & dux federis. Et post amicicias cũ eo faciet dolũ: & ascendet & superabit in modico populo: & abundantes & vberes vrbes ingredietur. Et faciet que non fecerunt patres ei9: & pres patrũ ei9 · Rapinas & predam & diuicias eorũ dissipabit: & cõtra firmissimas cogitatões iniet cõsiliũ: & hoc vsq; ad tẽpus. Et cõcitabit fortitudo ei9 & cor eius aduersum regem austri i exercitu magno. Et rex austri puocabit ad bellũ multis auxilijs & fortibo nimis: et nõ stabũt q; inibũt aduersus eum cõsilia. Et cõedentes panẽ cũ eo cõterent illũ: exercitusq; eius opprimet: & cadet interfecti ei9 plimi. Quoq; regũ cor erit vt male faciãt: & ad mẽsam vnam loquẽtur mẽdacium & nõ pficient: qa adhuc finis in aliud tempus. Et reuertetur in terrã suam cum opibus multis: & cor eius aduersus testamẽtum sanctũ: & faciet & reuertet in terram suã. Statuto tẽpore reuertetur & veniet ad austrũ: & nõ erit prior illi nouissimũ. Et venẽt sup eũ trieres & romani & pcucient & reuertet & indignabit cõtra testamentũ sanctuarij & faciet reuertetur q; & cogitabit aduersum eos qui dereliquerunt testamentum sanctuarij. Et brachia ex eo stabũt: & polluẽt sanctuariũ fortitudinis & auferent iuge sacrificiũ: & dabũt abominatõnem in desolationẽ. Et impij in testamẽtuz similabunt fraudulenter: populus aũt sciens deũ suũ obtinebit & faciet. Et docti in populo docebunt plurimos: et ruẽt in gladio & in flãma & in captiuitate & in rapinã ducent. Cũq; corruerint subleuabũt auxilio puulo: & applicabunt eis plurimi fraudulenter. Et de eruditis eruẽt vt cõflẽtur & eligãtur & dealbẽtur vsq; ad tẽpus pfinitũ: q; adhuc aliud tẽpus erit. Et faciet iuxta volũtatẽ suã rex: et eleuabit & magnificabitur aduersus oẽm deũ. Et aduersus deũ deoz loquetur magnifica & dirigetur: donec cõpleatur iracundia. Perpetrata quippe est diffinitio. Et deũ patrũ suoz nõ reputabit: & erit in cõcupiscencijs feminarũ: nec quemq; deoz curabit quia aduersum vniuersa cõsurget. Deũ aũt maozim in loco suo venerabit: & deũ quẽ ignorauerunt pres eius colet · auro & argento. & lapide precioso. rebusq; preciosis. Et faciet vt munimat maozim cum deo alieno quem nõ cognouit: & multiplicabit gloriã: & dabit eis potestatẽ in multis: & terrã diuidet gratuito Et in tempore prefinito pliabit aduersus eũ rex austri: & qi tẽpestas veniet cõtra illũ rex aquilonis in curribo & in equitibo & i classe magna: et ingredietur terras et cõtẽt et ptrãsiet · Et introibit in terrã gloriosam: et multi corruent · Hee aũt sole saluabuntur de manu ei9: edom & moab & principes filioz ãmon · Et mittet manũ suã in terras: & terra egipti nõ effugiet. Et dñabitur thesauroz auri & argenti: et in oĩbo pciosis egipti · Per libiã quoq; & ethiopiã trãsibit: & fama turbabit eũ ab oriẽte & ab aquilone: & veniet in multitudine magna vt cõterat & interficiat plurimos. Et figet tabernaculũ suũ a phetuo inter duo maria sup mõtẽ inclitũ et scm: & veniet vsq; ad sũmitatẽ ei9: et nẽo auxiliabit ei.

In tpe aũt illo surget michahel Ca·XII. princeps magn9 qui stat p filijs populi tui et venet tempus quale non fuit ab eo ex quo gentes esse ceperũt vsq; ad tempus illud. Et in tẽpore illo saluabit populus tuus: omis q; inuent9 fuerit scriptus in libro vite. Et multi de hijs qui dormiũt in terre puluere euigilabũt: alij in vitã eternã: & alij in obprobrium vt videãt semp. Qui aũt docti fuerint fulgebũt quasi splendor firmamenti: & q ad iusticiam erudiũt multos. qsi stelle in perpetuas eternitates. Tu aũt daniel claude sermones & signa libri vsq; ad tempus statutũ. Plurimi pertransibũt: & multiplex erit scia. Et vidi ego daniel: & ecce quasi duo alij stabãt vnus hinc super ripam fluminis: & alius inde ex altera ripa fluminis. Et dixi viro qui erat indut9 lineis: q stabat sup aquas fluminis. Vsquo finis hoz mirabilium! Et audiui viz qui indut9 erat lineis qui stabat super aquas fluminis: cũ eleuasset dexterã et sinistrã suam in celũ & iurasset p viuẽtez in eternum: qa in tẽpus & tẽpora & dimidiũ tpis. Et cũ cõpleta fuerit dispsio manus ppli sancti: cõplebunt vniuersa hec. Et ego audiui: & nõ intellexi. Et dixi. Domine mi quid erit post hec! Et ait. Vade daniel: q clausi sunt signatiq; sermones vsq; ad pfinitũ tempus. Eligentur & dealbabuntur: & quasi ignis

ꝓbabũtur multi. Et impie agẽt impñ: neq; intelligẽt omnes impñ. Porro docti intelligent: & a tempore cũ ablatũ fuerit iuge sacrificiũ & posita fuerit abominacõ in desolatõez dies milleducentinonaginta. Beat? qui expectat: & peruenit ad dies milletrecentostrigintaquinq;. Tu aũt daniel vade ad prefinitũ: & requiesces & stabis ī sorte tua ī fine diez. Hucusq; danielẽ in hebraico volumine legimus: cetera q̃ sequũt̃ vsq; ad finẽ libri de theodotionis editione translata sunt.

Erat vir hitãs ī babilone: & nome ei? ioachim: & accepit vxorẽ noie susannam filiã helchie pulcrã nimis & timentẽ deũ. Parentes em illi? cũ eẽnt iusti erudierũt filiã suã scdm legẽ moysi. Erat aũt ioachim dives valde & eãt ei pomeriũ vicinũ domui sue: & ad ipsum cõfluebãt iudei eo q̃ eẽt honorabilior omĩm. Et cõstituti sũt duo senes iudices in illo anno: de quibo locutus est dominus q̃ egressa est iniquitas de babilone a senioribo iudicibus qui videbant̃ regere populũ. Iste frequẽtabãt domum ioachim: & veniebant ad eos omẽs qui habebãt iudicia. Cum autem populus reuertisset ꝑ meridiẽ: ingrediebatur susanna & deambulabat in pomerio viri sui Et videbant eam senes quotidie ingredientem & deambulantẽ: & exarserũt in cõcupiscẽtiã eius. Et euerterũt sensũ suũ: & declinauerũt oculos suos vt nõ viderẽt celum: neq; recordarẽtur iudicior iustorũ. Erant ergo ambo vulnerati amore eius: nec indicauerũt sibi vicissim dolorem suum. Erubescebant enim indicare sibi concupiscentiam suam. volentes cõcũbere cum ea. Et obseruabant quotidie sollicitius videre eam. Dixitq; alter ad alterũ: eamus domum q̃ hora prandiĩ ẽ. Et egressi recesserũt a se. Cũq; reuertissent venerũt in vnũ: & sciscitãtes ab inuicẽ causam cõfessi sũt cõcupiscentiã suã. Et tũc ī comune statuerũt tempus: quãdo eam possent inuenire solã. Factũ est aũt cũ obseruarent diẽ aptũ: ingressa est aliquando sicut heri & nudiustercius cũ duabo solis puellis: voluit q̃ lauari in pomerio. Estus quippe erat. & non erat ibi quisq; ꝑter duos senes absconditos: & cõtemplãtes eam. Dixit ꝑ puellis

Ca. XIII

Afferte mihi oleũ & smigmata & hostia pomeriĩ claudite vt lauer. Et fecerũt sicut ꝑceperat: clauseruntq; hostia pomerij: & egresse sunt per posticũ vt afferrẽt que iusserat. Nesciebantq; senes intus eẽ absconditos. Cum autem eẽnt egresse puelle. surrexerunt duo senes: & accurrerũt ad eã & dixerunt. Ecce hostia pomeriĩ clausa sũt & nemo nos videt & in cõcupiscentia tui sumus. Quamobrẽ assentire nobis: & cõmiscere nobiscũ. Quod si nolueris. Dicem? cõtra te testimoniũ q̃ fuerit tecũ iuuenis: & ob hãc causam emiseris puellas. Ingemuit susanna & ait. Angustie michi sunt vndiq;. Si enim hoc egero mors michi est: si aũt non egero non effugiam manus vestras. Sed melius est michi absq; opere incidere in manus hominum: q̃ peccare in cõspectu dñi. Et exclamauit voce magna susanna: exclamauerunt aũt & senes aduers? eã. Et cucurrit vn? ad hostia pomeriĩ. & aperuit. Cũ ergo audissent clamorẽ famuli domus in pomerio: irruerunt ꝑ posticũ vt viderent quidnã eẽt. Postq̃ aũt senes locuti sũt erubuerũt serui vehementer q̃ nũq̃ dictus fuerat sermo huiuscemodi de susanna. Et facta ẽ dies crastina. Cũq; veniss̃ popul? ad virũ ei? ioachim: venerũt & duo ꝑsbiteri pleni iniqua cogitatõe aduersus susannã vt iterficerẽt eã. Et dixerũt cor̃ ꝑplo Mittite ad susannã filiã helchie vxorẽ ioachim. Et statĩ miserũt. Et venit cũ ꝑntibo & filiis et vniuers cogtis suis. Porro susãna erat delicata nimis & pulcra specie. At imq̃ illi iusserũt vt discooperiret̃: erat em̃ coopta: vt vel sic saciarent̃ decore ei?. Flebant igit̃ sui: & oẽs qui nouerãt eã. Consurgẽtes aũt duo ꝑsbiteri in medio populi: posuerũt manus suas sup caput eius. Que flens suspexit ad celũ. Erat em̃ cor ei? fiduciam habens in domino. Et dixerũt ꝑsbiteri. Cũ deãbularemus in pomerio soli ingressa est hec cum duabo puellis: & clausit ostia pomeriĩ: & dimisit a se puellas. Venitq; ad eã adolescẽs qui erat absconditus: & cõcubuit cũ ea. Porro nos cum eẽmus in angulo pomeriĩ videntes iniquitatẽ cucurrimus ad eos: & vidim? eos pariter cõmisceri. Et illũ quidẽ nõ quiuimus cõprehendere q̃ fortior nobis erat: &

apto hostio exiliuit · Hanc autem cum apprehendissemus interrogauimus quisnam esset adolescens: & noluit indicare nobis · Huius rei testes sumus · Credidit eis multitudo quasi sembus & iudicibo populi : & cõdemnauerunt eã ad mortẽ · Exclamauit aũt voce magna susanna & dixit . Deꝰ eterne qui absconditoꝝ es cognitor qui nosti oñia anteq̃ fiãt: tu scis qm̃ falsum testimoniuꝫ tulerũt contra me: & ecce morior cũ michil horꝝ fecerim que isti maliciose cõposuerũt aduersum me · Exaudiuit aũt dominus vocem eius · Cũq; duceretur ad mortez: suscitauit dñs spiritũ sãctũ pueri iuniozis cuiꝰ nomẽ daniel: & exclamauit voce magna · Mundus ego sum a sanguine huius · Et cõuersus oñis populus ad euꝫ dixit · Quis est iste sermo quem tulocut? es: Qui cum staret in medio eorum ait · Sic fatui filij israhel non iudicãtes neq; qđ verum est cognoscentes cõdemnastis filiam israhel · Reuertimini ad iuditiũ: quia falsũ testimoniũ locuti sunt aduersus eã · Reuersus est ꝯ populus cũ festinatione · Et dixerũt ei senes Veni & sede in medio nostrũ & indica nob: quia tibi deꝰ dedit honorẽ senectutis · Et dixit ad eos daniel · Deparate illos abinuicez procul: & diiudicabo eos · Cum ergo diuisi essent alter ab altero · vocauit vnum de eis: & dixit ad eũ · Inueterate dierũ malorꝝ · nũc venerũt peccata tua que operabaris prius: iudicans iudicia iniusta · innocentes opprimens & dimittens noxios dicente domino: innocẽtem & iustũ nõ interficies · Nunc ergo si vidisti eã: dic qua sub arbore videris eos colloquentes sibi · Qui ait · Sub cino · Dixit aũt daniel · Recte mentitus es in caput tuũ · Ecce em̃ angelꝰ dei accepta sentẽcia ab eo scindet te mediuꝫ · Et amoto eo iussit venire aliũ: & dixit ei · Semẽ chanaan & non iuda speties decepit te: & cõcupiscentia subuertit cor tuũ · Sic faciebatis filiabus israhel: & ille timẽtes loquebanꝫ vobis: sed nõ filia iuda sustinuit iniq̃tatẽ vestrã · Nũc ergo dic michi sub qua arbore cõprehẽderis eos loquẽtes sibi · Qui ait · Sub primo · Dixit aũt ei daniel · Recte mẽtitus es & tu in caput tuũ · Manet enim angelus dei gladium habẽs vt secet te mediũ: & interficiat vos · Exclamauit itaq; omnis cetus voce magna: & benedixerũt deum q̃ saluat sperãtes in se · Et cõsurrexerunt aduersus duos presbiteros · Cõuincerat eĩ eos daniel ex ore suo · falsum dixisse testimoniũ · Fecerũtq; eis sicut male egerãt aduersus proximã · vt facerẽt scdm legẽ moysi: & interfecerũt eos · Et saluat? ẽ sanguis innoxius in die illa · Helchias aũt & vxor eius laudauerũt deũ p filia sua susanna cũ ioachim marito eiꝰ & cognatis oñibo: qz nõ est inuẽta in ea res turpis · Daniel aũt factus est magnꝰ in cõspectu populi a die illa & deinceps · Et rex astiages appositꝰ est ad pres suos: & suscepit cirꝰ pses regnũ eiꝰ ·

Ca·XIIII.

Erat aũt daniel cõuiua regis: & honoratꝰ sup oẽs amicos eiꝰ · Erat q̃s ydolũ apud babilonios nomine bel: & impendebãtur in eo per dies singulos simile artabe duodecim: & oues quadraginta: viniq; amphore sex · Rex q̃s colebat eũ: & ibat p singulos dies adorare eũ: porro daniel adorabat deũ suũ · Dixitq; ei rex · Quare nõ adoras bel ? Qui respondẽs ait ei · Quia nõ colo ydola manufacta: sed viuentem deum: qui creauit celum et terrã & habet potestatẽ omnis carnis · Et dixit rex ad eũ · Nõ videtur tibi esse vmẽs deꝰ? An nõ vides quãta comedat & bibat quotidie? Et ait daniel arridẽs · Ne erres rex · Iste est em̃ intrinsecus luteus · forinsecus ereus: neq; comedit aliquãdo · Et iratus rex vocauit sacerdotes eius : & ait eis · Nisi dixeritis michi quis est qui comedat impensas has moriemini · Si autem ostenderitis q̃ bel comedat hec · morietur daniel : qz blasphemauit in bel · Et dixit daniel regi · Fiat iuxta vbũ tuũ Erãt autez sacerdotes bel septuaginta: exceptis vxoribus & paruulis & filijs · Et venit rex cũ daniele ĩ templũ belis · Et dixerũt sacerdotes belis · Ecce nos egredimur foras: & tu rex pone escas et vinũ misce: & claude hostiũ & signa anulo tuo · Et cũ ingressus fueris mane nisi inueneris omnia comesta a bel morte moriemur: vel daniel qui mẽtitꝰ ẽ aduersũ nos · Confidebãt aũt quia fecerant sub mensa abscõditum introitũ: & per illũ ingrediebãtur semp & deuorabãt ea · Factũ ẽ igit̃ postq̃ egressi sũt illi & rex posuit cibos ante bel: precepit daniel pueris suis & attulerunt

cinerez·& cribrauit per totū templū cōiuz re
ge:& egressi clauserūt hostiū: & signantes
anulo regis abierūt·Sacerdotes aūt ingressi
sūt nocte iuxta cōsuetudinē suā & vxores &
filiī eoz:& comederunt omnia & biberunt·
Surrexit aūt rex primo diluculo:& daniel
cum eo·Et ait rex·Salua ne sunt signacula
daniel?qui rñdit·Salua rex·Ptatimq; cuz
aperuissent hostiū:intuit? rex mensam excla
mauit voce magna·Magnus es bel:& non ē
apd̄ te dol? quisq; Et risit daniel:& tenuit re
gē ne ingrederet intro & dixit·Ecce pauimē
tum:animaduerte cuius vestigia sunt hec·
Et dixit rex·Video vestigia viroz & mu=
liez & infanciū·Et irat? est rex·Tūc ap=
phēdit rex sacerdotes & vxores & filios eo=
rum:& ostenderunt ei abscondita hostiola
per que ingrediebantur & consumebant que
erant super mensam·Occidit ergo illos rex
& bel tradidit in potestatez danielis:qui sub=
uertit eum & templum eius·Et erat draco
in loco illo:& colebant eum babilonij·Et di
xit rex danieli·Ecce nunc non potes dicere
quia iste non sit deus viuens·Adora ergo
eum·Dixitq; daniel regi·Dominum deum
meum adoro:quia ipse est deus viuens·Iste
autem non est deus viuens·Tu autem rex
da michi potestatem:& interficiam draconez
absq; gladio & fuste·Et ait rex·Do tibi·
Tulit ergo daniel picē & adipem & pilos &
coxit pariter: fecitq; massas & dedit in os
draconis:& diruptus ē draco·Et dixit da=
niel ecce quem colebatis·Quod cū audissent
babilonij indignati sunt vehementer:& cō
gregati aduersum regem dixerunt·Iu=
deus factus est rex·Bel destruxit:dra=
conem interfecit:& sacerdotes occidit·Et
dixerunt cum venissent ad regem·Trade
nobis danielem:alioquin interficiemus te
& domum tuam·Vidit ergo rex q̄ irruerēt
in eum vehementer:et necessitate compulsus
tradidit eis danielē·Qui miserūt eum in la=
cum leonum:& erat ibi diebus sex·Porro
in lacu erant leones septem:& dabantur eis
duo corpora quotidie & due oues:& tunc
non data sunt eis vt deuorarent danielem·
Erat autem abacuc pheta in iudea:& ipse
coxerat pulmentum & intriuerat panes in
alueolo:& ibat in campum vt ferret messo
ribo·Dixitq; angelus dñi ad abacuc·Fer
prandium quod habes in babilonem dani=
li:qui ē in lacu leonū·Et dixit ad abacuc
Domine babilonem non vidi:& lacum ne=
scio·Et apprehendit eum angelus domini
i vertice eius:& portauit eū capillo capitis
sui posuitq; eum in babilonem super lacum in
impetu spiritus sui·Et clamauit abacuc di
cens·Daniel serue dei:tolle prandium quod
misit tibi deus·Et ait daniel·Recordatus
es mei deus:& non dereliquisti diligentes
te·Surgensq; daniel comedit·Porro an=
gelus domini restituit abacuc confestim in
loco suo·Venit g̃ rex die septimo vt lugeret
danielem:& venit ad lacum & introspexit:
& ecce daniel sedens in medio leonum·Et
exclamauit voce magna rex dicēs·Magn?
es domine deus danielis·Et extraxit eum·
Porro illos qui perdicionis causā fuerāt in=
tromisit in lacum:& deuorati sunt in momē=
to coram eo:·

Explicit daniel propheta·

Incipit plog? i librū duodecim pphaz·

DOn idem ordo est duodecim p=
phetarum apud hebreos qui
& apud nos·Vnde scdm id
quod ibi legitur:hic quoq; di=
spositi sunt·Osee commaticus
est:& quasi per sententias loquens·Iohel
planus in principijs in fine obscurior:et vsq;
ad malachiam habent singuli pprietates su=
as:quem esdram scribam legisq; doctorem he
brei autumant·Et quia longum est nunc &
omnibus dicere:hoc tantum vos o paula &
eustochium ammonitas scire volo vnum li=
broz eē duodecim pphaz:& osee synchronon
ysaie:malachiam vero aggei et zacharie fuis=
se temporibus·In quibus aūt tempus non
prefertur in titulo:sub illis eos regibus pro=
phetasse sub quibus & hij qui ante eos ha=
bent titulos prophetauerunt:·

Explicit prologus·

Incipit osee prophēta. ¶ Capitulum. I.

VErbū dñi qđ factum est ad osee filium beeri in diebus ozie ioathan achaz ezechie regum iuda: & in diebo iheroboam filij ioas regis israhel. ¶Principiuz loquēdi dño in osee. Et dixit dñs ad osee. Vade sume tibi vxorē formicariā: & fac tibi filios formicatōnum: qz formicans formicabitur terra a dño. Et abijt & accepit gomer filiā debelaim: & cōcepit & pepit ei filiū. Et dixit dñs ad eū. Voca nomē ei? ihezrahel. Quomā adhuc modicū. et visitabo sanguinē ihezrahel sup domū iheu: & quiescere faciā regnū domus israhel. Et in illa die cōterā arcū israhel: in valle ihezrahel. Et cōcepit adhuc: & peperit filiā. Et dixit ei. Voca ei nomē absq; miseri cordia. Quia nō addam vltra misereri domui israhel: sed oblitione oblituscar eorum. Et domui iuda miserebor: & sanabo eos in domino deo suo: et nō sanabo eos i arcu et gladio & bello & in equis & in equitibus. Et ablactauit eam que erat absq; misericordia. Et concepit: & peperit ei filium. Et dixit ei. Voca nomen ei non populus meus. Quia vos non populus meus: & ego non ero vester deus. Et erit numer? filiorum israhel quasi arena maris que sine mēsura est: & nō numerabit. Et erit in loco vbi dicetur eis non populus meus vos: dicetur eis filij dei viuētis. Et cōgregabūtur filij iuda & filij israhel pariter. & ponet sibimet caput vnū: & ascēdet de terra: quia magnus dies ihezrahel. ¶ Ca. II.

DIcite fratribo vestris popul? meus: & sorori vestre misericordiā cōsecuta. Judicate matrē vestrā iudicate: quomā ipa nō vxor mea & ego nō vir eius. Auferat formicatōes suas a facie sua. et adulteria sua de medio vberū suoz: ne forte exponam eā nudā & statuā eā scđm diē natiuitatis sue: et ponā eā qsi solitudinē. et statuam eam velut terrā inuiā & interficiā eā siti: & filiorū illi? nō miserebor. quomā filij formicationum sunt: quia formicata ē mater eorū. Confusa est que cōcepit eos: qz dixit. Vadā post amatores meos qui dant panes michi: et aquas meas lanam meam et linum meum oleū meū & potū meū. ¶Propter hoc ecce ego sepiā viā tuā spinis: & sepiā eā maceria. Et semitas suas nō inueniet: & sequetur amatores suos & non apprehēdet eos: & qret eos & non inueniet. Et dicet. Vadam & reuertar ad virū meū priorem: qz bene michi erat tūc magis qz nūc. Et hec nesciuit: qz ego dedi ei frumentū & vinū & oleū & ārgentū multiplicaui ei & aurū: q fecerūt baal. ¶Idcirco cōuertar & sumā frumentū meū i tēpore suo & vinū meū in tpe suo: & liberabo lanā meā & linū meū q operiebāt ignominiā eius. Et nūc reuelabo stulticiam eius in oculis amatorum eius: & vir non eruet eam de manu mea. Et cessare faciam omne gaudium eius: solemnitatem eius neomeniam eius sabbatum eius: & omnia festa & tēpora eius. Et corrumpam vineam eius & ficum eius: de quibus dixit. Mercedes hee mee sunt: quas dederunt michi amatores mei. Et ponā eam in saltū: & comedet eam bestia agri. Et visitabo sup eā dies baalim quibo accendebat incensū et ornabat se inaure sua & momili suo: & ibat post amatores suos: et mei obliuiscebat dicit dominꝰ. ¶Propter hoc ecce ego lactabo eam: & ducam eam in solitudinem. Et loquar ad cor eius: & dabo ei vineas eius ex eodē loco: & vallem achor ad aperiendā spem. Et canet ibi iuxta dies iuuētutis sue: & iuxta dies ascensionis sue de terra egipti. Et erit in die illo ait dominus vocabit me vir meus: & non vocabit me vltra baalim. Et auferā noīa baalim de ore eius: & nō recordabitur vltra noīs eoz. Et pactiam cum eis fedus in die illa: cū bestia agri & cū volucre celi et cū reptili terre. Et arcū et gladiū et bellū cōterā de terra: et dormire eos faciā fiducialiter. Et spōsabo te michi i sempiternū: & spōsabo te michi i iusticia et iudicio & i miscōdia & miserationibo. Et spōsabo te michi i fide: & scies qz ego dñs. Et erit: in die illa exaudiam dicit dominus. Exaudiā celos et illi exaudiāt terrā: et terra exaudiet triticū & vinū & oleū: & hec exaudient ihezrahel. Et seminabo eā michi i terrā: & miserebor ei? que fuit absq; misericordia. Et dicam non populo meo populus meus es tu: et ipse dicet deus meus es tu. ¶ Ca. III.

Et dixit dñs ad me. Adhuc vade: & dilige mulierem dilectã amico & adulterã sicut diligit dñs filios isrl: & ipi respectãt ad deos alienos & diligũt vinacia vuay. Et fodi eã michi qndecim ãgeteis et choro ordei: et dimidio choro ordei: & dixi ad eã. Dies multos expectab me. Nõ formicaberis & ñ eris viro: ſ & ego expectabo te quia dies mltos sedebũt filij isrl sine rege et sine pncipe & sine sacfico & sine altari: & sine ephot & sine theraphim. Et post hec reuertentur filij israhel: & querent dominũ deum suũ & dauid regẽ suũ: & pauebũt ad dominũ & ad bonum ei? in nouissimo dierum.

Audite verbũ dñi filij is- Ca. IIII. rahel: qz iudiciũ dño cũ habitatoribo tre. Nõ est ei veritas: & nõ ẽ misericordia: & nõ ẽ scia dei i terra. Maledictuz & mẽdatiũ et homicidiũ & furtũ et adulteriũ mundauerũt: & sanguis sanguinẽ tetigit. Propter hoc lugebit terra: & infirmabitur omnis qui habitat in ea. In bestia agri & i volucre celi: sed & pisces maris cõgregabũt. Veruntamen vnusquisq; non iudicet: & nõ arguatur vir. Populus enim tuus sicut hij: qui contradicunt sacerdoti. Et corrues hodie & corruet eciam pphet tecum. Nocte tacere feci matrem tuam. Conticuit populus meus eo q non habuerit scienciam. Quia tu scietiaz repulisti: repellã te et ego ne sacdocio fungaris michi. Et oblita es legis dei tui: obliuiscar filiorum tuorum & ego. Secm multitudinem eorum sic peccauerunt michi: gloriã eorũ in ignominiã cõmutabo. Peccata populi cõedẽt: et ad iniqtatẽ eoz sublleuabũt animas eoz. Et erit: sic popul? sic sacerdos. Et visitabo sup eũ vias ei?: et cogitationes eius reddam ei. Et cõedent & nõ saturabũtur. Fornicati sũt & nõ cessauerũt: qm dñm reliquerũt in non custodiẽdo. Fornicatio & vinũ & ebrietas auferunt cor. Popul? meus in ligno suo interrogauit: & baculus eius annũciauit ei. Spiritus enim fornicationũ decepit eos: et fornicati sunt a deo suo. Sup capita mõcium sacrificabãt: & sup colles accẽdebãt thimiama subt? quercuz et pplm et therebintũ: qz bõa erat vmbra ei?. Ideo fornicabũt filie vẽ: et sponse vẽ adultere erũt. Non visitabo sup filias vestras cuz fuerint fornicate & super sponsas vras cũ adulterauerit: qm ipi cuz meretricibo versabãtur: et cũ effeminatis sacrificabãt. Et popul? non intelligẽs vapulabit. Si fornicaris tu isrl: nõ delinqs saltẽ in da. Et nolite ingredi in galgala: et ne ascendatis in bethauen: neq; iuraueritis vivit dñs quomã sicut vacca lasciuiẽs declinauit isrl. Nũc pascet eos dñs: quasi agnũ in latitudine. Particeps ydoloy ephraim: dimitte eũ. Separatũ est cõuiuiũ eorũ: fornicacõe fornicati sũt: dilexerũt afferre ignominiã ptectores eius. Ligauit eũ spirit? in alis suis: et cõfundẽtur a sacrificijs suis. Ca. V.

Audite hoc sacdotes et attẽdite dom? israhel: & domus regis: auscultate: quia vobis cũ iudiciũ ẽ. Quomã laque? facti estis speculationi: et sicut rethe expansũ super thabor: et victias declinastis in pfundũ. Et ego eruditor oim eorũ. Ego scio ephraim et israhel nõ est absconditus a me. Quia nũc fornicatus est effraim: otaminatus ẽ israhel. Nõ dabũt cogitacões suas vt ouertãt ad deũ suũ: qz spũs fornicacõnũ in medio eorũ: et dominũ nõ cognouerũt. Et rndebit arrogãtia israhel in facie ei?: & israhel et effraim ruẽt in iniqtate sua. Ruet etiã iuda cũ eis. In gregibus suis et i armẽtis suis vadẽt ad qrẽdũ dominũ: et nõ inuenẽt. Ablat? ẽ ab eis. In domino puaricati sũt: qz filios alienos genuerũt. Nũc deuorabit eos mẽsis cuz partibus suis. Clãgite bucina i gabaa: tuba in rama. Vlulate i bethauen: post tergũ tuũ beniamin. Effraim in desolatõe erit. In die correptõis in tribubo israhel ostẽdi fidẽ. Facti sũt pncipes iuda qsi assumẽtes terminũ: super eos effundam quasi aquam iram meam. Calũniam patiens ẽ: ephraim fract? iudiciõ: qm cepit abire post sordes. Et ego qsi tinea ephraim: & qsi putredo domui iuda. Et vidit ephraim infirmitatẽ suã: et iudas vinculũ suũ. Et abiit ephraim ad assur: et misit ad regẽ vltorez. Et ipe nõ poterit sanare vos: nec soluẽ poterit a vobis vinculum. Quoniam ego quasi leena ephraim: & quasi catul? leonis domui iuda. Ecce ego capiã & vadam: tollam & non est qui eruat. Vadens reuertar ad locum meuz: donec deficias. & queratis faciem meam.

In tribulatione sua mane consur-
gent ad me. Venite & reuertamur ad dñm:
qz ipe cepit & sanabit nos: pcuciet & curabit
nos. Vimificabit nos post duos dies: i die ter-
cia suscitabit nos: & viuem? in ospectu eius:
sciemus sequemurqz: vt cognoscam? dñm.
Quasi diluculū prepatus est egressus eius: et
veniet quasi ymber nobis temporane? & se-
rotinus terre. Quid faciam tibi ephraim. qd
faciam tibi iuda? Misco a vestra quasi nubes
matutina: & quasi ros mane ptrāsiēs. Propt
hoc dolaui in pphetis: & occidi eos in verbis
oris mei: & iudicia tua quasi lux egredient.
Quia misericordiā volui et n sacrificiū: & sci-
entiā dei plꝰ qꝫ holocaustū. Ipi aūt sicut ada
trāsgressi sūt pactū: ibi puaricati sunt in me.
Galaad ciuitas operanciū ydolū supplantata
sanguine: & qsi fauces virorꝫ latronū. Par
ticeps sacerdotū in via interficiētiz: pgētes
de sichem qz scelus operati sūt. In domo isra
hel vidi horrēdū. Ibi fornicatōes ephraim:
cōtaminat? ē israhel. Sed et iuda pone mes-
sem tibi: cū conuertero captiuitatē populi mei.

Cap. VII.

Quum sanare vellē israhel reuelata est iniqtas ephraim & ma
licia samarie: qz operati sūt mēdaciuz
Et fur ingressus ē spoliās: latrūculus foris.
Et ne forte dicant in cordibo suis: cēz malici
am eorꝫ me recordatū. Nūc circūdederūt eos
adinuētōes sue: coram facie mea facte sunt. In
malitia sua letificauerūt regē: & in mēdaciis
suis principes. Omnes adulterātes: quasi cli-
ban? succēsus a coquente. Quiesit paululum
ciuitas a cōmixtione fermenti: donec fermen
taretur totum. Dies regis nostri: ceperūt pn
cipes furere a vino. Extendit manū suā cuz
illusoribo qz applicuerī quasi clibanū cor suū
cum insidiaretur eis. Tota nocte dormiuit co
quens eos: mane ipse succensus quasi ignis
flāme. Omnes calefacti sunt quasi clibanus:
& deuorauerūt iudices suos. Omnes reges eo-
rum ceciderunt. non est qui clamet in eis ad
me. Ephraim in populis ipe cōmiscebatur.
Ephraim factus est subcinericius: qui non
reuersatur. Comederunt alieni robur eius:
& ipse nesciuit. Sed & cani effusi sunt in
eo: & ipse ignorauit. Et humiliabit supbia
israhel in facie eius. Nec reuersi sunt ad dñm
deum suum & non quesierūt eum in omnibo
hijs. Et facta ē ephraim qsi colūba seducta:
non habens cor. Egiptū inuocabant: ad assi-
rios abierūt. Et cū profecti fuerint: expādā
sup eos rethe meū: & quasi volucrē celi detra
bam eos. Cedā eos scōm auditionem cetus
eorum. Ve eis: qm recesserūt a me. Vasta-
būtur: qz preuaricati sūt in me. Ego redemi
eos: & ipi locuti sunt cōtra me mendacia. Et
nō clamauerūt ad me in corde suo: sed vlula-
bāt in cubilibo suis. Sup triticū & vinū ru-
minabāt: & recesserūt a me. Et ego erudiui
eos: et cōfortaui brachia eorꝫ et i me cogita-
uerūt malitiā. Reuersi sūt vt eēnt absq; ingo
facti sūt qsi arc? dolosus. Cadēt in gladio pn
cipes eorum: a furore lingue sue. Ista subsā-
natio eorꝫ in terra egipti.

Capitu. VIII.

In gutture tuo sit tuba qsi aquila sup domum
domini: pro eo qz trāsgressi sūt fedus meū: &
legē meā preuaricati sūt. Me inuocabūt deus
meus: cognouim? te israhel. Proiecit israhel
bonū: inimicus psequetur eū. Ipi regnauerī
& nō ex me: pncipes extiterūt et nō cognoui
Aurū suū et argentū suū fecerūt sibi ydola:
vt interirēt. Proiect? ē vitul? tu? samaria
Iratus est furor me? in eis. Vsqꝫ nō poterī
emūdari? Quia ex israhel & ipse est. Artifex
fecit illū: & nō deus. Quoniam in aranearum
telis erit vitulus samarie: quia ventum semi
nabunt: & turbinem metent. Culmus stans
non est in eo germē: non faciet farinā. Quod
& si fecerit: alieni comedēt eam. Deuoratus ē
israhel. Nūc fact? ē i natiōibo qsi vas immū-
dū: qz ipi ascenderūt ad assur. Onager solita-
rius sibi ephraim. Munera dederūt amatori-
bus suis sed et cū mercede cōduxerūt natōes.
Nūc congregabo eos: & quiescent paulisper
ab onere regis & principum. Quia multipli
cauit ephraim altaria ad peccādū: facte sunt
ei are in delictum. Scribam ei multiplices
leges meas: que velut aliene cōputate sunt.
Hostias offerēt: immolabunt carnes & cōe-
dent: & dominus non suscipiet eas. Nunc re
cordabitur iniquitatis eorꝫ: & visitabit pec-
cata eorꝫ Ipi in egiptū cōuertenī. Et oblit?
ē israhel factoris sui: & edificauit delubra: et
iudas multiplicauit vrbes munitas. Et mit
tā ignē i ciuitates ei?: & deuorabit edes illi?.

Noli letari isrl: noli exul / Ca. IX.
tare sicut populi: q fornicatus es a
deo tuo. Dilexisti mercedez sup oes
areas tritici. Area et torcular nō pascet eos:
& vinū mēciet eis. Nō habitabūt ī terra dñi
Reuersus ē ephraim ī egiptū: et ī assirijs pol
lutū cōedit. Non libabūt dño vinum: & non
placebunt ei. Sacrificia eoz quasi panis lu-
gencium. Omes qui cōedunt eū cōtamīabū-
tur: q panis eorū anime ipoz um: non intra-
bit in domum dñi. Quid facietis in die solem-
ni: in die festiuitatis domini? Ecce enim pro-
fecti sūt a vastitate. Egipt? congregabit eos:
memphis sepeliet eos. Desiderabile argentū
eorum vrtica hereditabit: lappa in taberna-
culis eorum. Venerunt dies visitatōis: ve-
nerunt dies retributionis. Scitote israhel
stultū pphetam: insanū virū spirituale. Pro
pter multitudinē iniq̄tatis tue: & multitudo
amēcie tue. Speculator ephraim cū deo meo:
prophete laqueus ruine factus est super oēs
vias eius. Insania in domo dei eius. Profun
de peccauerunt: sicut in diebus gabaa. Re-
cordabitur iniquitatis eoz: et visitabit pec-
cata eoz. Quasi vuā ī deserto inuēi israhel:
quasi prima poma ficulnee: in cacumine ei?
vidi patres eorum. Ipsi aūt intrauerunt ad
beelphegor: et abalienati sunt in cōfusionē et
facti sunt abominabiles sicut ea q̄ dilexerūt.
Ephraim quasi auis auolauit. Gloria eoz a
partu: et ab vtero & a conceptu. Quod & si
enutrierint filios suos: absq; liberis eos faci-
am in hominibus. Sed et ve eis: cū recessero
ab eis. Ephraim vt vidi tyrus erat fundata
in pulcritudine. Et ephraim educet ad inter-
fectionem filios suos. Da eis domine. Quid
dabis eis? Da eis vuluam sine liberis: &
vbera arencia. Omnes nequicie eorum in gal
gal: quia ibi exosos habui eos. Propter ma
litiam adinuentionum eorum: de domo mea
eiciam eos. Non addam vt diligam eos. Oēs
principes eorum recedentes. Percussus est
ephraim: radix eorum exiccata est. Fructū
nequaq̄ facient. Quod & si genuerint: interfi
ciam amantissima vteri eorum. Abiciet eos
deus deus? me? q nō audierūt eū: & e-
runt vagi in nationibus. / Ca. X.
Uitis frondosa israhel: fruct? adeq̄tus
est ei. Secundum multitudinem fructus sui
multiplicauit altaria: iuxta vbertatem terre
sue exuberauit simulacris. Diuisū ē cor eoz
nūc interibit. Ipe cōfringet simulacra eoz:
depopulabitur aras eoz. Quia nunc dicent:
non est rex nobis. Non enim timemus deum.
Et rex quid faciet nobis? Loquimini verba
visionis inutilis: & ferietis fedus: & germi-
nabit quasi amaritudo iudicium super sulcos
agri. Vaccas bethauen coluerūt habitatores
samarie. Quia luxit sup eum populus ei?: &
editui eius sup eum exultauerūt ī gloria ei?:
q migrauit ab eo. Etiquidē & ipe ī assur de-
latus est munus regi vltori. Cōfusio ephra-
im capiet: & cōfundet israhel ī voluntate sua.
Transfire fecit samaria regē suum: quasi spu-
mā sup faciē aq̄. Et disperdent excelsa ydoli
peccm israhel. Lappa & tribulus ascēdet sup
aras eorum. Et dicent montibus operite nos: et
collibus cadite sup nos. Ex diebus gabaa pec
cauit israhel. Ibi steterūt. Nō oprehēdet eos
in gabaa: pliū sup filijs iniquitatis. Juxta
desiderium meū corripiā eos. Congregabunt
sup eos populi: cū corripientur pter duas in
quitates suas. Ephraim vitula docta dilige
re trituram: & ego transiui sup pulchritudi-
nem colli eius. Ascendam sup ephraim. Ara
bit iudas: cōfringet sibi sulcos iacob. Semi-
nate vobis in iusticia: & metite in ore miseri
cordie: & innouate vobis nouale. Tempus
aūt requirendi dominum: cū venerit q̄ docebit
vos iusticiam. Arastis impietatē iniquitatē
messuistis: cōedistis frugē mēdacij. Quia cō
fisus es in vijs tuis: & in multitudine fortiu-
um tuorum. Consurget tumultus in populo
tuo: & oēs munitōes tue vastabūtur sicē va-
stat? ē salmana. a domo ei? qui iudicauit ba
al: in die prelij mīre sup filios allisa. Sic fe-
cit vob bethel: a facie malicie neq̄cia vrā.
Sicut mane trānsit. ptrā- / Ca. XI.
sit rex israhel: q puer israhel & di-
lexi eū: & ex egipto vocaui filiū meū
Vocauerūt eos: sic abierūt a facie eoz. Baalim
immolabāt: & sculptilibus sacrificabāt. Et ego q̄si
nutrici? ephraim. Portabā eos in brachijs
meis: & nescierūt q̄ curarē eos. In funiculis
adā trahā eos: ī vinculis caritatis. Et ero eis
quasi exaltās iugum super maxillas eoz: &

declinauĩ ad eũ vt vesceretur · nõ reuertetur
in terram egipti: & assur ipe rex ei? : quomã
noluerũt cõuerti. Cepit gladi? in ciuitatibo
eius: & cõsumet electos eius: & comedet ca-
pita eo? · Et populus meus pendebit ad re-
ditũ meum · Jugum aũt imponetur eis simul
quod non auferetur · Quomodo dabo te ephra
im · protegam te israhel ? Quomodo dabo te ?
Sicut adama: ponam te vt seboim. Conuer-
sum est in me co? meũ pariter : cõturbata est
penitudo mea · Nõ faciã furorẽ ire mee . Non
cõuertar vt disperdam ephraim: quomã de?
ego & nõ homo. In medio tui sanctus: & nõ
ingrediar ciuitatẽ · Post dñm ambulabunt ·
Quasi leo rugiet : q? ipe rugiet & formida-
bũt filij maris. Et auolabunt quasi auis ex
egipto: & quasi columba de terra assirio? :&
collocabo eos in domibo suis dicit dominus.
Circũdedit me ephraim in negociatõe : & in
dolo domus israhel. Judas aũt testis descẽdit
cũ deo & cũ sanctis fidelibo · Capi · XII ·

Ephraim pascit ventum: & sequitur
estũ · Tota die mẽdaciũ & vastita-
tẽ multiplicat · Et fedus cũ assirijs
iniit: & oleũ i egipto ferebat · Judiciũ ḡ dñi
cũ iuda: et visitatõ sup iacob. Juxta vias ei?
et iuxta adinuẽtões eius reddet ei · In vtero
supplãtauit frẽz suũ: & in fortitudine sua di
rectus ẽ cũ angelo · Et inualuit ad angelum:
& cõfortatus est · Flenit: & rogauit eũ . In
bethel inuenit eũ: & ibi locutus est nobiscũ ·
Et dñs deus exercituũ: dñs memoriale eius ·
Et tu ad dominũ deum tuũ cõuerteris. Mise-
ricordiam & iudiciũ custodi : & spera in deo
tuo semper · Chanaan · in manu eius statera
dolosa: calũniã dilexit · Et dixit ephraim ·
Verũtamẽ ditnes effectus sũ: inueni ydolum
michi . Oẽs labores mei nõ inuenient michi
iniquitatem quam peccaui · Et ego dñs deus
tuus ex terra egipti · Adhuc sedere te faciã
in tabernaculis: sicut in diebus festiuitatis ·
Et locutus sũ super pphetas: & ego visiones
multiplicaui: & in manu pphetarũ assimila-
tus sũ · Si i galaad ydolũ : ḡ frustra errãt in
galgal bobo immolantes · Nã & altaria eorũ
quasi acerui sup sulcos agri · Fugit iacob in
regiones sirie: & seruiuit israhel in vxore: et
in vxore seruiuit · In ppheta aũt eduxit dñs
israhel de egipto: et in ppheta seruat? ẽ · Ad
iracũdiam me prouocauit ephraim in amari
tudinibo suis: & sanguis ei? sup eũ veniet: &
obprobriũ ei? restituet ei dñs suus.

Oquẽte ephraim hor- Ca · XIII ·
ror inuasit israh: & deliquit in baal et
mortuus est · Et nũc addiderũt ad peccandũ:
fecerũtq; sibi cõflatile de ãgẽto suo q̃si simili-
tudinẽ ydolor? · Factura ãtificũ totũ est · Dñs
ipi dicũt · Immolate homines: vitulos adorãtes
Idcirco erũt q̃i nubes matutina: & sicut ros
matutin? pteriẽs · Sicut puluis turbine ra-
ptus ex area: & sicut fum? de fumario · Ego
aũt dñs deus tu? ex terra egipti: & deũ absq;
me nescies: & saluator nõ est preter me · Ego
cognoui te in deserto: i terra solitudinis · Iux-
ta pascua sua adimpleti sũt: & saturati sũt ·
Et eleuauerunt cor suum: & obliti sunt mei ·
Et ego ero eis quasi leena: sicut pardus i via
assiriorum · Occurram quasi vrsa raptis catu-
lis: & dirumpam interiora iecoris eorum · Et
cõsumaz eos ibi quasi leo : bestia agri scindet
eos · Perdicio tua israhel : tantũmodo in me
auxiliu m tuum · Vbi est rex tuus: Maxime
nũc saluet te in oĩbo vrbibo tuis · Et iudices
tui de quibus dixisti: da michi regẽ & pncipes · Dabo tibi regẽ in furore meo : & auferã
in indignatõe mea · Colligata est iniquitas
ephraim : absconditũ peccatũ eius · Dolores
parturiẽtis venẽt ei · Ipse filius non sapiẽs ·
Nunc enim non stabit in cõtricione filiorum ·
De manu mortis liberabo eos: de morte redi-
mã eos · Ero mors tua o mors : morsus tuus
ero inferne . Consolatio abscondita est ab
oculis meis: q? ipe int fratres diuidet · Addu
cet vrentem ventũ dominus de deserto ascen
dẽtem: & siccabit venas ei? · & desolabit fon
tem eius: & ipse diripiet thesaurum omnis
vasis desiderabilis · Capitulũ · XIIII ·

Pereat samaria: qm̃ ad amaritudinẽ
cõcitauit deũ suũ · Ingladio pereat ·
Paruuli eor? elidant? : & fete ei? di-
scindant? · Cõuertere israhel ad dñm deu tuũ:
qm̃ corruisti in iniq̃tate tua · Tollite vobiscũ
verba · & cõuertimini ad dominũ: & dicite ei ·
Omnẽ aufer iniq̃tatem & accipe bonũ: & red
demus vitulos labior? nostrorum · Assur non
saluabit nos · Super equũ non ascendemus:

nec dicemus vltra dñ nostri opā mānuum nostrarz: qz eius qui in te est misereberis pupilli. Sanabo cōtritōes eorz: diligā eos spōtanee: qz auersus ē furor meus ab eis. Ero q̄si ros. Et israhel germinabit sicut lilium: & erumpet radix eius vt libani. Ibūt rami eius: & erit quasi oliua gloria eius: & odor eius vt libani. Conuertētur sedētes in vmbra eius: viuēt tritico. Et germinabunt quasi vinea: memoriale eius sicut vinū libani. Ephraim quid michi vltra ydola? Ego exaudiam & dirigam eum: ego vt abietez virētem: ex me fructus tuus inuentus est. Quis sapiens & intelliget ista: intelligens & sciet hec? quia recte vie dñi & iusti ambulabunt in eis: preuaricatores vero corruent in eis:

Explicē osee pphēta. Incipit iohel pphā.

VErbum dñi quod factū est ad iohel filium fatuel. Audite hec senes: & auribus percipite omnes habitatores terre. Si factum ē istud in diebus vestris: aut in diebus patrū vestrorz. Sup hoc filijs vestris narrate: et filij vestri filijs suis: et filij eorum generationi altere. Residuū eruce cōedit locusta. & residuū locuste comedit brucus: & residuū bruci cōedit rubigo. Expgiscimini ebrij: flete et vlulate omnes qui bibitis vinū in dulcedine: quoniam perijt ab ore vestro. Gens enim ascendet super terram meā: fortis & innumerabilis. Dentes eius vt dētes leonis: & molares eius vt catuli leonis. Posuit vineam meam in desertum: & ficū meaz decorticauit. Nudās spoliauit eam et piecit: albi facti sunt rami eius. Plāge quasi vgo accincta sacco: sup virū pubertatis tue. Perijt sacrificium & libatō de domo dñi: & luxerūt sacerdotes ministri domini. Depopulata est regio: luxit humus: quoniā deuastatum est triticum. Cōfusū est vinū: elāguit oleū. Confusi sunt agricole: vlulauerūt vinitores sup frumēto vino et ordeo: quia perijt messis agri. Vinea confusa est: & ficus elanguit. Malogranatū et palma et malū & oīa ligna agri aruerūt: quia cōfusū est gaudiū a filijs hominū. Accingite vos et plāgite sacerdotes vlulate ministri altaris. Ingredimini: cubate in sacco ministri dei mei: qm̄ interijt de domo dei vestri sacrificium & libatio. Sanctificate ieiunium: vocate cetū: congregate senes oēs habitatores terre in domū dei vri: & clamate ad dñm. Aa a dies: qz ppe ē dies dñi: et q̄si vastitas a potēte veniet. Nūquid nō coram oculis vestris alimēta pierūt: & de domo dei vestri leticia & exultatō? Cōputruerūt iumēta in stercore suo. Demolita sunt horrea: dissipate sūt apothece: quoniā cōfusum est triticum. Quid ingemuit animal: mugierūt greges armenti? Quia non est pascua eis. Sed & greges pecorum disperierūt. Ad te clamabo domine: qz ignis cōedit speciosa deserti: & flāma succendit omnia ligna regionis. Sed & bestie agri quasi area siciens ymbrem: suspexerūt ad te. Quoniā exiccati sūt fontes aq̄rz: & ignis deuorauit speciosa deserti.

Ca. II.

CAmite tuba in sion: vlulate in monte sancto meo. Conturbentur omnes habitatores terre qz venit dies dñi: qz ppe ē dies tenebrarz & caliginis: dies nubis & turbinis. Quasi mane expānsū sup montes: populus multus & fortis. Similis non fuit ei a pncipio & post eū nō erit vsq̄ in annos generatōnis & generationis. Ante faciē eius ignis vorans: & post eū exurēs flāma. Quasi ortus voluptatis tra coram eo: & post eum solitudo deserti: neq̄ ē qui effugiat eū. Quasi aspectus equorum aspectus eorum: & quasi equites sic currēt. Sicut sonitus quadrigarz sup capita montiū exiliēt: sicut sonitus flāme ignis devorātis stipulam: velut popul? fortis preparatus ad pliū. A facie eius cruciabūt pplī: oēs vult? redigēt in ollā. Sicut fortes currēt: q̄si viri bellatores ascēdēt murū. Viri in viis suis gdiētur: & nō declinabūt a semitis suis. Vnusquisq̄ frēz suū nō coartabit: singuli in calle suo ābulabūt. Sed & p fenestras cadēt: & n demoliēt. Vrbē ingrediētur in muro currēt. Domos ascēdēt: p fenestras intrabūt q̄si fur. A facie eius tremuit tra: moti sūt celi. Sol et luna obtenebrati sūt: et stelle retraxerūt splēdorē suū. Et dñs dedit vocē suam añ faciē exercit? sui: qz multa sūt nimis castra eius: qz fortia et faciēcia vbū eius. Magn? ei dies dñi: et terribilis valde. Et q̄s sustinebit eū?

Johd

Nunc ergo dicit dominus. Conuertimini ad me in toto corde vestro in ieiunio & fletu & in planctu: & scindite corda vra & nō vestimēta vestra. Et cōuertimini ad dñm deū vrm: qz benignus & misericors ē: pacies & multe misericordie et prestabilis sup malicia. Quis scit si cōuertat & ignoscat deus: & relinquat post se benedictionem? Sacrificium & libamē dño nostro. Canite tuba in sion: sanctificate ieiunium vocate cetū: congregate populū sanctificate ecclesiā: coadunate senes cōgregate parvulos & sugētes vbera. Egrediat sponsus de cubili suo: i& sponsa de thalamo suo. Inter vestibulū et altare plorabūt sacerdotes ministri domini & dicēt. Parce domie parce populo tuo: & ne des hereditatem tuā in obprobrium: vt dominentur eis naciones quare dicūt in populis vbi est deus eorum? Zelatus est dñs terrā suā: & pepcit populo suo. Et rndit dñs: & dixit populo suo. Ecce ego mittam vobis frumentū et vinū & oleū: & replebimini in eis: et nō dabo vos vltra obprobrium gētibus. Et eum qui ab aquilone ē procul faciā a vobis: et expellā eū in terram inviam & desertam. Faciem eius cōtra mare oriētale: et extremū eius vsq; ad mare nouissimū: & ascendet vetor eius. Et ascendet putredo eius: qz superbe egit. Noli timere terra: sed exulta et letare: qm magnificauit dñs vt faceret. Nolite timere animalia regionis: qz germinauerunt speciosa deserti. Quia lignum attulit fructum suū: ficus & vinea dederūt virtutē suam. Et filij sion exultate & letamini in domino deo vestro: qa dedit vobis doctorem iustitie: & descēdere faciet dñs ad vos ymbrē matutinum & serotinum sicut in principio. Et implebuntur aree frumēto: & redūdabūt torcularia vino & oleo. Et reddā vob̄ ānos qs comedit locusta bruchus et rubigo et eruca: fortitudo mea magna quā misi in vos. Et cōedetis vescentes & saturabimini: et laudabitis nomen domini dei vestri qui fecit mirabilia vobiscū. Et nō cōfundet populus meus in sempiternum: & scietis qa in medio israhel ego sum. Et ego domin? deus vester: & non est amplius: & nō cōfundetur populus meus in eternū. Et erit: post hec effūdā de spiritu meo super omnē carnē: et ꝓphetabūt filij vr̄i & filie vestre. Senes vestri somnia somnia būt: & iuuenes vestri visiones videbūt. Sz & sup seruos meos & ancillas in diebo illis effūdam spiritū meum: & dabo ꝓdigia in celo & in terra sanguinem & ignem et vaporez fumi. Sol cōuertet in tnbras & luna in sanguinē: añq; veniet dies dñi magn? & horribilis. Et erit oīs q̄ inuocauerit nomē dñi salu? erit: quia in monte sion & in iherusalem erit saluatio sicut dixit dominus: & in residuis quos dominus vocauerit.

Capitu. III.

Ecce in diebus illis & in tēpore illo cū cōuertero captiuitatē iuda & iherusalē. cōgregabo oēs gentes: & deducā eas in vallē iosaphat et disceptabo cū eis ibi sup populo meo & hereditate mea isrl̄ qs dispersērūt in natōibo: et terrā meā diuiserunt & sup populū meū miserūt sortē. Et posuerūt puerū in ꝓstibulū et puellā vendiderūt p vino vt biberēt. Verū qd michi & vobis tyr? & sidon et oīs termin? palestinoy? Nunquid vltionē vos redditis michi? Et si vlciscimini vos cōtra me: cito velociter reddā vicissitudinē vobis sup caput vestrū. Argentum enim meum et aurum tulistis: et desiderabilia mea pulcerrima intulistis in delubra vestra. Et filios iuda & filios iherl̄m vendidistis filijs grecoy?: vt lōge faceretis eos de finibo suis. Ecce ego suscitabo eos de loco in quo vendidistis eos: & cōuertā retributōem vestrā in caput vestrū. Et vendā filios vros & filias vestras in manibo filioy? iuda: et venundabūt eos sabeis genti longinque: quia dominus locutus est. Clamate hec in gētibo: sanctificate bellum: suscitate robustos. Ascēdant: omnes viri bellatores. Concidite aratra vestra in gladios: & ligones vestros in lāceas. Infirm? dicat: quia ego fortis sum. Erumpite & venite gentes de circuitu: et congregamini. Ibi occumbere faciet dominus robustos tuos. Consurgant & ascendant gētes in vallem iosaphat: quia ibi sedebo vt iudicem omnes gentes in circuitu. Mittite falces quoniam maturauit messis. Venite & descēdite: quia plenum est torcular. Exuberant supfluūt torcularia: quia multiplicata ē malicia eoy?. Populi populi in valle cōcisionis: qz iuxta est dies domini i valle cōcisiōis. Sol et luna

obtenebrati sunt: & stelle retraxerunt splendorem suum. Et dñs de sion rugiet: et de iherusalem dabit vocem suã. Et mouebunt celi et terra: et dñs spes ppli sui: et fortitudo filioꝝ isrl. Et scietis qꝛ ego dñs deꝰ vꝛ: habitans ī sion in monte sancto meo. Et erit iherusalem sancta: et alieni nõ trãsibũt p eã ãplius. Et erit: in die illa stillabũt montes dulcedinez et colles fluẽt lacte. Et p oẽs riuos iuda ibũt aque: & fons de domo dñi egredietur: & irrigabit torrentem spinaꝝ. Egipt⁹ ī desolatõe erit: et ydumea in desertũ pditõis: p eo qꝛ inique egerũt ī filios iuda et effuderint sanguinẽ inocentẽ ī terra sua. Et iudea ī etnũ habitabit: et iherlm in generatõez & generatõez. Et mũdabo sanguinẽ eoꝝ quẽ nõ mũdauerã et dñs cõmorabit in sion:.

Explic Johel pphã. Incipit amos pphã.

VErba amos qui fuit in pastoralibus thecue: que vidit super isrl in diebus ozie regis iuda et in diebus iheroboam filij ioas regis isrl añ duos amos terremotus. Et dixit. dominus de sion rugiet: & de iherusalem dabit vocem suam. Et luxerunt speciosa pastorum: & exiccatus est vertex carmeli. Hec dicit dominus. Super tribus sceleribus damasci & super quatuor non cõuertam eũ: eo qꝛ triturauerũt in plaustris ferreis galaad. Et mittam ignem in domum azahel: & deuorauit domos benadab. Et cõteram vectem damasci. & disperdã habitatorem de campo ydoli: & tenentẽ sceptrũ de domo voluptatis: & transferetur populus syrie cirenen dicit dñs. Hec dicit dominus. Super tribus sceleribus gaze et super ꝗtuor non conuertam eum: eoꝝ trãstulerit captiuitatẽ perfectam vt cõcluderet eaz in ydumea. Et mittã ignẽ in murũ gaze. et deuorabit edes eius: et disperdam habitatorez de azoto et tenentẽ sceptrũ de ascalone: et cõuertã manũ meam super accaron et peribũt reliquie philistinoꝝ dicit dñs. Hec dicit dominus. Super tribus sceleribus tyri & super quatuor nõ cõuertã eũ: eo qꝛ ocluserit captiuitacẽ pfectã in ydumea: et ñ sint recordati federis fratꝝ. Et immittam ignem in murũ tyri: & deuorabit edes eius. Hec dicit dñs. Super tribus sceleribus edom et super quatuor nõ cõuertam eum: eo qꝛ psecutus sit in gladio fratrẽ suũ et violauerit misericordiam eius: et tenuerit vltra furorẽ suũ. et mdigtõnẽ suã seruauerit vsqꝫ ī finem. Mittã ignez in theman: & deuorabit edes bosre. Hec dicit dñs. Super tribus sceleribus filioꝝ ammon & super quatuor nõ cõuertam eũ: eo qꝛ dissecuerit prẽgnãtes galaad. ad dilatãdũ terminũ suũ. Et succẽdã ignez in muro rabbẽ & deuorabit edes eius: in vlulatu in die belli et in turbine in die cõmocõis

Et ibit melchon ī captiuitatẽ: ipe et pncipes eius simul dicit dominus. Ca. II.

Hec dicit dñs. Super tribus sceleribus moab et super quatuor nõ cõuertã eũ eo qꝛ incẽderit ossa regis ydumee vsqꝫ ad cinerẽ. Et mittã ignem in moab et deuorabit edes carioth: et morietur ī sonitu moab ī clãgore tube: et disperdã iudicẽ de medio eiꝰ: et omnes pncipes eiꝰ interficiã cũ eo dicit dñs. Hec dicit dñs. Super tribus sceleribus iuda et super ꝗtuor nõ cõuertã eũ: eo qꝛ abiecerit legez domini: et mandata eiꝰ nõ custodierit. Deceperunt enim eos ydola sua: post que abierãt patres eoꝝ. Et mittam ignez ī iudam: et deuorabit edes iherusalem. Hec dicit dñs. Super tribus sceleribus israhel & super quatuor nõ cõuertam eum: qꝛ eo qꝛ vendiderit p argẽto iustum: & pauperẽ p calciamẽtis. Qui cõterunt super puluerẽ terre capita pauperũ & viã humilium declinãt: & filius ac patr eiꝰ ierũt ad puellam vt violarent nomẽ sanctũ meũ: et super vestimẽtis pigneratis accubuerũt iuxta oñe altare: & vinũ dãnatoꝝ bibebãt ī domo dei sui. Ego autem extermiaui amorreũ a facie eoꝝ: cuiꝰ altitudo. cedroruz altitudo eius: & fortis ipe quasi quercus. Et cõtriui fructum eius de sup: & radices eius subter. Ego sum qui ascendere vos feci de terra egipti: & eduxi vos in deserto quadragĩta ãnis vt possideretis terrã amorrei: & suscitaui de filijs vestris ī pphetas & de iuuenibꝰ vestris nazareos. Numquid non ita est filij israhel dicit dñs? Et pmabatis nazareis vinũ & pphetis mandabatis dicẽtes: ne pphetetis Ecce ego stridebo subter vos: sicut stridet

plaustrū onustū feno· Et pibit fuga a velo
ce & fortis nō obtinebt virtutem suā: & ro-
bustus nō saluabit animā suā. Et tenens ar
cū nō stabit & velox pedibo suis nō saluabi
tur: & ascēsor equi nō saluabit aīam suā: &
robust? corde inē fortes nud? fugiet in illa
die dicit dominus·

Ca·III·

Audite verbū qđ locut? est dñs sup
vos filij isrl sup oēz cognatōz quā
eduxit đ terra egipti dicēs· Tantū
mō vos cognoui ex oibo cognatiombo terre:
idcirco visitabo sup vos omnes iniquitates
vestras. Nunquid ambulabūt duo pīē: nisi
cōuenerit eis? Nunquid rugiet leo in saltu:
nisi habuerit p̄dam: Nunquid dabit catul?
In mẽse octauo i ãno scõdo darij regis: factũ est vbũ dñi ad zachariã filiũ barachie filij addo ꝓphaz. Irat? est dñs sup pres vios iracundia. Et dices ad eos. Hec dicit dñs exercituũ. Conuertimini ad me ait dñs exercituum. Et cõuertar ad vos dic̃ dñs exercituũ. Ne fitis sicut pres vri ad qs clamabãt ꝓphete pores dicẽtes hec dicit dñs exercituũ cõuertimini ꝙ vns vris malis & cogitatõibo vris pessimis: & nõ audierunt neq; attenderũt ad me dicit dñs. Patres vri vbi sũt & ꝓphete. Nũq̃d i sempit̃nũ vivent Veruntamen vba mea & legitima mea que mandaui seruis meis ꝓphetis: nunquid nõ comp̃henderũt patres vros? Et conuersi sũt & dixerũt. Sicut cogitauit dñs exercituum facere nobis scõm vias nostras & scõm adinuentiones nostras: fecit nobis. In die vicesima & quarta vndecimi mẽsis sabbath in anno secũdo darij: factũ est verbum dñi ad zachariam filiũ barachie filij addo ꝓphetã dicens. Vidi p noctẽ: & ecce vir ascendens sup equũ ruffum. & ipse stabat inter mirteta que erant in p̃fundo: & post eum equi rufi varij & albi. Et dixi. Qui sũt isti domine mi? Et dixit ad me angelus domini qui loq̃batur in me. Ego ostẽdam tibi quid sint hec Et rndit vir qui stabat inter mirteta & dixit. Isti sũt quos misit dominus: vt pambulent terram. Et respondervt angelo dñi qui stabat inter mirteta: & dixerũt. Perambulauimus terrã; & ecce oms terra habitat & quiescit. Et rndit angelus domini & dixit. Domine exercituũ vsq;quo tu nõ miserebe ris iherusalẽ & vrbiũ iuda q̃bo irat? es. Iste ia septuagesimus annus est. Et rndit dñs angelo qui loquebat in me verba bona: verba cõsolatoria. Et dixit ad me angelus qui loquebatur in me. Clama dicens. Hec dicit dominus exercituũ. Zelatus sum iherusalez & sion zelo magno. Et ira magna ego irascor sup gentes opulẽtas: q̃ ego iratus sum parũ: ipe vo adiuvauervt in malũ. Propterea hec dicit dñs. Reuertar ad iherusalem in misericordijs: & domus mea edificabit in ea ait dñs exercituũ: & ꝑpendiculũ extẽdet sup iherusalẽ. Adhuc clama dicens. Hec dicit dñs exercituũ. Adhuc affluent ciuitates mee bonis: & cõsolabit adhuc dñs siõ: & eliget adhuc iherusalẽ. Et leuaui oculos meos & vidi: & ecce quatuor cornua. Et dixit ad angelũ qui loquebat in me. Quid sũt hec Et dixit ad me. Hec sũt cornua: que ventilauervt iudã & israhel & iherusalez. Et ondit mihi dñs quatuor fabros. Et dixi Quid isti venũt facere? Qui ait dicens. Hec sunt cornua q̃ ventilauervt iudã ꝑ singulos viros: & nemo illor leuauit caput suũ. Et venert isti deterrere ea: vt deiciant cornua gentiũ q̃ leuauerunt cornua super terrã iuda: vt dispergerent ea.

Et leuaui Ca. II. oculos meos & vidi: & ecce vir & in manu eius funiculus mẽsor. Et dixi. Quo tu vadis. Et dixit ad me. Vt metiar & videã iherusalẽ quãta sit latitudo ei? & quãta lõgitudo ei? Et ecce angel? q̃ loq̃batur in me egrediebat: & alius angel? egrediebat in occursũ ei?: & dixit ad eũ. Cure loquere ad puerum istũ dicens. Absq; muro habitabit iherusalẽ pre multitudine hominũ & iumẽtor i medio ei?. Et ego ero ei ait dominus murus ignis in circuitu: & in gloria ero in medio eius. O o fugite de terra aquilonis dicit dñs: quoniaz in quatuor ventis celi dispersi vos dicit dñs. O sion fuge q̃ habitas apud filiã babilonis: q̃ hec dicit dominus exercituũ. Post gloriã misit me ad gentes: que spoliauervt vos. Qui eñ tetigerit vos: tangit pupillam oculi mei. Quia ecce ego leuo manũ meaz sup eos: & erunt

prede hīs qui seruiebant sibi: & cognoscetis q dñs exercituū misit me. Lauda & letare filia sion: q ecce ego venio & habitabo ī medio tui ait dñs. Et applicabunt gētes multe ad dñm in die illa: & erūt mihi in populū Et habitabo in medio tui: & scies quia dñs exercituū misit me ad te. Et possidebit dñs iudā & partē suā in terra sācti ficata: & eliget ieruſalē. Obileat oīs caro a facie dñi: q cōsurrexit de habitaculo sācto suo. Ca. III.

Et oñdit mihi dñs iheſū sacerdotē magnū stantē coram angelo dñi: & sathan stabat a dexteris vt aduersaret ei. Et dixit dñs ad sathan. Increpet dñs in te sathan: & increpet dñs in te q̄ elegit iheruſalē. Nūquid nō iste torris ē erut? de igne? Et iheſus erat indutus vestibo sordidis: & stabat añ faciē angeli Qui rndit: & ait ad eos q̄ stab āt coram se dicēs. Auferte vestimēta sordida ab eo. Et dixit ad eū. Ecce abstuli a te iniquitatē tuā: & indui te mutatoriis. Et dixit. Ponite cidarim mundam sup caput eius. Et posuerūt cidarim sup caput eius mūdam: & induerūt eum vestibo. Et angelus dñi stabat: & cōtestabat angelus dñi iheſū dicēs. Hec dic dñs exercituū Si in vijs meis ambulaueris & custodiam meā custodieris: tu q̄s iudicabis domū meā & custodies atria mea & dabo tibi ambulātes de hīs qui nūc hic assistūt. Audi iheſus sacerdos magne: tu & amici tui q̄ habitant coram te: q viri potentes sunt. Ecce em̄ ego adducā seruū meū orientē: q ecce lapis quem dedi coram iheſu: sup lapidē vnū septē oculi sūt. Et ecce ego celabo sculpturā ei? ait dñs exercituū: & auferā iniq̄tatē terre illius in die vna. In die illa dic dñs exercituū: vocabit vir amicū suū subt vineā suā & subt ficū

Et reuersus ē angel? q̄ Ca. IIII. loq̄bat in me: & suscitauit me q̄si virū q̄ suscitat de somno suo. Et dixit ad me. Quid tu vides? Et dixi. Vidi: et ecce candelabrū aureū totū. & lāpas eius sup caput ipius: & septē lucerne ei? sup illud: & septē infusoria lucernis q̄ erāt sup caput ei?: & due olive sup illud: vna a dextris lampadis. & vna a simistris ei?. Et rndi: & aio ad angelū qui loquebatur in me dicens. Quid sūt hec domine mi? Et rndit angelus qui loquebat in me: & dixit ad me. Nūquid nesciſti quid sūt hec? Et dixi. Nō dñe mi. Et rndit: et ait ad me dicēs. Hec est verbū domini ad zorobabel dicens. Non in exercitu nec in robore: sed in spū meo dicit dñs exercituū. Quis tu mons magne coram zorobabel in planū? Et educet lapidem p̄mariū: & exeq̄bit gratia gratie eius. Et factū est vbū dñi ad me dicēs. Manus zorobabel fundauerūt domū istā: & man? eius pficiēt eā: & scietis q̄ dñs exercituū misit me ad vos. Quis em̄ despexit dies paruos? Et letabunt: & videbūt lapidē stagneū in manu zorobabel: hec septem sūt isti oculi domini q̄ discurrūt in vniuersam terram. Et rndi: & dixi ad eū. Quid sūt due olive iste ad dexteram candelabri & ad simistrā eius? Et rndi secūdo: & dixi ad eū. Quid sūt due spice olivar? que sūt iuxta duo rostra aurea: in quibo sunt suffusoria ex auro? Et ait ad me dicens. Nunquid nescis quid sūt hec? Et dixi. Non dñe mi. Et dixit Isti sūt duo filij olei splēdoris. q̄ assistūt dña

Et conuers? Ca. V. tori vniuerse tre sū: & leuaui oculos meos & vidi: & ecce volumē volans. Et dixit ad me Quid tu vides? Et dixi. Ecce ego video lumen volans: longitudo eius vigīti cubitor? & latitudo ei? decē cubitor?. Et dixit ad me. Hec est maledictio que egredietur sup faciem omnis terre: q omīs fur sicut ibi scriptū est iudicabit: & omnis iurans ex hoc simiſliter iudicabit. Educā illud dicit dominus exercituū: & veniet ad domū furis & ad domū iurātis in nōie meo mendaciter: & cōmorabit in medio dom? eius: & cōsumet eā & ligna eius & lapides eius. Et egressus est angelus q̄ loquebat in me: & dixit ad me. Leua oculos tuos & vide. Quid est hoc quod egredit? Et dixi. Quidnā ē. Et ait. Hec ē amfora egrediēs. Et dixit. Hec est oculus eor? ī vniuersa terra. Et ecce talentū plūbi portabat. Et ecce mulier vna sedens ī medio amfore. Et dixit. Hec ē impietas Et pecit eā in medio amfore: & misit massam plūbeam in os eius. Et leuaui oculos meos & vidi & ecce mulieres egrediētes: & spiritus in alis earum. Et habebant alas quasi alas

milui: & leuauerũt amfoꝛam inter tẽꝛam et celũ. Et dixi ad angelũ q̃ loquebaꝫ in me: Quo iſte deferꝛ amfoꝛã? Et dixit ad me. Vt edificetur ei domus in terra ſennaar: & ſtabiliaꝫ & ponaꝫ ibi ſup baſez ſuã. Ca. VI.

Et cõuerſus ſũ: & leuaui oculos meos & vidi: & ecce q̃tuoꝛ quadꝛige egrediẽtes de medio duoꝝ montiũ: & montes montes erei. In q̃dꝛiga ꝓma eque ruffi: in q̃dꝛiga ſecũda equi nigri: in q̃dꝛiga tercia equi albi: & in q̃dꝛiga q̃rta equi varij & foꝛtes. Et reſpondi: & dixi ad angelũ qui loquebaꝫ in me. Quid ſũt hec domine mi? Et rñdit angelus: & ait ad me. Iſti ſunt quatuoꝛ venti celi: qui egrediunꝫ vt ſtẽt coꝛam dñatoꝛe omnis terre. In qua erãt equi nigri egrediebanꝫ in terrã aquilõis: & albi egreſſi ſũt poſt eos: & varij egreſſi ſũt ad terram auſtri. Qui autẽ erãt robuſtiſſimi exierũt & querebant ire & diſcurrere p omnem terrã. Et dixit. Ite: pambulate terrã. Et pambulauerũt terrã. Et vocauit me: & locutus eſt ad me dicẽs. Ecce q̃ egrediunꝫ in terrã aq̃lonis: requieſcere fecerũt ſpiritũ meũ i terra aq̃lonis. Et factũ eſt verbũ dñi ad me dicẽs Sume a tranſmigratione ab oldai & a thobia & ab idaia & venies tu in die illa & intrabis domũ ioſie filij ſophonie qui venerũt de babilõe: & ſumes aurũ & argẽtũ & facies coronas & pones in capite iheſu filij ioſedech ſacerdotis magni: & loqueris ad eũ dicens. Hec ait dñs exercituũ dicens. Ecce vir: oriens nomẽ eius. Et ſubter eũ oriet: & edificabit tẽplũ domino: & ipſe extruet templũ domino. Et ipſe portabit gloriaz: & ſedebit & dominabit ſup ſolio ſuo. Et erit ſacerdos ſup ſolio ſuo: & cõſiliũ pacis erit inter illos duos. Et coꝛone erunt helez & thobie & idaie & hen filio ſophonie: memoꝛiale in tẽplo domini. Et qui ꝓcul ſũt venient & edificabũt in tẽplo dñi: & ſcietis q̃ dñs exercituũ miſit me ad vos. Erit aũt hoc: ſi auditu audieritis vocẽ dñi dei veſtri. Capi. VII.

Et factũ eſt i anno q̃rto darij regis factũ eſt vbũ dñi ad zachariã in q̃rta menſ nom q̃ eſt caſleu. Et miſerũt ad domũ dei ſaraſar & rogomelech & viri q̃ erãt cũ eis ad deꝓcandã faciẽ dñi: vt dicerent ſacerdotibꝰ domus dñi exercituũ & ꝓphetis loq̃ntes. Nũquid flendũ eſt mihi in quinto meſe: vel ſanctificare me debeo ſicut feci iam multis annis? & factũ eſt verbũ domini exercituum ad me dicens. Loquere ad omnẽ populũ terre: & ad ſacerdotes dicens. Cũ ieiunaretis & plangeretis in quinto & ſeptimo meſe p hos ſeptuaginta annos: nũ q̃d ieiunium ieiunaſtis mihi? Et cũ cõediſtis & bibiſtis: nũquid nõ vob comediſtis & vobiſmetipſis bibiſtis? Nũquid nõ hec ſũt vba q̃ locutus eſt dñs in manu ꝓphetaꝝ ꝓioꝝ cũ adhuc iheruſalẽ habitaretꝫ & eſſet opulenta: ipa & vꝛbes in circuitu eiꝰ: & ad auſtrũ & in cãpeſtribꝰ habitaretꝫ? Et factũ eſt verbum domini ad zachariam dicens. Hec ait dominus exercituũ dicens. Judiciũ verum iudicate: & miſericoꝛdiã & miſerationes facite vnuſquiſq̃ cũ fratre ſuo. Et viduam & pupillũ & aduenã & pauperẽ nolite calũniari: & malũ vir fratri ſuo nõ cogitet i coꝛde ſuo. Et noluerũt attẽdere & auerterũt ſcapulã recedẽtes: & aures ſuas aggrauauerũt ne audirẽt: & coꝛ ſuũ poſuerũt vt adamantẽ ne audirẽt legẽ & vba q̃ miſit dñs exercituum in ſpũ ſuo ſancto p manũ ꝓphetaꝝ ꝓoꝝ. Et facta eſt indignatõ magna a dño exercituũ Et factũ eſt ſicut locutꝰ eſt & ſicut nõ audirẽt: ſic clamabũt & nõ exaudiã dicis dñs exercituũ Et diſperſi eos p oĩa regna q̃ neſciũt & terra deſolata eſt ab eis eo q̃ nõ eſſet tranſiẽs & reuertẽs: & poſuerũt terrã deſiderabilẽ

Et factũ ẽ vbũ? Ca. VIII. i dꝛtũ. dñi exercituũ ad me dicẽs. Hec dicit dñs exercituũ. Zelatus ſũ ſion zelo magno: & indignatõe magna zelatus ſũ eã. Hec dicit dñs exercituũ reuerſus ſũ ad ſion: & habitabo in medio iheruſalẽ. Et vocabiꝫ iheruſalẽ ciuitas veritatis: & mõs dñi exercituũ mõs ſanctificatus. Hec dicit dñs exercituũ. Adhuc habitabũt ſenes & anus in platheis iheruſalẽ: & viri baculus i manu eius ꝓ multitudine dieꝝ. Et platheę ciuitatis cõplebunꝫ infantibꝰ: & puellis ludentibꝰ in plateis eius. Hec dicit dñs exercituũ. Si videbiꝫ difficile in oculis reliquiaꝝ populi huius in diebꝰ illis: nunquid in oculis meis difficile erit dicit dominus exercituũ? Hec

dicit dñs exercituum. Ecce ego saluabo po
pulũ meũ de terra oriẽtis & de terra occasus
solis: adducã eos & habitabũt ĩ medio ihe
rusalẽ: & erũt mihi ĩ populũ & ego ero eis in
deũ in veritate & ĩ iusticia. Hec dicit dñs ex
ercituũ. Cõfortent manus vestre qui audi
tis in hijs diebo ꝑmones istos p os ꝓphetaꝝ
in die qua fundata est domus dñi exercituũ
vt tẽplũ edificaret. Siquidem ante dies il
los merces hominũ non erat nec merces iu
mẽtoꝝ erat: neq; introeũti & exeũti erat pax
ꝑ tribulatõne: & dimisi omes homines vnũ
quẽq; contra ꝓximũ suũ. Nunc autem non
iuxta dies priores ego faciã reliquijs popu
li huius dicit dñs exercituũ: sed semen pa
cis erit. Vinea dabit fructũ suũ: & terra da
bit germẽ suũ. Et celi dabunt rorem suum:
& possidere faciam reliquias populi huius
vniuersa hec. Et erit: sicut eratis maledictõ
in gentibo domus iuda & domus israhel: sic
salauabo vos & eritis benedictio. Nolite ti
mere. Confortent manus vestre: quia hec
dicit dñs exercituũ Sicut cogitaui vt affli
gerẽ vos cũ ad iracundiam ꝓuocassent pa
tres vestri medicit dñs & nõ sum misertus:
sic cõuersus cogitaui in diebus istis vt bene
faciam domui iuda & iherusalem. Nolite ti
mere. Hec sunt ergo verba que facietis. Lo
quimini veritatẽ vnusquisq; cũ ꝓximo suo.
Veritatem & iudicium pacis iudicate in
portis vestris: & vnusquisq; malũ otra ami
cũ suũ ne cogitetis in cordibo vestris. & iu
ramentũ mẽdax ne diligatis. Omnia em̃ hec
sũt que odi dicit dñs. Et factũ est verbũ do
mini exercituũ ad me dicens. Hec dicit domi
nus exercituũ. Jeiunium quarti & ieiunium
quinti & ieiunium septimi & ieiunium decimi
erit domui iude in gaudiũ & leticiã: & in so
lẽnitates ꝑclaras. Veritatẽ tantũ & pacẽ di
ligite. Hec dicit dñs exercituũ. Vsq; quo ve
nãt populi & habitent in ciuitatibo multis:
& vadant habitatores vnus ad alterũ di
centes. Eamus & deꝑcemur faciẽ domini: &
queramus dñm exercituum. Vadam etiam
ego. Et venient populi multi & gentes ro
busti ad querendũ dñm exercituũ ĩ iherusa
lem: & deꝑcandam faciem dñi. Hec dicit do
mini exercituũ. In diebo illis in qbo appre
hendent decem homes ex omibo linguis gen
tiũ: & apprehẽdent fimbriã viri iudei dicen
tes: ibim9 vobiscũ. Audiuim9 em̃ quia deus
vobiscũ est.

Onus verbi dñi Ca. IX. vobiscũ ẽ.
in terra adrach & damasci requiei
eius: qa dñs est oculus hominis &
omnium tribuũ israhel. Emath quoq; in ter
minis eius: & tyrus & sidon. Assumserunt
quippe sapientiã valde. Et edificauit tyrus
munitionem suam: & congeruauit argentũ
quasi humum: & aurũ vt lutum platearũ.
Et ecce dñs possidebit eã: & percutiet ĩ mari
fortitudinẽ eius: & hec igni deuorabit. Vi
debit ascalon & timebit: & gaza & dolebit
nimis: accaron quoniã cõfusa est spes eius.
Et peribit rex de gaza: & ascalon nõ habita
bit. Et sedebit separator in azoto: & dis
dam superbiam philistinoꝝ. Et auferam san
guinẽ eius de ore eius: & abominatones eius
de medio dentiũ eius. Et relinquet etiã ipse
deo nostro: & erit quasi dux in iuda: & acca
ron q̃si iebuseus. Et circũdabo domũ meaꝝ
ex hijs qui militant mihi eũtes & reuerten
tes: & nõ transibit sup eos vltra exactor: qa
nũc vidi ĩ oculis meis. Exulta satis filia si
on: iubila filia iherusalẽ. Ecce rex tuus ve
niet tibi iustus & saluator: ipe paup & asce
dẽs sup asinã: & sup pullũ filiũ asine. Et di
sperdã quadrigã ex ephraim: & equũ de ihe
rusalez: & dissipabit arcus belli. Et loquet
pacẽ gentiũ: et potestas eius a mari vsq; ad
mare: et a flumimbo vsq; ad fines terre. Tu
q̃s in sanguine testamẽti tui emisisti victos
tuos de lacu: in quo nõ est aqua. Cõvertimi
ad munitionẽ vincti spei. Hodie q̃s annũcias
duplicia reddam tibi: quoniaꝝ extendi mihi
iudam quasi arcum: impleui terram ephra
im. Et suscitabo filios tuos sion sup filios tu
os gretia: & ponã te quasi gladiũ fortiũ. Et
dominus deus sup eos videbit: & exibit vt
fulgur iaculum eius. Et dñs deus in tuba ca
net: & vadet in turbine austri. Dñs exerci
tuũ ꝓteget eos: & deuorabũt & subicient lapi
dibo funde. Et bibentes inebriabunt q̃si a vi
no replebunt vt phiale: & quasi cornua al
taris. Et saluabit eos dominus deus eorum
in die illa vt gregez populi sui: quia lapides
sancti eleuabuntur super terram eius. Quid

ẽm bonũ eius est: & qđ pulcrũ eius: nisi fru
mentũ electoꝝ & vinũ germinans vgines.
Petite pluuiã a dño tpe (Ca. X.
serotino: & dñs faciet nues & plu-
uiã imbris: & dabit eis singulis her
bã in agro. Quia simulacra locuta sũt inuti
le: & diuini viderũt mendatiũ: & somniato-
res locuti sũt frustra & vana cõsolabantur.
Idcirco adducti sũt q̃si grex: affligent̃ qa
nõ est pastor eis. Super pastores iratus est
furor meus: & sup hircos visitabo. Quia visi
tauit dñs exercituũ gregez suũ domũ iuda:
& posuit eos q̃si equũ gloꝛie sue in bello Ex
ipso angel9. & ex ipso paxillus: ex ipso ar-
cus prelij: & ex ipo egredient̃ oĩs exactor si
mul. Et erũt quasi fortes: cõculcantes lutũ
viaꝝ in prelio. Et bellabũt qꝛ dñs cũ eis: &
confundent̃ ascensores equoꝝ. Et confortа
bo domũ iuda: & domũ ioseph saluabo. Et
conuertam eos quia miserebor eoꝝ: & erũt
sicut fuerũt quando nõ piecerã eos. Ego em̃
dñs deus eoꝝ: & exaudiam eos. Et erũt q̃si
fortes ephraim: & letabitur cor eoꝝ quasi a
vino: Et filij eoꝝ videbunt & letabuntur:
& exultabit cor eoꝝ in dño. Sibilabo eis &
congregabo illos: quia redemi eos. Et mul-
tiplicabo eos sicut ante fuerant multiplicati
& seminabo eos in populis. Et delonge re-
cordabunt̃ mei: & viuent cũ filijs suis & re
uertent̃. Et reducã eos de terra egipti: & de
assirijs congregabo eos. Et ad terram gala-
ad & libam adducam eos: & nõ inuenient̃ eis
locus. Et transiet in maris freto: & percu-
tiet in mari fluctus: & cõfundent̃ omnia p-
funda fluminis. Et humiliabit̃ superbia assur
& sceptrũ egipti recedet. Confortabo eos in
dño & in noie eius ambulabunt dicit dñs.
Aperi libane portas tu (Ca. XI.
as: & comedat ignis cedros tuas.
Vlula abies qꝛ cecidit cedrus: qm̃
magnifici vastati sũt. Vlulate quercus ba-
san: qm̃ succisus est saltꝰ munit9. Vox vlu
latus pastoꝝ: qꝛ vastata est magnificentia
eoꝝ. Vox rugitus leonũ: qm̃ vastata ẽ sup
bia iordanis. Hec dicit dñs deus meus. Pa
sce pecora occisionis: que qui possederant oc
cidebant & nõ dolebant: & vendebant: ea di
centes. Benedictus dñs: diuites facti sum9:
Et pastores eoꝝ non parcebant eis: & ego
non parcam vltra sup habitantes terram di
cit dñs. Ecce ego tradam homines vnum-
quẽq; in manu pximi sui. & in manu regis
sui: & cõscidẽt terrã & nõ eruã de manu eoꝝ:
& pascam pecus occisionis pter hoc o pau-
peres gregis. Et assumsi mihi duas virgas
vnam vocaui decorẽ & alterã vocaui fumicu-
lũ: & paui gregem. Et succidi tres pastores
in mense vno: & cõtracta est anima mea in
eis. Siquidẽ & anima eoꝝ variauit in me.
Et dixi. Non pascam vos. Quod moriẽ mo
riatur: & quod succidiẽ succidat̃: & reliqui
deuorent vnusquisq; carnem pximi sui. Et
tuli virgam meã que vocabat̃ decus & ab-
scondi eã: vt irritũ facerẽ fedus meũ qđ per
cussi cũ oĩbus pplis: & in irritũ deductũ est in
die illa. Et cognouerunt sic paupes gregis
qui custodiũt mihi: qꝛ verbũ dñi ẽ. Et dixi
ad eos. Si bonũ est in oculis vẽis affer-
te mercedem meam: & si non. quiescite. Et
appenderũ mercedem meã: triginta argente
os. Et dixit dñs ad me. Proice illud ad sta
tuariũ. Decorũ preciũ quo appreciatus sum
ab eis. Et tuli triginta argenteos: & pieci
illos in domo dñi ad statuariũ. Et pcidi vir
gam meã secũdã que appellabat̃ fumiculus:
vt dissoluerẽ germanitatem inter iudam &
israhel. Et dixit dñs ad me. Adhuc sume
tibi vasa pastoris stulti. Quia ecce ego su-
scitabo pastorẽ in terra qui derelicta nõ visi-
tabit dispersũ nõ q̃ret: & cõtritũ nõ sanabit
& id qđ stat nõ enutriet: & carnes pinguiũ
comedet. & vngulas eoꝝ dissoluet O pastor
& ydolũ: derelinquẽs gregẽ. Gladi9 sup bra
chiũ ei9 & sup oculũ dextrũ eius. Brachiũ
eius ariditate siccabit̃: & oculꝰ dexter eius
tenebrescens obscurabit̃. (Ca. XII.
Onus verbi dñi sup israhel. Dixit
dñs extendẽs celũ & fundãs terrã:
& fingẽs spm̃ hois in eo. Ecce ego
ponã iherusalẽ sup liminare crapule omnibo
pplis in circuitu: & & iuda erit in obsidione
cõtra iherusalẽ. Et erit: in die illa ponã ihe-
rusalẽ lapidẽ oneris cũctis pplis. Oẽs q̃ leua
bũt eam cõcisione lacerabunt̃: & colligent̃
aduersus eam omnia regna terre. In die il-
la dicit dñs pcutiam omnẽ equũ in stupore

& aſcenſorem eius in āmentia. Et ſup domū
ıuda & aperiam oculos meos: & omnē equū
populoꝝ pcutiā cecitate. Et dicēt duces iu-
da in corde ſuo. confortent mihi habitatores
iheruſalez: in domino exercituū deo eoꝝ. In
die illa ponā duces iuda ſicut camnū ignis
in lignis & ſicut facē ignis in feno: & deuo-
rabūt ad dextrā & ad ſiniſtrā omnes popu-
los ī circuitu. Et habitabit iheruſalē rurſus
ī loco ſuo in iheruſalē: & ſaluabit dñs taber
nacula iuda ſicut in principio vt nō magnifi
ce gloriet domus dauid: & gloria habitan
tiū iheruſalē cōtra iudā. In die illo pteget
dñs habitatores iheruſalē. Et erit q offende-
rit ex eis ī die illa quaſi dauid: et domus da
uid quaſi dei ſicut angelus dñi in conſpectu
eius. Et erit in die illa querā cōterere oēs
gentes que venīūt cōtra iheruſalē: & effun-
dam ſuper domū dauid & ſuper habitatores
iheruſalē ſpiritū gratie & precū. Et aſpiciēt
ad me quē cōfixerūt: & plangēt eū planctu
quaſi ſup vnigenitū: & dolebūt ſup eum vt
doleri ſolet in morte primogeniti. In die illa
magnus erit planctus in iheruſalē ſicut plā
ctus adremmon in campo magedon. Et plā
get terra: familie & familie ſeorſum. Fami-
lie domus dauid ſeorſū: & mulieres eoꝝ ſe-
orſū. Familie domus nathan ſeorſū: & muli
eres eoꝝ ſeorſū. Familie domus leui ſeorſū:
et mulieres eoꝝ ſeorſū. Familie ſemei ſeorſū
& mlieres eoꝝ ſeorſū. Oēs familie reliq: fa
milie et familie ſeorſū: & mlieres eoꝝ ſeorſū
In die illa erit fons patēs domui Ca. XIII
dauid & habitantibꝰ iheruſalez: in ablutiōꝝ
peccatoris & menſtruate. Et erit in die illa
dicit dñs exercituū diſperdā nōia ydoloꝝ de
terra: & nō memorabunt vltra. Et pſeudo
pphetas & ſpm immundū auferam de terra.
Et erit cū pphetauerit quiſpiā vltra: dicent
ei pater eius & mater eius qui genuerūt eū.
Non vives: q mendaciū locutus es in noie
domini. Et configent eū pater eius & mater
eius genitores eius cū pphetauerit. Et erit
in die illa confundent pphete vnuſquiſq; ex
viſione ſua cū pphetauerint: nec operiētur
pallio ſaccino vt mentiant. Sed dicet: nō
ſum pphēta. Homo agricola ego ſum: qm
adam exemplū meum ab adoleſcentia mea.
Et dicet ei. Quid ſunt plage iſte in medio
manuū tuaꝝ? Et dicet. Hꝰ plagatus ſum
in domo eoꝝ qui diligebāt me. Framea ſu-
ſcitare ſup paſtorē meū & ſup virū coherē-
tem mihi dicit dñs exercituū. Percute pa-
ſtorem & diſpergentur oues. Et conuertam
manū meā ad paruulos: & erūt in omni ter
ra dicit dñs. Partes due in ea diſpergent &
deficiēt: & tercia pars relinquet in ea. Et du
cā terciā ptē p ignē: & vrāz eos ſicut vrit
argentū: & pbabo eos ſicut pbat aurū. Ip
ſe vocabit nomē meū: & ego exaudiā eū. Et
dicā. populus meus es: & ipſe dicet. dñs de?
Ecce dies venīt Ca. XIIII. me?
dicit dñs: & diuident ſpolia tua in
medio tui Et congregabo oēs gentes
ad iheruſalē ī pliū et capient ciuitas & vaſta
bunt domus: & mulieres violabuntur. Et
egredient media pars ciuitatis in captiuita-
tem: & reliquū populi nō auferet ex vrbe.
Et egredient dñs et pliabit cōtra gentes illas
ſicut preliatus eſt in die certaminis. Et ſta-
bunt pedes eius in die illa ſup montez oliua
rū: qui eſt cōtra iheruſalē ad orientē. Et ſci-
det mons olivaꝝ ex media parte ſui ad ori-
entem & occidentem prerupto grādi valde.
Et ſeparabit medium montis ad aquilonē:
& medium eius ad meridiem. Et fugietis
ad vallem montiū eoꝝ: quoniā coniungetur
vallis montiū vſq; ad proximū. & fugietis
ſicut fugiſtis a facie terre motus in diebus
ozie regis iuda. Et veniet dominꝰ deus meus
omneſq; ſancti cum eo. Et erit: ī die illa nō
erit lux ſed frigus & gelu. Et erit dies vna
que nota eſt domino: non dies neq; nox: &
in tēpore veſperi erit lux. Et erit in die illa
exibūt aque vive de iheruſalem. Mediū eaꝝ
ad mare orientale: & mediū eaꝝ ad mare no-
uiſſimū. In eſtate & in hyeme erūt & erit
dominus rex ſup omnē terrā. In die illa erit
dñs vnus: & erit nomē eius vnū. Et reuer-
tet omis terra vſq; ad deſertū: & colle rem-
mon ad auſtrū iheruſalem. Et exaltabit &
habitabit in loco ſuo a porta beniamin vſq;
ad locū porte prioris & vſq; ad portā angelo
rum: & terre ananehel vſq; ad torcularia re
gis. Et habitabūt ī ea: & anathema nō erit
ampliꝰ. Hoz ſedebit iheꝝlm ſecura: & hec erit

plaga qua percutiet dñs omnes gentes que pugnauerunt aduersus ihrlm · Tabescet caro vniuscuiusq stantis sup pedes suos: & oculi eius cõtabescent in foraminibꝫ suis · & lingua eorum contabescet in ore suo · In die illa erit tumultus dñi magnus in eis: & apprehẽdet vir manũ proximi sui · & conseretur manus eius sup manũ proximi sui · Sed & iudas pugnabat aduersus ihrlm · Et congregabũtur diuitie ommiũ gentiũ in circuitu · auꝝ & argentũ & vestes multe satis · Et sic erit ruina equi & muli & cameli & asini: & ommiũ iumentoꝝ que fuerint in castris illis sicut ruina hec · Et omnes qui reliqui fuerint de vniuersis gentibꝫ que venerũt cõtra iherusalem: ascendent ab anno in annũ · vt adorẽt regem dñm exercituũ: & celebrent festiuitates tabernaculoꝝ · Et erit qui non ascenderit de familijs terre · ad iherusalẽ vt adorẽt regem dominum exercituum: non erit super eos ymber · Quod & si familia egipti nõ ascẽderit & non venerit: nec super eos erit · Sed erit ruina qua percutiet dñs omnes gentes · que non ascenderint ad celebrandum festiuitatẽ tabernaculoꝝ · Hoc erit pctm egipti & hoc pctm ommiũ gentiũ: que nõ ascenderint · ad celebrandã festiuitatem tabernaculoꝝ · In die illa erit qđ super freuũ est equi sanctũ dño: & erũt lebetes in domo dñi q̃si phiale coram altari · Et erit omnis lebes in iherusalem & in iuda sanctificatus dño exercituũ Et venient omnes immolantes & sument ex eis: & coquent in eis · Et non erit mercator: vltra in domo domini exercituum in die illo ·

Explicit zacharias ꝓpheta · Incipit malachias ꝓpheta ·



Capitulũ · primũ ·

Nus verbi domini ad israhel in manu malachie ꝓphete · Dilexi vos dicit dominus · Et dixistis · In quo dilexisti nos? Nonne frater erat esau iacob dicit dominus? Et dilexi iacob: esau aũt odio habui Et posui seir montes eius in solitudinem: & hereditatem eius in dracones deserti · Quod si dixerit idumea destructi sumus ſ reuertẽtes edificabimus q̃ destructa sunt: hec dicit dominus exercituũ. Ipsi edificabunt: & ego destruam · Et vocabũtur termini impietatis: & populus cui iratus est dñs vsq; in eternũ Et oculi vestri videbũt: & vos dicetis · Magnificetur dñs sup terminũ israhel · Filius honorat patrem: & seruus dñm suum timebit · Si g̃ pr̃ ego sũ vbi est honor meus: & si dñs ego sũ · vbi est timor meus dicit dñs exercituũ? Ad vos o sacerdotes: qui despicitis nomen meũ · Et dixistis: In q̃ despeximus nomen tuũ? Offertis sup altare meũ panẽ pollutũ · Et dicitis · In quo polluimus te? In eo q̃ dicitis: mensa dominj despecta est · Si offeratis cecũ ad immolandũ: nonne malũ est? Et si offeratis claudũ & languidum: nonne malũ est? Offer illud duci tuo: si placuerit ei aut si susceperit faciẽ tuã dicit dñs exercituum Et nũc deprecamini vultũ dei vt miserea tur vri: de manu eorum vra factũ ẽ hoc: si q̃ modo suscipiat facies vras dicit dñs exercituum · Quis est in vobis q̃ claudat ostia & incendit altare meũ gratuito? Non est michi voluntas in vobis dicit dominus exercituum: & munꝰ non suscipiaz de manu vestra · Ab ortu enim solis vsq; ad occasum magnũ est nomẽ meũ in gentibꝫ: & in omni loco sanctificatur & offertur nomini meo oblatõ mũda: q̃ magnuz nomen meũ in gentibꝫ dicit dñs exercituuz Et vos polluistis illud in eo q̃ dicitis mẽsa dñi cõtaminata est: & qđ suppositum cõtẽptibile est cũ igne qui illud deuorat · Et dixistis · Ecce de labore · & exsufflastis illud dicit dominꝰ exercituũ · Et intulistis de rapinis claudũ & languidũ: & intulistis munꝰ · Nũ quid suscipiaz illud de manu vra dicit dñs? Maledictus dolosus q̃ habet in grege suo masculũ: & votum faciens immolat debile dño · Quia rex magnꝰ ego dicit dñs exercituũ: & nomẽ meũ horribile in gentibꝫ ·

Capi · II ·

Et nũc ad vos mãdatũ hoc o sacerdotes · Si nolueritis audire & si nolueritis ponere sup cor vt detis gloriã nomini meo ait dñs exercituũ: mittã in vos egestatẽ & maledicã bñdictionibꝫ vris: & maledicã illi q̃m ñ posuistis sup cor · Ecce ego pruinã vobis brachiũ: & dispergã sup vultũ vrm stercus solẽnitatũ vraꝝ · & assumet vos secũ · Et scietis q̃ misi ad vos mãdatũ istud vt eẽt pactũ meũ cũ leui dicit dñs exercituũ

pactum meum cū eo vite & pacis · & dedi ei timorez & timuit me: & a facie nomīs mei pauebat · Lex veritatis fuit ī ore eius: & iniquitas non est inuēta in labijs eius · In pace & in equitate ambulauit mecū: & multos auertit ab iniquitate · Labia enim sacerdotis custodiūt scientiā & legem requirent ex ore eius: q̄ angelus dñi exercituū est. Vos aūt recessistis de via & scandalizastis plurimos in lege · Irritū fecistis pactū leui · dicit dñs exercituum · Propter quod & ego dedi vos contemptibiles & humiles ommibo populis: sicut non seruastis vias meas: & accepistis faciem in lege · Numquid nō pater vnus omnium nostrum? Numquid non deus vnus creauit nos? Quare ergo despicit vnusquisq̄ nostrum fratrem suuz: violans pactū patrum nostroz? Trangressus est iuda & abominatio facta est in israhel & in iherusalem: q̄ cōtaminauit iudas sanctificacōnē domini quā dilexit: & habuerunt filiam dei alieni · Disperdat dñs virū q̄ fecerit hoc: magistratum & discipulū & tabernaculo iacob · & offerēntem munus domino exercituū · Et hoc rursū fecistis · Operiebatis lacrimis altare domini fletu & mugitu: ita vt non respiciā vltra ad sacrificiū: nec accipiā placabile quid de manu vra · Et dixistis: quam ob causam? Quia dñs testificatus est inter te & vxorez pubertatis tue: quaz tu despexisti · Et hec pticeps tua & vxor federis tui. Nonne vnus fecit & reliquū spūs eius est? Et quid vnus querit · nisi semen dei? Custodite ergo spiritum vēm & vxorem adolescētie tue noli despicere · Cū odio habueris eaz dimitte: dicit dñs deus israhel · Operiet aūt iniq̄tas vestimētū eius: dicit dñs exercituū. Custodite spirituz vestz · & nolite despicere · Laborare fecistis dñm in sermombo vestris. Et dixistis · In quo euz fecimus laborare? In eo q̄ dicitis · Omnis q̄ facit malum bonus est in cōspectu domini: & tales ei placēt · Aut certe: vbi ē deus iudicij?

Ecce ego mitto angelum meū: & pparabit viā añ faciē meā · Et statī veniet ad tēplū suū dñator quē vos q̄ritis · & āgelus testamēti quem vos vultis. Ecce venit: dicit dñs exercituū · Et q̄s poterit cogitare diē aduentus ei? : Et q̄s stabit ad videndū eū? Ipse emz quasi ignis conflans: & quasi herba fullonū · Et sedebit cōflans & emūdans argentū: & purgabit filios leui · Et colabit eos quasi auruz & quasi argentuz · & erūt duo offerentes sacrificia in iustitia · Et placebit domino sacrificium iuda · & iherusalē sicut dies seculi: & sicut āni antiqui · Et accedam ad vos in iudicō: & ero testis velox maleficis & adulteris & periuris: & qui calūniantur mercedem mercenarij: & humiliant viduas & pupillos & opprimūt peregrinū: nec timuerunt me dicit dñs exercituū: Ego enim dñs & nō mutor: & vos filij iacob non estis cōsumpti · A diebo em̄ patrū vroz recessistis a legittimis meis & non custodistis · Reuertimini ad me & reuertar ad vos: dicit dñs exercituū. Et dixistis in q̄ reuertemur? Si affiget hō deū: q̄ vos cōfigitis me. Et dixistis: In q̄ cōfigim? te? In decimis & in p̄mitijs & in penuria · Vos maledicti estis: & me vos cōfigitis gens tota · Inferte omnem decimā in horreuz: & sit cibo in domo mea: & p̄bate me sup hoc dicit dñs · Si non aperuero vobis catharactas celi: & effudero vobis benedictōnem vsq̄ ad habūdantiā · Et increpabo p̄ vobis deuorantez: & non corrūpet fructū terre vestre: nec erit sterilis vinea in agro dicit dñs exercituuz · Et beatos vos dicent omnes gētes. Eritis enim vos terra desiderabilis dicit dñs exercituū · Inualuerūt sup me verba vestra dicit dñs Et dixistis · quid locuti sumus cōtra te? Dixistis · Vanus est q̄ seruit deo. Et q̄d emolumentū q̄ custodiuim? p̄cepta eius · & q̄ ābulauim? tristes corā dño exercituū · Ergo nūc beatos dicimus arrogātes · Siquidē edificati sūt facientes impietates · & temptauerunt deū & salui facti sūt · Tūc locuti sūt timentes deū · vnusq̄sq̄ cū proximo suo · Et attendit dñs & audiuit: & scriptus ē liber monumenti coram eo timentibo dominum & cogitantibo nomen eius · Et erunt michi ait dñs exercituū in die q̄ ego faciā in peculiū: & pcā eis sicut pcit vir filio suo seruēti sibi · Et cōuertimini & videbitis q̄d sit int̄ iustuz & impiū: & it̄ seruētez deo & ñ seruē

Ecce em̄ dies veniet succensa q̄si camin? : & erūt

oñes ſuperbi & oñes facientes impietatem ſtipula. Et inflammabit eos dies veniẽs dicit dñs exercituũ: q̃ nõ derelinq̃t eis radicem & germen. Et orietur vobis timentibo nomen meũ ſol iuſticie: & ſanitas in p̃nis eius Et egrediemini & ſalietis ſicut vituli de armento & calcabitis impios cuz fuerint cinis ſub planta pedũ vzoz in die q̃ ego facõ dicit dñs exercituũ. Memẽto legis moyſi ſui mei quã mandaui ei in oreb ad oñem iſrahel · precepta & iudicia. Ecce ego mittã vobis heliam pphetam: anteq̃ veniat dies magnus & horribilis: Et conuertet cor patrum ad filios & cor filiozum ad patres eoz: ne forte veniã & percutiam terram anathemate.

Explicit malachias pph̃a. Incip̃ plogus bti hiero. p̃sbiteri i libzos machabeoz.

Machabeozum libzi duo preno tant prelia. inter hebzeoz duces gentemq̃ perſarũ. pugnã quoq̃ ſabbatozum. & nobiles machabei ducis triumphos. ex cuius nomine & libzi ydem ſunt nuncupati. Hec quoq̃ hiſtozia continet etiam inclita illa geſta machabeorum fratruz: qui ſub antiocho rege pro ſacris legibus. dira tormẽta perpeſſi ſunt. Quos mater pia dum diuerſis ſupplicijs vrgerentur nõ ſolum non fleuit: ſed & gaudẽs hortabat ad gloziã paſſionis.

Expl. plogus. Incip̃ lib. j. machabeoz.

Factum eſt postq̃ percuſſit allexander philippi rex macedo qui primus regnauit in grecia egreſſus de terra cetthim darium regem perſarum & medoz. cõſtituit p̃ prelia multa: & obtinuit ommium munitiones: & interfecit reges terre. Et pertranſiit vſq̃ ad fines terre: & accepit ſpolia multitudinis gentium & filuit terra in cõſpectu eius. Et congregauit virtutem et exercitum fortem nimis: & exaltatum eſt & eleuatum cor eius: & obtinuit regiones gentiũ & tirãnos & facti ſunt illi in tributũ. Et poſt hec dormiuit in lectũ: & cognouit q̃ moreret. Et vocauit pueros ſuos nobiles. qui ſecũ erãt nutriti a iuuẽtute ſua & dimiſit illis regnũ ſuũ cum adhuc viueret. Et regnauit allexander annis duodecim: & mortuus eſt. Et obtinuerũt pueri eius regnũ vnuſquiſq̃ in loco ſuo: & impoſuerũt oñes ſibi diademata poſt mortem eius & filijs eoz poſt eos annis multis. & multiplicata ſũt mala in terra. Et exijt ex eis radix peccati. ãtiochus illuſtris filius antiochi regis qui fuerat rome obſes & regnauit in anno centeſimo triceſimo & ſeptimo regni grecoz. In diebus illis exierũt ex iſrahel filij iniqui. & ſuaſerũt multis dicẽtes. Eamus & diſponamus teſtamentum cũ gentibus que circa nos ſunt: q̃ exquo receſſimus ab eis inuenerũt nos multa mala. Et bonus viſus ẽ. ſermo in oculis eoz. Et deſtimauerunt aliqui de populo & abierunt ad regem: & dedit illis poteſtatem ut facerẽt iuſticiã gentium. Et edificauerũt gimnaſiũ in iheroſolimis ſecũdum leges natiõnũ. & fecerũt ſibi ꝓputia: & receſſerũt a teſtamento ſancto & iuncti ſunt nacõnibus: & venũdati ſũt vt facerent malũ. Et paratum eſt regnũ in cõſpectu antiochi & cepit regnare in terra egipti: vt regnaret ſup duo regna. Et intrauit in egiptũ in multitudine graui in curribus & elephantis & equitibus: & copioſa nauiũ multitudine. Et conſtituit belli aduerſus ptolomeũ regẽ egipti & veritus eſt ptolomeus a facie eius & fugit & ceciderũt vulnerati multi. Et comprehendit ciuitates munitas in terra egipti: & accepit ſpolia terre egipti. Et cõuertit ãtiochus poſtq̃ pcuſſit egiptũ in centeſimo & quadrageſimo & tercõ anno & aſcẽdit ad iſrahel: & aſcendit iheroſolimis in multitudine graui. Et intrauit in ſanctificacõnem cũ ſuꝑbia: & accepit altare aureũ & candelabzum luminis & vniuerſa vaſa eius & menſam ꝓpoſicõnis & libatoria & filias & mortariola aurea. & velũ & coronas & ornamẽtũ aureũ qđ in facie templi erat. & cõminuit oĩa. Et accepit argentũ & aurũ & vaſa cõcupiſcibilia: & accepit theſauros occultos q̃s inuenit: & ſublatis oñibus abijt in terrã ſuã. Et fecit cedem hominũ: & locutus eſt in ſuꝑbia magna. Et factus eſt planctus magnus in iſrahel: & in omni loco eoz. Et ingemuerũt ꝓncipes & ſenioꝛes: & iuuenes & virgines infirmati ſũt & ſpecioſitas mulieꝛ immutata eſt. Omnis

maritus sumpsit lamentū: & q̄ sedebant thoro maritali lugebāt. Et cōmota est terra sup habitantes in ea :& vniuersa domus iacob īduit cōfusionem. Et post duos annos diem misit rex p̄ncipē tributor in ciuitates iuda & venit ihr'm cū turba magna. Et locutus est ad eos verba pacifica in dolo. & crediderunt ei. Et irruit super ciuitatem repēte & percussit eā plaga magna :& pdidit pp̄l'm multū ex israhel. Et accepit spolia ciuitatis & succendit eā igni. Et destruxit domos eius. & muros eius in circuitu: & captiuas duxerūt ml'ieres & natos: & pecora possederūt. Et edificauerūt ciuitatē dauid muro magno & firmo & turribo firmis. & facta ē illis in arcem. Et posuerūt illic gentes peccatricē viros iniq̄s: & cōualuerūt in ea. Et posuerunt arma & escas. & cōgregauerūt spolia iherusalē & reposuerūt illic & facti sūt ī laqū magnū. Et factū est hoc ad insidias sanctificacōni & in dolum magnū in israhel semp. Et effuderūt sanḡnes innocentē p circuitū sancti ficacōnis. & cōtaminauerūt sanctificacōnes Et fugerūt habitatores iherusalē ꝓpter eos & facta est habitacō exteror & facta ē extera semini suo :& nati eius reliquerunt eam. Sanctificacō eius desolata est sicut solitudo dies festi eius cōuersi sunt in luctū: sabbata eius in obprobriū' honores eius in michiluz. Secundum gloriam eius .multiplicata est ignominia eius: & sublimitas eius conuersa est in luctū. Et scripsit rex antiochus omni regno suo: vt esset omis pp̄l's vnus. Et reliq̄runt vnusquisq; legem suam: & cōsenserūt omnes gētes scd̄m vbū regis antiochi. Et multi ex israhel cōsenserūt ei: & sacrificauerūt ydolis: & coinquinauerūt sabbatū. Et misit rex antiochus libros p manus nūtior in iherusalē & in omes ciuitates iude . vt sequerentur leges gentiū terre :& prohiberēt olocausta & sacrificia & placationes fieri in templo dei: & phiberent celebrari sabbatum & dies solēnes. Et iussit coinquinari sancta & sanctum pp̄l'm israhel. Et iussit edificare aras & templa & ydola .& immolari carnes suillas & pecora cōmunia : & relinq̄re filios suos incircūcisos & coinquinari animas eor in ommbo immūditijs & abominacōnibo: ita vt obliuiscerentur legem & imminutarēt oēs iustificacōnes dei. Et quicūq; non fecissent secundū verbū regis antiochi morerent. Secundū omnia verba hec scripsit omni regno suo: & p̄posuit p̄ncipes populo . qui hec fieri cogerent. Et iusserūt ciuitatibo iude sacrificare. Et congregati sunt multi de populo ad eos q̄ dereliq̄rāt legē dñi & fecerūt mala sup terrā : & effugauerūt pp̄l'm israhel in abditis & ī abscōditis fugitiuor locis. Die q̄nta decima mēsis casleu. centesimo & quadragesimo quinto anno . edificauit rex antiochus. abominandū ydolum desolatōnis sup altare dei: & p vniuersas ciuitates iude in circuitu edificauerunt aras :& ante ianuas domor & in plateis incendebāt thura & sacrificabant. Et libros legis dei cōbusserūt igni scindentes eos: & apud quemcumq; inueniebātur libri testamenti dñi & quicumq; obseruabat legem dñi secundū edictū regis trucidabāt eū. In virtute sua faciebāt hec populo israhel. q̄ inueniebātur in oīi mēse ī ciuitatibo Et q̄nta & vicesima die mensis sacrificabāt sup aram que erat contra altare: & mulieres que circumciderāt filios suos trucidabantur scd̄m iussum regis antiochi. Et suspēdebāt pueros aceruicibo p vniuersas domos eorz & eos qui circumciderant illos trucidabant. Et multi de pp̄lo israhel diffinierūt apud se. vt non manducarent immūda : & elegerunt magis mori q̄ cibis coinq̄nari immūdis : & noluerūt infringē legē dei sāctā. & trucidati sūt. Et facta ē ira magna sup pp̄l'm valde.

In diebo illis surrexit mathathias filius iohannis filij simeonis sacerdos ex filijs ioarim ab iherusalē. & cōsedit in monte modin. Et habebat filios q̄nq;: iohānan qui cognominabatur gaddis. & simeonē q̄ cognominabatur thassi. & iudā q̄ vocabatur machabeus. & eleazarū qui cognominabat abaron. & ionathan q̄ cognominabat apphus & vidērūt mala q̄ fiebāt in populo iuda & in iherusalē. Et dixit matathias. Ve michi Vt q̄d natus sum videre cōtritōnem populi mei & cōtricōnem ciuitatis sancte. & sedere illic cum datur in manibo inimicor. Sancta in manū extraneor facta sunt. templū eius sicut hō ignobilis. Vasa glorie eius captiua.

Ca. II.

abducta sunt. trucidati sūt senes eius in plateis: & iuuenes eius ceciderūt in gladio inimicoꝝ. Que gens non hereditauit regnū eiꝰ & non obtinuit spolia eius? Omnis compositio eius ablata est. Que erat libera: facta est ancilla. Et ecce sancta nostra & pulcritudo nostra & claritas nostra desolata est: & coinquinauerūt gentes. Quo ergo nobis adhuc viuere? Et scidit vestimenta sua matathias & filiꝫ eius: & operuerunt se cilicijs. & plangerunt valde. Et venerunt illuc q̄ missi erāt a rege antiocho: vt cogerent eos qui confugerant in ciuitatem modin immolare & accēdere thura: & a lege dei discedere. Et multi de populo israhel consentientes accesserūt ad eos: sed matathias & filiꝫ eius cōstanter steterūt. Et respondentes q̄ missi erant ab antiocho dixerunt matathie. Princeps & clarissimus & magnus es in hac ciuitate: & ornatus filijs & fratribo. Ergo accede prior & fac imperium regis sicut fecerūt omnes gentes & viri iuda & q̄ remāserūt in ihr'm. & eris tu & filiꝫ tui inter amicos regis: & amplificatus auro & argento & muneribo multis. Et respōdit matathias: & dixit magna voce Et si omnes gētes regi antiocho obediūt vt discedat vnusquisq; a seruitute legis patrū suoꝝ & consentiant mandatis eius. ego & filiꝫ mei & fratres obediemus legi patrum nostroꝝ. Propitius sit nobis deus: non est nobis vtile relinquere legem & iusticias dei Non audiemus verba regis antiochi: nec sacrificabimus transgredientes legis nr̄e mandata: vt eamus altera via. Et vt cessauit loqui vba hec: accessit quidaz iudeus in omniū oculis sacrificare ydolis super aram in ciuitate modin scd̄m imperium regis. Et vidit matathias & doluit. & cōtremuerūt renes eius Et accensus est furor eius: scd̄m iudicium legis: & insiliens trucidauit eū sup aram. Sed & vir quē rex antiochus miserat q̄ cogebat immolari occidit in ipo tempore. & aram destruxit & zelatus est legē sicut & finees zambri filio saloni. Et exclamauit matathias voce magna in ciuitate. dicens. Omnis qui zelum habet legis statuens testamentum exeat post me. Et fugit ipe & filiꝫ eius in montes & reliquerūt quecūq; habebant in ciuitate.

Tunc descenderunt multi querentes iudicium & iusticiā in desertū: & sederūt ibi ipi & filiꝫ eius & mulieres eoꝝ & pecora eoꝝ qm̄ inualuerūt sup eos mala. Et renūtiatum est viris regis & exercitui q̄ erāt in ihr'm ciuitate dauid: qm̄ discessissent viri q̄dā q̄ dissipauerūt mandatū regis in loca occulta in deserto: & abissent post illos multi. Et statim prexerūt ad eos: & cōstituerūt aduersus eos prelium in die sabbatoꝝ. Et dixerunt ad eos. Resistitis & nūc adhuc? Exite: & facite secūdū verbū regis antiochi. & viuetis. Et dixerūt. Non exibimus. neq; faciemus verbum regis vt polluamus diem sabbatoꝝ. Et concitauerūt aduersus eos plium: & non rndерūt illis. nec lapidē miserunt in eos nec oppilauerunt loca occulta dicentes. Moriamur omēs in simplicitate nostra: & testes erūt sup nos celum & terra quod iniuste perditis nos. Et intulerūt illis bellū sabbatis: & mortui sunt ipi et vxores eoꝝ & filiꝫ eoꝝ & pecora eoꝝ. vsq; ad mille animas hominū. Et cognouit matathias & amici eius: & luctū habuerūt sup eos valde. Et dixit vir pximo suo. Si omnes fecerimus sicut fratres nostri fecerūt & non pugnauerimus aduersus gentes: pro animabo nostris & iusticacōmbo nostris. cicius disperdēt nos a terra. Et cogitauerunt in die illa dicentes. Omnis hō quicumq; venerit ad nos in bello die sabbatoꝝ pugnem? aduersus eum & non moriemur omnes sicut mortui sūt fratres nostri in occultis. Tunc congregata est ad eos sinagoga iudeoꝝ fortis viribo ex israhel: omnis voluntarius in lege & omnes qui fugiebant a malis additi sunt ad eos. & facti sunt illis ad firmamētū. Et collegerūt exercitū: & percusserūt peccatores in ira sua & viros iniquos i indignatōne sua & ceteri fugerūt ad nacōnes vt euaderēt Et circuibāt matathias & amici eius & destruxerunt aras: & circumciderunt pueros incircumcisos quotquot inuenerunt in finibo israhel in fortitudine. Et persecuti sūt filios superbie & prosperatū est opus in manibo eoꝝ. Et obtinuerūt legē de manibo gentiū & de manibo regū: & nō dederūt cornu peccatori. Et appropinquauerunt dies matathie moriendi. & dixit filijs suis. Nunc cōfortata est superbia

et castigatio .et tempus euersionis et mira
dignacõnis· Nũc ergo o filij emulatores este
te legis :et date animas vestras pro testamẽ
to patrũ ·Et mementote operuz patrum que
fecerunt in generacõibus suis ·et accipietis
gloriã magnam et nomen eternũ·Abraham
nonne in temptacõne inuẽtus est fidelis·et re
putatũ est ei ad iusticiã · Joseph in tempore
angustie sue custodiuit mandatũ et factus ẽ
dñs egipti ·Finees pater noster zelando zelũ
dei accepit testamẽtũ sacerdotij eterni· Jhe
sus dũ implenit vbũ factus est dux in isra
hel · Caleph dũ testificat in ecclesia accepit
hereditatẽ· David i sua misẽdia cõsecutus ẽ
sedem regni ī secula: Helias dum zelat zelũ
legis· receptus est in celum· Ananias azari
as et misahel credẽtes liberati sunt de flãma
Daniel in sua simplicitate liberatus ẽ de ore
leonũ· Et ita cogitate p generacõnem et ge
neracõnem: quia omnes qui sperant in eũ nõ
infirmantur · Et a verbis viri peccatoris ne
timueritis :q gloria eius stercus & vermis
est· Hodie extollitur & cras nõ inuenief: q
cõuersus est in terrã suã : & cogitacõ eius pe
riet· Vos g filij cõfortamini & viriliter agi
te in lege: q cũ feceritis q vobis p̃cepta sunt
in lege a dño deo vestro in ipa glorioſi eri
tis· Et ecce simon frater vr scio q vir consi
lij est . Jp̃m audite semp: & ipse erit vobis
pater · Et iudas machabeus fortis viribo a
iuuentute sua sit vobis p̃nceps militie: & ipe
aget bellum pplī· Et adducetis ad eos oñes
factores legis· & vindicate vindictam popu
li vestri · Retribuite retributionem gentibo
& intendite in preceptum legis· Et bñdixit
eos & appositus ẽ ad pres suos· Et defunct?
ẽ ce.tesimo & q̃dragesimosexto anno :& se
pultus ẽ a filijs suis in sepulcris p̃m suoz ī
modm & planxerunt euz oīs israhel planctu
magno.

Capitulum · .III.

ET surrexit iudas q vocabatur ma
chabeus filius ei? pro eo . & adiuua
bãt eũ oẽs fratres ei? & vniuersi q
se cõiunxerant pri eius : & p̃liabantur p̃liũ
israhel cũ leticia · Et dilatauit gloriã popu
lo suo : & induit se loricã sicut gigas & suc
cinxit se arma bellica sua in p̃lijs : & p̃tege
bat castra gladio suo · Similis fact? ẽ leoni
in operibo suis :& sicut catulus leonis rugi
ens in venacõne · Et psecutus ẽ iniquos per
scrutãs eos: & q cõturbabãt populuz suũ· eos
succendit flãmis :& repulsi sũt inimici eius·
p timore eius· Et oñes oparij iniq̃tatis con
turbati sunt: & directa est salus in manu ei?
Et exacerbabat reges multos · & letificabat
iacob in opibo suis: et in seculũ memoria ei?
in benedictione · Et perambulabat ciuitates
iuda & perdidit impios ex eis : & auertit iraz
ab israhel· Et nominatus est vsq ad nouissi
mũ terre: & congregauit pereuntes· Et con
gregauit appolonius gentes: & a samaria vi
tutem multã & magnã ad bellandum cõtra
israhel· Et cognouit iudas & exijt obuiam
illi: & percussit & occidit illũ & ceciderũt vul
nerati multi & reliq̃ fugerũt: & accepit spo
lia eoz · Et gladiũ appolonij abstulit iudas:
& erat pugnãs in eo oñibo diebo· Et audiuit
seron p̃nceps exercitus sirie : q cõgregauit
iudas cõgregacõnem & ecclesiã fideliũ secũ
Et ait · Facia michi nomẽ & glorificabor in
regno : & debellabo iudã & eos q cũ ipo sunt
qui spernebant verbũ regis· Et p̃parauit se
& ascenderũt cũ eo castra impioz fortes au
xiliarij vt facerẽt vindictã in filios israhel·
Et appinquauerũt vsq bethoron : & exiuit
iudas obuiã illis cum paucis· Vt aũt vide
rũt exercitũ veniẽtẽ sibi obuiam: dixerunt
iude · Quõ poterimus pauci pugnare contra
multitudinem tantã tam fortem? Et nos fa
tigati sum? ieiunio hodie· Et ait iudas · Fa
cile est cõcludi multos in manu paucoz: & nõ
est differentia in conspectu dei celi· liberare
in multis & in paucis: quoniã non in multi
tudine exercitus victoria belli : & de celo for
titudo est· Jpi veniũt ad nos in multitudine
contumacia & superbia: vt disperdãt nos & vx
ores nostras & filios nostros & vt spolient
nos· Nos vero pugnabimus pro animabus
nostris & legibo nostris· & ipe dominus cõ
teret eos añ faciẽ nram· Vos autẽ ne timue
ritis eos · Vt cessauit autẽ loq̃ insiluit in eos
subito: & cõtritus est seron & exercitus eius
in cõspectu ipius: & psecutus est euz in de
scensu bethoron vsq in campũ Et ceciderũt
ex eis octingenti viri · reliqui autẽ fugerunt
in terrã philistijm · Et cecidit timor iude ac

precipiens eis dicens. In viam gentium ne abieritis: & in ciuitates samaritanoꝝ ne intraueritis: sed potiꝰ ite ad oues que perierũt domꝰ israhel. Euntes aũt ꝓdicate dicentes: quia appropinquauit regnum celoꝝ. Infirmos curate. mortuos suscitate. leprosos mundate: demones eicite. grates accepistis. gratis date. Nolite possidere auꝝ. neq; argentum: neq; pecuniam in zonis vestris. Non peram in via: neq; duas tunicas. neq; calciamenta: neq; virgam. Dignꝰ enĩ est operariꝰ cibo suo In quamcũq; ciuitatem aut castellum intraueritis. interrogate q̃s in ea dignꝰ sit. & ibi manete donec exeatis. Intrantes aũt in domum: salutate eam dicentes. Pax huic domui. Et si quidem fuerit domꝰ digna veniet pax vestra sup eam. si aũt non fuerit digna: pax vestra reuertet ad vos. Et quicunq; nõ receperit vos. neq; audierit ꝟmones vestros exeuntes foras & domo vel ciuitate excutite puluerem & pedibo vestris. Amen dico vob: tollerabiliꝰ erit terre sodomoꝝ & gomorreorũ in die iudicij ꝙ illi ciuitati. Ecce ego mitto vos. sicut oues in medio lupoꝝ. Estote g̃ prudentes sicut serpentes. & simplices sicut colũbe. Cauete aũt ab hominibo. Tradẽt enĩ vos in conciliis: & in synagogis suis flagellabunt vos: & ad presides & ad reges ducemĩ ꝓpt̃ me. in testimonium illis & gentibo. Cũ aũt tradẽt vos: nolite cogitare quõ aut quid loquamini. Dabit̃ enĩ vobis in illa hora q̃d loquamini. Non enĩ vos estis qui loquimini sed spiritꝰ patris vestri qui loquit̃ in vob. Tradet autem frater fratrem in mortem. & pat̃ filium. & insurgent filij in parentes. & morte eos afficient: & eritis odio omnibo hominibo ꝓpter nomen meum. Qui aũt pseuerauerit vsq; in finem: hic saluꝰ erit. Cum aũt persequent̃ vos in ciuitate ista. fugite in aliam. Amen dico vobis. nõ cõsũmabitis ciuitates israhel. donec veniat filiꝰ hominis. Non est discipulus super magistꝝ nec seruꝰ sup dñm suũ. Sufficit discipulo vt sit sicut magister eius. & seruo sicut dñꝰ eiꝰ. Si patrẽ familias beelzebub vocauerũt. quãtomagis domesticos eius? Ne ergo timueritis eos. Nichil enim est opertum quod non reuelet̃ & occultum q̃ non sciat̃. Quod dico vobis in tenebris dicite in lumine: & quod in aure auditis predicate sup̃ tecta. Et nolite timẽ eos q̃ occidunt corpus. animam aũt nõ possunt occidere: sed potiꝰ timete eũ. q̃ potest & aiam & corpus perdere in gehennam. Nonne duo passeres asse veneunt? Et vnꝰ ex illis non cadet super terrã sine patre vestro. Vestri aũt & capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timẽ: multis passeribo meliores estis vos. Omnis ergo qui confitebit̃ me coram hominibo: cõfitebor & ego eũ coram patre meo qui in celis est. Qui aũt negauerit me coram hominibo: negabo & ego eum coram patre meo qui in celis est. Nolite arbitrari q̃ venerim pacẽ mittẽ in terrã. Non veni pacẽ mittẽ in terrã ꝟ gladiũ. Veni enĩ sepaẽ hoĩez aduersus patrẽ suũ. & filiã aduersus matrem suã: & nuꝝ aduersus socꝝ suã: & inimici hois domestici eiꝰ. Qui amat patrẽ aut matrẽ plusq̃ me: nõ est me dignꝰ. Et q̃ amat filium & filiaz sup me: non est me dignꝰ. Et q̃ non accipit crucẽ suam & sequit̃ me: nõ est me dignꝰ. Qui inuenit animam suã. pdet illam: & q̃ pdiderit animã suam ꝓpt̃ me: inueniet eã. Qui recipit vos me recipit: & q̃ me recipit recipit eũ qui me misit. Qui recipit ꝓphãm in noĩe ꝓphete: mercedẽ ꝓphete accipiet. Et q̃ recipit iustũ in noĩe iusti: mercedẽ iusti accipiet. Et q̃cunq; potũ dederit vni ex minimis istis calicẽ aq̃ frigide tm̃ in noĩe discipuli: amen dico vob: nõ pdet mercedẽ suam.

Ca. XI.

Et factũ est cũ cõsũmasset ihus precipiens duodecim discipulis suis. trãsiit inde vt docet & predicaret in ciuitatibo eoꝝ. Johannes aũt cũ audisset i vinculis opa xpi: mittens duos ex discipulis suis ait illi. Tu es qui venturꝰ es. an aliũ expectam? Et respondẽs ihs ait illis. Euntes renunciate iohanni q̃ audistis & vidistis. Ceci vident. claudi ambulãt. leprosi mũdant̃. surdi audiunt: mortui resurgunt: pauperes euangelizantur: & beatꝰ est qui non fuerit scandalisat̃ in me. Illis aũt abeũtibo: cepit ihus dicere ad turbas de iohanne. Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? hominẽ mollibo vestitum? Ecce qui mollibo vestiũt̃

laudat

In illo tpe abīt ihūs p sata sabba-
to: discipuli aūt ei9 esurientes cepe-
rūt vellē spicas & mānducare. Phāi
sei aūt vidētes dixerūt ei. Ecce discipuli tui
faciūt: quod nō licet eis facē sabbatis. At il
le dixit eis. Non legistis q̄d fecerit dāv quādo
esurīt & qui cum eo erāt. quomodo intrauit
in domum dei. & panes ꝓpositōnis comedit.
quos nō licebat ei edere. neq; hīs qui cum eo
erant. nisi solis sacerdotibo? Aut nō legistis
in lege. q̄ sabbatis sacerdotes in templo sab-
batum violant: & sine crimine sunt? Dico aūt
vob: quia templo maior est hīc. Si aūt sciretis
quid est miserīam volo & non sacrificiū: nū
q̄m dānassetis innocentes. Dominus em̄ est
fili9 hominis: etiā sabbati. Et cū inde trāsis-
set: venit in synagogam eor9. Et ecce hō ma-
num habens aridam: & interrogabant eū di-
centes. Si licet sabbatis curare? Vt accusa-
rent eū. Ipe aūt dixit illis. Quis erit ex vob
homo q̄ habet ouē vnā? Et si ceciderit hec sab
batis in foueā: nonne tenebit & leuabit eam?
Quantomagis melior est homo oue. Itaq; li-
cet sabbatis benefacere. Tūc ait homini. Ex
tende manum tuam. Et extendit: & restitu-
ta est sanitati sicut altera. Exeūtes aūt pha-
risei. cōsilium faciebāt aduersus eū: quomō eū
perderent. Ihūs aūt sciens recessit inde: & se
cuti sunt eum multi: & curauit eos omēs. Et
p̄cepit eis. ne manifestum eū facerēt: vt ad
impleret quod dictū est p ysaiam ꝓphetam
dicentem. Ecce puer me9 quez elegi: dilect9
me9 in quo bene ꝓplacuit amīe mee. Ponam
spiritū meū sup eū: & iudicium gētibo nūcia
bit. Non cōtendet neq; clamabit: neq; audiet
aliquis in plateis vocem ei9. Arundinem q̄s
satam non cōfringet. & linum fumigans non
extinguēt: donec eiciat ad victoriā iudiciū:
& in nomine ei9 gentes sperabunt. Tunc ob
latus est ei demonium habens cec9 & mut9
& curauit eū ita vt loquerē & videret. Et
stupebant omnes turbe: & dicebant. Nunq̄d
hic est filius dauid? Pharisei aūt audientes
dixerūt. Hic non eicit demones. nisi i beelze-
bub p̄ncipe demoniorum. Ihūs aūt sciēs cogi-
tatōnes eor9 dixit eis. Omne regnum diuisum
ptra se desolabit: & ommis ciuitas vel dom9
diuisa contra se non stabit. Et si sathanas

in domibo regum sunt. Sed quid existis vi
dere? Prophetam? Ecciaz dico vob: & plusq̄
ꝓphetam. Hic est em̄ de quo scriptum est. Ec
ce ego mitto angelum meum ante faciem tu-
am: qui preparabit viam tuam ante te. Amē
dico vob: non surrexit inter natos mulier9 ma
ior iohanne baptista. Qui aūt minor est in re
gno celor9. maior est illo. A diebo autem io
hannis baptiste vsq; nunc regnum celor9 vi
patit̄: & violenti rapiunt illud. Omnes em̄
ꝓphete & lex vsq; ad iohannē ꝓphauerunt:
& si vultis recipere. ipe est helias qui vēturs
est. Qui habet aures audiendi audiat. Cui aūt
similem estimabo generatōnem istam? Simi-
milis est pueris sedentibo in foro: qui clamā
tes coequalibo dicunt. Cecinimus vob & non
saltastis: lamētauimus & non plāxistis. Ve
nit em̄ iohannes neq; manducans neq; bibēs
& dicūt demonium habet. Venit filius homi-
nis manducans & bibens: & dicunt. ecce hō
vorax & potator vini: publicanor9 & peccato
rum amic9. Et iustificata est sapia a filiis su
is. Tūc cepit exprobrare ciuitatibo in q̄bo
facte sunt plurime vtutes ei9: quia non egis
sent penitentiam. Ve tibi corozaim. ve tibi
bethsaida: quia si in tyro & sidone facte eēnt
vtutes que facte sunt in vob: olim in cilitō &
cinere penitenciam egissent. Veruntamē di-
co vob: tyro & sidoni remissius erit in die in-
dicij q̄ vobis. Et tu capharnaum. nunquid
vsq; in celum exaltaberis? Vsq; in infernuz
descendes. Quia si in sodomis facte fuissent
virtutes que facte sunt in te. forte mānsissent
vsq; in hanc diem. Veruntī dico vob: quia
terre sodomor9 remissi9 erit in die iudicij q̄
tibi. In illo tempore rīndens ihūs dixit. Con
fiteor tibi pat̄ domine celi & terre: quia ab-
scondisti hec a sapiētibo & prudentibo: & re
uelasti ea paruulis. Ita pat̄: quoniā sic fuit
placitum añ te. Omnia michi tradita sunt a
patre meo. Et nemo nouit filium nisi pater:
neq; patrez q̄s nouit nisi fili9: & cui voluerit
fili9 reuelare. Venite ad me omnes q̄ labora
tis & onerati estis et ego reficiā vos. Tollite
iugum meū sup vos: & discite a me quia mi-
tis sum & humilis corde: & inuenietis requez
animabo vestris. Jugum em̄ meum suaue: &
on9 meum leue.

Ca. XII.

Satha tūsit

sathanan eicit: aduersus se diuisus est. Quo-
modo ergo stabit regnum eius? Et si ego in
beelzebub eiō demones: filij vestri in quo eici
unt? Ideo ipsi iudices vestri erunt. Si ego i
spiritu dei eiō demones: igit̄ peruenit in vos
regnum dei. Aut quomodo potest quisq̄ in-
trare in domum fortis & vasa ei? diripere: ni
si prius alligauerit fortem? Et tunc domum
illi? diripiet. Qui non est mecum contra me
est: & qui non cōgregat mecū spargit? Ideo
dico vobis: omē peccatum & blasphemia re
mittet̄ hominibo: spiritus aūt blasphemie nō
remittet̄. Et qui cunq̄ dixēit verbum cōtra fi
lium hominis: remittet̄ ei. qui aūt dixerit cō
tra spm̄ sanctum non remittet̄ ei. neq̄ in hoc
seculo. neq̄ in futuro. Aut facite arborem bo-
nam & fructum ei? bonum. Aut facite ar bo
rem malam: & fructum ei? malum. Siqui-
dem ex fructu arbor agnoscit̄ Progenies vi
perar̄: quomō potestis bona loqui cum sitis
mali? Ex abundantia enim cordis. os loquit̄
Bon? homo de bono thesauro pfert bona: &
malus homo de malo thesauro profert mala.
Dico aūt vobis: quoniam omne verbum otiō
sum quod locuti fuerint homines: reddent ra
tionem de eo in die iudicij. Ex verb̄ em̄ tuis
iustificaberis & ex verbis tuis odemnaberis
Tunc rn̄derunt ei quidam de scrib̄ & phari
seis dicētes. Magister: volum? a te signum
videre. Qui rn̄dens ait illis. Gnātio mala &
adultera signum querit: & signum non dabi
tur ei nisi signum ione pphete. Sicut em̄ fuit
ionas in ventre ceti tribo diebo & tribo nocti
bus: sic erit fili? hominis in corde terre tribo
diebo & tribo noctibo. viri niniuite surgent
in iudiciō cum generatione ista & odemnabūt
eam: quia penitentiam egerūt in p̄dicatione io
ne. Et ecce plusq̄ iona h̄. Regina austri sur
get in iudiciō cū generatione ista & cōdemna-
bit eam. quia venit a finibo terre audire sapi
enciam salomonis. Et ecce plusq̄ salomon h̄.
Cum aūt immundus spūs exierit ab homine
ambulat per loca arida querēs requem & non
inuenit. Tunc dicit. Reuertar in domum me
am vn̄ exiui. Et venies inuenit eam vacan
tem: scopis mundatā. & ornatā. Tunc va-
dit & assumit septem alios spirit? secum ne-
quiores se: & intrantes habitant ibi. & fiūt
nouissima hominis illius peiora priorib̄. Sic
erit & gnāt̄i huic pessime. Adhuc eo loquē
te ad turbas: ecce mat̄ ei? & fratres stabāt
foris: querentes loqui ei. Dixit autem ei qui
dam. Ecce mat̄ tua & fratres tui foris stāt
querentes te. At ipse respondens dicenti si-
bi ait. Que est mater mea: & qui sunt fratres
mei? Et extendens manum in discipulos su-
os dixit. Ecce mat̄ mea & fratres mei. Qui
cunq̄ enim fecerit voluntatem patris mei.
qui in celis est: ipse meus frater soror & mater est.

Ca. XIII

In illo die exiēs ih̄s de domo sedebat
secus mare. & congḡate sunt ad eū
turbe multe. ita vt in naviculam as
cendens sederet: & omnis turba stabat in lito
re: & locutus est eis multa in pabolis dicens
Ecce exīt q̄ seminat seminare semē suū. Et
dum seminat que cecidērūt sec? viaz: & ve
nerunt volucres celi & comederūt ea. Alia aūt
ceciderūt in petrosa vbi non habebant terrā
multam: & otinuo exorta sunt quia n̄ habe-
bant altitudinē tre. Sole aūt orto estuaue-
rūt: & q̄ non habebāt radicē aruerūt. Alia aūt
ceciderunt in spinas: & creuerūt spine & suf
focauerūt ea. Alia aūt ceciderunt in terrā bo
nam: & dabant fructum. aliud centesimum.
aliud sexagesimū: aliud tricesimū. Qui habet
aures audiendi audiat. Et accedentes disci-
puli dixerūt ei. Quare in pabolis loq̄ris eis?
Qui rn̄dens ait illis. Quia vob̄ datū est nosse
mst̄eia regni celor̄: illis autem non est da-
tum. Qui enim habet dabit̄ ei & abundabit:
qui aūt non habet: & quod habet auferetur
ab eo. Ideo in parabolis loquor eis. quia vi
dentes non vident. & audiētes non audiunt
neq̄ intelligunt: ut adimpleat̄ in eis pphetia
ysaie dicentis. Auditu audietis & non intel-
ligetis: & videntes videbitis & non vide bi-
tis. Incrassatum est enim cor populi huius
& auribo grauit̄ audierūt. & oculos suos clau
serunt. nequando videant oculis & auribo au
diant. & corde intelligant: & cōuertant̄ & sa
nem eos. Vestri aūt beati oculi quia vidēt:
& aures vestre quia audiunt. Amen q̄ dico
co vobis. quia multi pphete & iusti cupierūt
videre que videtis & non viderunt: & audire
q̄ auditis. & nō audierūt. Vos ergo audite

Post emigma

parabolam seminantis. Omnis q̄ audit verbum regni & non intelligit. venit malus & rapit qđ seminatū ē in corde ei⁹: hic ē qui secus viam seminat⁹ ē. Qui aūt sup petrosa seminat⁹ est: hic est q̄ verbum audit: & otinuo cū gaudio accipit illud. Non habet aūt in se radicem sed est tpalis. Facta aūt tribulatōne & persecutōne ꝓpt̄ verbum: cōtinuo scandalisat̄. Qui aūt est seminat⁹ in spinis: hic est q̄ verbum dei audit. & sollicitudo seculi isti⁹ & fallacia diuiciaꝝ suffocat verbū: & sine fructu efficit̄. Qui vero in terrā bonā seminat⁹ est. hic ē q̄ audit verbuꝫ & intelligit & fructū affert: & facit aliud quidē cētesimum. aliud aūt sexagesimum: aliud vero tricesimum.

Aliam parabolam ꝓposuit illis dicēs. Simile factū est regnū celoꝝ homini q̄ seminauit bonū semē in agro suo. Cū aūt dormirēt homines: venit inimic⁹ ei⁹ & superseminauit zizania in medio tritici & abiit. Cū aūt creuisset herba & fructū fecisset: tūc apparuerūt et zizania. Accedētes aūt serui patrisfamilias: dixerunt ei. Dñe. nonne bonū semē seminasti in agro tuo? Vñ ergo habet zizania? Et ait illis. Inimic⁹ hō hoc fecit. Serui aūt dixerūt ei. Vis imꝰ & colligimꝰ ea? Et ait. Non. ne forte colligentes zizania eradicetis simul & triticum. Simite vtraq; crescē vsq; ad messem: & in tēpore messis dicā messoribꝰ. Colligite ꝓmū zizania: & alligate ea in fasciculos ad comburendum: triticū aūt congregate in horreū meum.

Aliā parabolā ꝓposuit eis dicēs. Simile ē regnū celoꝝ grano sinapis: qđ accipiens hō seminauit in agro suo: qđ minimū q̄dem est oīb⁹ seminib⁹. Cū aūt creuēit maior est oīb⁹ oleribꝰ & fit arbor ita vt volucres celi veniāt & habitent in ramis ei⁹. Aliam parabolam locut⁹ est eis. Simile est regnum celoꝝ fermento. qđ acceptū mulier abscōdit in farine satis tribꝰ donec fermētatum ē totum. Hec oīa locut⁹ ē ihc̄ in parabolis ad turbas: & sine parabolis non loquebat̄ eis: vt impleret̄ quod dictum erat ꝑ ꝓphetaꝫ dicentē. Aperiā in parabolis os meum: eructuabo abscondita a cōstitutōne mundi. Tunc dimissis turbis venit in domū & accesserunt ad eum discipuli ei⁹ dicentes. Edissere nobis parabolā zizaniorum agri. Qui rndens ait. Qui seminat bonū semen. est filius hominis. Ager aūt est mūdus. Bonum vero semen: hi sunt filii regni. Zizania aūt. filii sunt nequā. Inimic⁹ aūt q̄ seminauit ea est diabolus. Messis vero. cōsūmatio seculi ē. Messores aūt angeli sunt. Sicut ḡ colliguntur zizania & igni comburunt̄. sic erit in cōsūmatōe seculi. Mittet filius hoīs angelos suos. & colligent de regno ei⁹ omnia scandala. & eos q̄ faciunt iniquitatem: & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & stridor dencium. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eoꝝ. Qui habet aures audiendi audiat.

Simile est regnum celoꝝ thesauro abscondito in agro: quem q̄ inuenit hō abscondit. & pre gaudio illius vadit & vēdit vniuersa q̄ habet: & emit agꝝ illum. Iterꝝ simile est regnū celoꝝ homī negociatori: querenti bonas māgaritas. Inuēta aūt vna pretiosa margarita: abiit & vēdidit oīa que habuit: & emit eā. Iterꝝ simile est regnum celoꝝ sagene missē in mare: & ex omni genē piscium cōgreganti. Quaꝫ cum impleta eēt educētes & sec⁹ litus sedētes. elegerunt bonos in vasa sua: malos aūt foras miserūt. Sic erit in cōsūmatōe seculi. Exibūt angeli. & separabunt malos de medio iustoꝝ: & mittent eos in caminū ignis: ibi erit fletus & stridor denciū. Intellexistis hec omnia? Dicunt ei. Etiam. ait illis. Ideo oīs scriba doct⁹ in regno celoꝝ similis est homi pīfamilias. q̄ ꝓfert de thesauro suo noua & vetera. Et factū est cum consumasset ihc̄ parabolas istas: transiit inde. Et veniens in patriā suā docebat eos in synagogis eoꝝ. ita vt mirarent̄ & dicerent. Vñ huic sapia hec & virtutes? Nonne hic est fabri filius? Nonne mat̄ ei⁹ dicit̄ maria & fratres ei⁹ iacobus & ioseph. & simon & iudas: & sorores ei⁹ nonne omnes apud nos sūt? Vnde ergo huic omnia ista? Et scandalisabant̄ in eo. Ihesus aūt dixit eis. Non est ꝓpheta sine honore nisi in patria sua: & in domo sua. Et non fecit ibi virtutes multas. ꝓpter incredulitatem eorum

Ca. XIIII

In illo tpe audiuit herodes tetrarcha famā ihu: & ait pueris suis. Hic est iohēs bpt̄a ipe surrexit a mortuis & ideo virtutes operant̄ in eo. Herodes em̄ tenuit

iohannem & alligauit eum: & posuit in carcere ꝓp herodiadem vxorē fratris sui. Dicebat enī illi iohes Non licet tibi habere eam Et volēs illum occidere timuit ꝓplm: q; sicut ꝓphām eū habebant. Die aūt natalis herodis. saltauit filia herodiadis in medio: & placuit herodi. Vñ cū iuramento pollicit? est ei dare: quodcūq; postulasset ab eo. At illa prae moīta a matre sua. da mihi inq̄t h̄ in disco: caput iohis baptiste. Et cōtristat? est rex: ꝓp iuramētum aūt & cos q̄ parit recumbebant iussit dari. Misitq; & decollauit iohem in carcere. Et allatū est caput ei? in disco. & datum est puelle: & illa attulit matri sue. Et accedētes discipuli ei? tulerūt corpus & sepelierūt illud: & veniētes nunciauerūt ihu. Quod cum audisset ihūs secessit inde in naviculam in locū desertū seorsum Et cū audissent turbe: secute sunt eū pedestres de ciuitatibo. Et exiens vidit turbam multā: & misert? ē eis: & curauit languidos eor. Vespere autē facto: accesserūt ad eū discipuli ei? dicentes. Desert? est loc? & hora iam preterijt. dimitte turbas. vt eūtes in castella emāt sibi escas Ihūs aūt dixit eis. Non habēt necesse ire: date illis vos māducare. Rñderunt ei. Non habem? h̄ nisi quinq; panes & duos pisces. Qui ait eis. Afferte mihi illos huc. Et cum iussisset turbam discūbere sup fenum: acceptis quinq; panib; & duob; piscib; aspiciēs in celum bñdixit & fregit. & dedit discipulis suis: discipuli aūt dederūt turb. Et manducauerūt omes: & saturati sunt. Et tulerunt reliquias: duodecim cophinos fragmētor plenos. Manducantium aūt fuit numer? quinq; milia viror. exceptis mulierib; & paruulis. Et statim iussit discipulos ascendere in naviculam: & p̄cedere eū trāsfretū donec dimittēt turbas. Et dimissa turba: ascēdit in montē solus orare. Vespe aūt facto. solus erat ibi. Nauicula aūt in medio mari iactabat fluctib;. Erat enī contrari? vent?. Quāta aūt vigilia noctis. venit ad eos ambulās sup mare. Et videntes eū sup mare ambulantē. turbati sūt dicētes: quia fantasma est. Et pre timore clamauerūt. Statimq; ih̄s locut? est eis dicens Habete fiduciam: ego sum: nolite timere. Rñdēs aūt petr? dixit. Dñe si tu es inbe me venire ad te super aquas. At ipse ait Veni Et descendēs petr? de naricula ambulabat sup aq̄m vt veniret ad ih̄m. Videns vero vētum validum timuit. Et cū cepisset mergi: clamauit dicēs. Dñe saluū me fac. Et otinuo ih̄s extendens manū apprehēdit eū: & ait illi. Modice fidei q̄re dubitasti: Et cū ascēdisset in naviculā. cessauit vēt?. Qui aūt in naricula erāt venerūt & adorauerūt eū dicētes. Vere filius dei es. Et cū transfretassent: venerūt in terrā genesar. Et cū cognouissent eum viri loci illi?. miserūt in vniuersam regionē illā. & obtulerūt ei oes male habētes: & rogabāt eū vt vel fimbriam vestimēti ei? tāgerēt. Et q̄cunq; tetigerūt salui facti sunt.

Ca. XV.

Tunc accesserunt ad eum ab iherosolimis scribe & pharisei dicentes. Quare discipuli tui transgdiunt traditiones seniorū? Non enī lauant manus suas cum panem manducant. Ipse aūt respondēs ait illis. Quare vos transgdimini mandatum dei ꝓp traditionem vestram? Nam deus dixit Honora patrem & matrem: & qui maledixerit patri vel matri: morte moriat. Vos aūt dicitis. quicūq; dixerit patri vel matri. munus quodcūq; est ex me. tibi p̄derit: & nō honorificabit patrē suū aut matrē suam: & irritum fecistis mādatū dei ꝓp traditiōes vestrā Ypocrite: bñ ꝓphetauit de vob ysaias dicēs. Populus hic labijs me honorat: cor aūt eor longe est a me. Sine causa autem colunt me docētes doctrinas & mandata hominum. Et conuocatis ad se turbis: dixit eis. Audite & intelligite. Non quod intrat in os coinquinat hominē: s̄ qđ ꝓcedit ex ore hoc coiq̄nat hominē. Tūc accedētes discipuli ei? dixerūt ei Scis quia pharisei audito hoc verbo scandalisati sunt? At ille respōdens ait. Omnis plātatiō quam non plantauit pat meus celestis eradicabit. Simite illos: ceci sunt. & duces cecor. Cecus autez si ceco ducatum prestet. ambo in foueam cadunt. Respondens autez petr?. dixit ei. Edisserе nobis parabolā istaz At ille dixit. Adhuc & vos sine intellectu estis? Non intelligitis. q; omne qđ in os intrat in vētrem vadit: & in secessum emittit? Que autem ꝓcedunt de ore. de corde exeunt. & ea

coinquinant hominem · De corde em̃ exeunt cogitatões male: homicidia · adulteria · fornicatões · furta falsa testimonia: blasphemie hec sunt que coinquinant hominem. Non lotis aũt manibo manducare nõ coinquinat hominem · Et egressus inde · secessit in ptes tyri & sidonis · Et ecce mulier chananea a finibo illis egressa: clamauit dicens ei · Miserẽ mei dñe fili dauid: filia mea male a demonio vexat̃ · Qui non rndit ei verbum · Et accedentes discipuli ei9: rogabant eum dicẽtes · Dimitte eaz: quia clamat post nos · Ipse aũt respõdens ait · Non sum missus · nisi ad oues que perierũt dom9 israhel · At illa venit: & adorauit eum dicens · Dñe: adiuua me Qui rndens ait. Non est bonum sumẽ panẽ filioz: & mittere canibo · At illa dixit · Etiam dñe · Nam & catelli edunt d micis: que cadunt de mensa dñoz suoz · Tũc rndens ihũs ait illi · O mlr magna est fides tua: fiat tibi sicut vis · Et sanata est filia ei9 ex illa hora · Et cũ trãsisset inde ihũs: venit sec9 mare galilee: & ascẽdens in montẽ sedebat ibi · Et accesserũt ad eũ turbe multe: habẽtes secũ mutos · cecos · claudos debiles · & alios multos: & posuerũt eos ad pedes ei9 : & curauit eos · ita ut ẽbe mirarẽt videntes mutos loquentes claudos ambulantes · cecos videntes: & magnificabãt deũ isrl̃ Ihesus aũt cõuocatis discipulis suis dixit · Misereor turbe: q triduo iã pseuerãt mecũ: & nõ habẽt quod mãducent · Et dimittere eos ieiunos nolo: ne deficiant in via · Et dicũt ei discipuli Vnde ergo nob̃ in deserto panes tanti · ut saturem9 turbã tantã ! Et ait illis ihs9 Quot panes habetis? At illi dixerũt · septem Et paucos pisciculos · Et precepit turbe · vt discumberent sup terram · Et accipiẽs septẽ panes & pisces · & gr̃ias agens fregit & dedit discipulis suis: & discipuli dederũt populo · Et comederũt omnes: & saturati sunt · Et quod superfuit de fragmentis: tulerũt septẽ sportas plenas · Erãt aũt q manducauerũt q̃tuoz milia hoim̃: extra puulos & mlres · Et dimissa turba ascẽdit in nauiculam: & venit in fines magedan.

Ca · XVI.

ET accesserũt ad eum pharisei & saducei temptãtes · & rogauerũt eũ vt signum de celo ostenderet eis · At ille rndens · ait illis · Facto vespe dicitis serenũ erit rubicũ dum ẽ em̃ celum · Et mane · hodie tẽpestas rutilat em̃ triste celum · Faciem g̃ celi diiudicare nostis: signa aũt tpm non potestis scire · Generatõ mala & adultera signũ querit: & signũ non dabit̃ ei nisi signũ ione pphete Et relictis illis abiit · Et cum venissent discipuli ei9 trãs fretũ: obliti sunt panes accipe · Qui dixit illis · Intuemini & cauete a fermẽto phariseoz & saduceoz · At illi cogitabãt intr̃ se dicentes · Quia panes non accepim9 · Sciens aũt ihesus dixit · Quid cogitatis intr̃ vos modice fidei: quia panes nõ habetis ? Nõdum intelligitis neq recordamini quinq panum in quinq milia hominum · & quot cophinos sumpsistis ? Neq septem panum in quatuoz milia hominum: & quot sportas sumpsistis? quare non intelligitis quia non d̃ pane dixi vobis : cauete a fermento phariseoz & saduceoz? Tunc intellexerũt quia non dixerit cauendum a fermento panum: sed a doctrina phariseoz & saduceoz · Venit autez ihesus in partes cesaree philippi · & interrogabat discipulos suos dicens · Quem dicunt homines ee filium hominis? At illi dixerunt Alĩ iohannem baptistam: alĩ heliaz · alĩ vero ieremiam: aut vnum ex pphetis · Dicit illis ihesus · Vos autem quem me ee dicitis? Respondens simon petr9 dixit · Tu es xp̃s9 filius dei viui · Respondens aũt ihesus dixit ei Beatus es simon bariona: quia caro & sanguis non revelauit tibi: sed pater meus qui in celis est · Et ego dico tibi · quia tu es petr9 & super hanc petram edificabo ecclesiam meam: & porte inferi non prevalebunt adu̇ersus eã · Et tibi dabo claues regni celoz · Et q̃cũq ligaueris sup terram erit ligatũ & in celis · & quodcũq solueris sup terrã erit solutũ & in celis · Tũc precepit discipulis suis ut nemi dicerẽt: quia ipe ee ihs9 xp̃s9 · Exinde cepit ihs9 ondere discipulis suis · quia oporteret eum ire iherosolimam: & multa pati a semoribo & scribis & pncipibo sacerdotum: & occidi & tercia die resurgere · Et assumẽs eũ petr9 · cepit increpare illum dicens · Absit a te dñe: non erit tibi hoc · Qui conuersus dixit · Vade post me sathanas scãdalum es mihi

quia ñ sapis ea que dei sunt: sed ea que sunt hoim. Tūc ihs dixit discipulis suis. Si qs vult post me venire abneget semetipm & tol lat crucem suā & sequat me. Qui eñ voluerit animam suam saluā facē: pdet eam. Qui aūt perdiderit aiaz suā ppt me: inuenet eā. Quid em̄ pdest homi si mūduz vniuersum lucret amime vero sue detrimentū paciat? Aut quā dabit homo cōmutatōem p aīa sua? Filius aūt hois vēturus est in gl'ia patris sui cū angelis suis: & tunc reddet vnicuiq; scdm opera ei?. Amen dico vob: sunt qdam de hic stātibo q non gustabunt mortē: donec videant filium hois venientē in regno suo.

Ca. XVII

Et post dies sex assumpsit ihūs pe= tru & iacobum & iohēz fratrem ei? & ducit illos in mōtem excelsum se= orsum: & trāsfiguratus est añ eos. Et resplen duit facies ei? sicut sol: vestimenta aūt eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerūt illis moyses & helias cū eo loquentes. Rñ= dens aūt petrus dixit ad ihūm. Dñe bonum ē nos hic ee: si vis faciam? hic tria tabernacula tibi vnum. & moysi vnum. & helie vnum. Adhuc eo loquente: ecce nubes lucida obum brauit eos. Et ecce vox de nube dicens. Hic est filius me? dilectus in quo mihi bñ cpla= cui: ipsum audite. Et audientes discipuli ce= ciderunt in faciem suam: & timuerunt valde. Et accessit ihesus & tetigit eos: dixitq; eis. Surgite: & nolite timere. Leuantes aūt ocu los suos. neminem viderunt: nisi solum ihūm Et descendētibo illis de monte: precepit illis ihūs dicens. Nemini dixeritis visionem. do nec filius hominis a mortuis resurgat. Et in= terrogauerunt eum discipuli dicentes. Quid ergo scribe dicunt q helyam oportet primo venire? At ille respondens ait eis. Helias q= dem venturus est: & restituet omnia. Dico au tem vobis: quia helias iam venit. & non co= gnouerunt eum: sed fecerunt in eo quecūq; voluerunt. Sic & filius hominis passurus est ab eis. Tūc intellexerūt discipuli quia de io hanne baptista dixisset eis. Et cum venisset ad turbaz: accessit ad eum homo gembo q̄uo lut? ante eum dicens. Dñe miserē filio meo quia lunaticus est: & male patit. Nam sepe cadit in ignem: & crebro in aquam. Et obtu li eum discipulis tuis: & non potuerūt curare eum. Rñdens ihs dixit. O generatō incredu la & peruersa: quousq; ero vobiscū? Usq; quo paciar vos? Afferte huc illum ad me. Et in= crepauit illum ihs: & exijt ab eo demonium & curatus est puer ex illa hora. Tūc accesse= rūt discipuli ad ihūm secreto: & dixerūt ei. Qua re nos non potuim? eicē illum? Dicit illis. Propt incredulitatē vestrā. Amen quippe dico vobis. si habueritis fidem sicut gnum si napis. dicetis monti huic trāsi hinc & transi bit: & nichil impossibile erit vobis. Hoc aūt genus non eicit: nisi p oratōem & ieunīū. Cō uersantibo aūt eis in galilea: dixit illis ihūs. Filius hominis tradendus est in manus hoim: & occident eū: & tercia die resurget. Et cō= tristati sunt vehemēter. Et cū venissent ca= pharnauz: accesserunt q dragma accipiebāt ad petrum: & dixerūt ei Magister vester. ñ sol uit didragma. Ait. Etiam. Et cū intrasset in domum: preuenit eum ihs dicens. Quid tibi videt simon? Reges terre a quibo accipiunt tributum vel censum. a filijs suis. an ab alie nis? Et ille dixit. Ab alienis. Dixit illi ihs Ergo liberi sunt filij. Ut aūt non scādalise= mus eos. vade ad mare & mitte hamū: & eum piscē qui primus ascendēt tolle. & aperto ore ei? inuenies staterē: illum sumens da eis pro me. & te

Ca. XVIII

In illa hora accesserunt discipuli ad ihesum. dicentes. Quis putas maior est in regno celoz? Et aduocans i= hesus paruulum. statuit eum in medio eoz: & dixit. Amen dico vob: nisi cōuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli: nō intrabitis in regnum celoz. Quicūq; ergo humiliauerit se sicut paruulus iste: hic est maior in regno ce= loz. Et q suscepēit vnū puerulū talem in noīe meo me suscipit. Qui aūt scandalisauerit vnū de pusillis istis qui in me credunt: expedit ei vt suspendat mola asinaria in collo eius: & demergat in profundum maris. Ve mundo ab scandalis. Necesse est em̄ vt veniāt scāda la. Veruntñ ve homī illi p quem scandalum venit. Si aūt manus tua vel pes tuus scanda lisat te. abscide eum & proice abs te. Bonum tibi est ad vitam ingredi debilem vel claudū: q̄p duas manus vel duos pedes habentem

mitti in ignem eternum. Et si oculus tuus scandalizat te: erue eū & pice abs te. Bonū tibi est vnū oculum habētem in vitam intra re: q̄ duos oculos habētem mitti in gehennā ignis. Videte ne cōtemnatis vnū ex hīs pusillis. Dico em̄ vobis: quia angeli eoz in cel' semp vidēt faciem patris mei qui in celis est Venit em̄ filius hominis saluare quod perierat quid vobis vidē'? Si fuerint alicui centum oues & errauerit vna ex eis: nonne relinquit nonagintanouem in montibo & vadit querē eam que errauerit? Et si cōtigerit ut inueniat eam. amen dico vobis. quia gaudebit sup eā magis q̄ sup nonagintanouem q̄ non errauerūt. Sic non est voluntas añ patrem vestruz q̄ in celis est: vt pereat vn' de pusillis istis. Si aūt peccauerit in te frat tu': vade & corripe eū int' te & ipm solū. Si te audierit: lucrat' eris fratrem tuū. Si aūt te nō audierit adhibe tecū adhuc vnum vel duos: vt in ore duoz vel triū testiū stet omne vbum. Quod si non audierit eos: dic ecclesie. Si aūt ecclesiā non audierit: sit tibi sicut ethnic' & publican'. Amen dico vob: quecūq alligaueritis sup terrā erūt ligata & in celo: & quecūq solueritis sup terrā erūt soluta & i celo. Iterz dico vob: quia si duo ex vob cōsenserit sup terrā de omni re quācūq petierint: fiet illis a patre meo q̄ in celis est. Vbi em̄ sunt duo vel tres congregati in noīe meo: ibi sum in medio eoz. Tunc accedēs petr' ad eū dixit. Dñe q̄ciens peccabit in me frat me': & dimittam ei: Vsq̄ septies? Dixit illi ih'. Non dico tibi vsq̄ sepcies: sed vsq̄ septuagies sepcies. Ideo assimilatū est regnū celoz homini regi qui voluit ratōnez ponē cū famis suis. Et cum cepisset ratōnez ponere. oblat' est ei vn' qui debebat decem mlia talenta. Cum aūt non haberet vñ redderet: iussit eum dñ'i ei' venūdari: & vxorē ei' & filios. & omnia que habebat: & reddi. Procidens aūt seru' ille. orabat eū dicens. Patienciā habe in me: & oia reddā tibi. Misert' aūt dñ's famis illi' dimisit eū. & debitū dimisit ei. Egressus aūt fu' ille inuenit vnū de cōseruis suis. q̄ debebat ei centū denarios: & tenens. suffocabat eū dicens. Redde quod debes. & pcidens conseru' ei'. rogabat eum dicens. Patiēciam habe in me & omnia reddam tibi. Ille aūt noluit. sed abiit & misit eum in carcerem. donec redderet debitum. Videntes aūt cōserui ei' que fiebāt cōtristati sunt valde: & venerūt & narrauerūt dño suo omnia q̄ facta fuerāt. Tunc vocauit illuz dñ's su': & ait illi. Serue nequā: omne debitū dimisi tibi. q̄m rogasti me. Nonne g̃ oportuit & te misereri cōserui tui: sic & ego tui misert' sum? Et irat' dñ's ei' tradidit eū tortoribo: quoadusq̄ redderet vniuersum debitum. Sic & pat' me' celestis faciet vobis si non remiseritis vnusquisq̄ fratri suo de cordibo vestris

Ca. XIX.

Et factū est cum cōsūmasset ih's sermones istos migrauit a galilea: & venit in fines iudee trās iordanen. & secute sunt eum turbe multe. & curauit eos ibi. Et accesserunt ad eū pharisei temptātes eū & dicentes. Si licet homini dimittere vxorē suam quacunq ex causa? Qui respondens ait eis. Non legistis quia q̄ fecit homines ab initio. masculum & feminā fecit eos? Et dixit. Propt' hoc dimittet hō patrem & matrē: & adherebit vxori sue. & erūt duo in carne vna Itaq̄ iā non sunt duo: sed vna caro. Quod g̃ de' cōiunxit. hō non separet. Dicunt illi. q̄d ergo moyses mādauit dari libellum repudij & dimittere? ait illis. Quoniā moyses ad duriciam cordis vestri permisit vob dimittē vxores vras. ab initio aūt non fuit sic. Dico autem vob: quia quicūq dimiserit vxorem suā nisi ob formicatiōez & aliā duxerit. mechat'. Et q̄ dimissam duxerit. mechat'. Dicunt ei discipuli ei'. Si ita est causa hominis cum vxore. nō expedit nubere. Qui dixit eis. Nō omnes capiunt verbum istud. sed quibo datum est. Sunt em̄ eunuchi qui de matris vtero sic nati sunt. & sunt eunuchi q̄ facti sūt ab hominibo. & sunt eunuchi qui seipsos castrauerūt propt' regnū celoz. Qui potest capē capiat. Tunc oblati sunt ei paruuli vt manus eis imponeret & oraret. discipuli aūt increpabant eos. Ihesus vero ait eis. Dimite paruulos. & nolite eos phibere ad me venire. talium est em̄ regnuz celoz. Et cū imposuisset eis manus: abiit inde. Et ecce vn' accedens ait illi. Magister bone: quid bonī faciam vt

habeam vitam eternam ? qui dixit ei · Quid me interrogas de bono ? Vn? est bon? de? · Si aũt vis ad vitam ingdi: ꝑua mandata · Dicit illi. Que? Ihus aũt dixit · Non homicidium facies. non adulterab. nõ facies furtũ · nõ falsum testimoniũ dices: honora patrẽ tuũ & matrẽ: diliges pximũ tuũ sicut teipm. Dicit illi adolescens · Oĩa hec custodiui a iuuẽtute mea: qd adhuc michi deest ? Ait illi ihus. Si vis pfect? eẽ. vade vende oĩa que habes & da paupibo: & habebis thesaur in celo & veni sequẽ me. Cũ audisset aũt adolescẽs vbũ abiit tristis · Erat em habẽs multas possessiones · Ihs? aũt dixit discipulis suis · Amẽ dico vob: q dines difficile intrabit in regnum celor · Et iter dico vob · Facili? est camelũ p foramen ac? trãsire : q̃p diuitem intrare in regnũ celor · Auditis aũt hijs discipuli · mirabant valde dicẽtes · Quis ergo poterit salu? eẽ? Aspiciens aũt ihus · dixit illis. Apud homines hoc impossibile est: apud deum aũt oĩa possibilia sunt. Tunc respondens petrus dixit ei · Ecce nos reliquim? omnia: & secuti sum? te · Quid ergo erit nobis? Ihs? aũt dixit illis. Amen dico vob: q̃p vos qui secuti estis me in regeneratõne cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue · sedebitis & vos super sedes duodecim: iudicantes duodecim tribus israhel. Et omis q̃ reliq̃rit domũ vel fratres aut sorores · aut patrem aut matrẽ aut vxorem aut filios aut agros ꝓpt̃ nomen meum: centuplum accipiet: & vitã eternã possidebit. Multi aũt erũt ꝑmi nouissimi: & nouissimi ꝑmi

Ca . XX.

Simile est regnum celor hominꝭ patrifamilias: q̃ exijt primo mane conducere operarios in vineã suã. Conuentõe aũt facta cum oparijs ex denario diurno: misit eos in vineã suã. Et egressus circa horam terciam: vidit alios stantes in foro otiosos: & illis dixit. Ite & vos in vineam & quod iustum fuerit dabo vob. Illi aũt abierũt Iter aũt exijt circa sextã & nonã horam: & fecit similit · Circa vndecimam vero exijt & inuenit alios stantes: & dicit illis. Quid hic statis tota die ociosi ? Dicunt ei · Quia nemo nos cõduxit. Dicit illis. Ite & vos in vineã Cum sero autem factum eẽt. dicit dominus vinee · procuratori suo . Voca operarios & redde illis mercedem: incipiens a nouissimis vsq; ad primos · Cum venissent ergo q̃ circa vndecimam horã venerãt: acceperũt singulos denarios · Venientes aũt & ꝑmi · arbitrati sunt quod plus eẽnt accepturi: acceperũt aũt & ipi singulos denarios · Et accipientes murmurabant aduẽsus patremfamilias dicentes · Hij nouissimi vna hora fecerunt: & pares illos nobis feciſti qui portauimus pondus diei & estus ? At ille respondẽs vni eor dixit · Amice: non fatõ tibi iniuriam · Nonne ex denario conuenisti mecum ? Tolle qd tuũ est & vade · Volo aũt & huic nouissimo dare: sicut & tibi · Aut non licet michi quod volo facẽ ? An oculus tuus nequa est · quia ego bon? sum? Sic erunt nouissimi ꝑmi: & ꝑmi nouissimi · multi em sunt vocati pauci vero electi · Et ascendens ihus iherosolimam: assumpsit duodecim discipulos suos secreto: & ait illis · Ecce ascendim? iherosolimã: & filius hominis tradet̃ pncipibo sacerdotum & scribis: & condẽnabũt eũ morte: & tradẽt eũ gentibo ad deludẽdum & flagellandum: & crucifigẽdum: & tercia die resurget · Tunc accessit ad eum mat filior zebedei cũ filijs suis: adorãs & petẽs aliq̃d ab eo · Qui dixit ei · Quid vis ? Ait illi · Dic vt sedeant hij duo filij mei vn? ad dextrã tuã: & vn? ad simistrã tuã in regno tuo Rñdens aũt ihs? dixit · Nescitis qd petatis · Potestis bibere calicẽ quẽ ego bibitur? sũ? Dicũt ei · possum? · Ait illis · Calicem q̃dem meum bibetis : sedere aũt ad dexterã meã vel ad simistrã non est meum dare vob: sed quibo paratũ est a patre meo · Et audientes decem indignati sunt de duobo fratribo · Ihus autẽ vocauit eos ad se: & ait · Scitis quia principes gẽtium dominant eor: & q̃ maiores sũt potestatem exercent in eos ? Non ita erit int̃ vos · Sed quicũq; voluerit int̃ vos maior fieri: sit vester minister · Et qui voluerit inter vos prim? eẽ · erit vester seru? · Sicut filius hominis non venit ministrari sed ministrare & dare animã suam redẽptõnem ꝓ multis · Et egdientibo illis ab iericho: secuta est eum turba multa · Et ecce duo ceci sedentes secus viam · audierũt quia ihus trãsiret: & clamauerũt dicentes · Dñe miserẽ nostri · fili dauid

Turba aũt increpabat eos vt tacerent. At illi magis clamabant dicentes. Dñe: miserẽ nostri fili dd. Et stetit ihus & vocauit eos & ait. Quid vultis vt faciã vob? Dicũt illi. dñe vt aperiant oculi nostri. Miserꝫ aũt eoꝝ ihus: tetigit oculos eoꝝ. Et ꝛfestim viderũt: & secuti sunt eum.

Ca. XXI.

Et cum appropinquassent iherosolimis & venissent bethfage ad montẽ oliueti: tũc ihus misit duos discipulos suos dicẽs eis. Ite i castellũ qd ꝛra vos est. & statim inuenietis asinã alligatã & pullum cũ ea: solvite & adducite mihi. Et si qs vobis aliqd dixerit. dicite qꝛ dñs hijs opus habet. & cõfestim dimittet eos. Hoc aũt factum est: vt adimpleret quod dictum est p ꝓphetã dicentẽ. Dicite filie sion: ecce rex tuus venit tibi mãsuet? sedẽs super asinam: & pullũ filiũ subiugalis. Euntes aũt discipuli fecerũt sicut ꝓcepit illis ihus. Et adduxerũt asinã & pullum: & imposuerũt sup eos vestimenta sua: & eũ desup sedere fecerũt. Plurima aũt turba strauerũt vestimẽta sua in via Alij aũt cedebant ramos de arboribus: & sternebant in via. Turbe aũt que precedebãt & que sequebant: clamabant dicẽtes. Osanna filio dauid: benedict? q̃ venit in noĩe dñi: osanna in altissimis. Et cũ intrasset iherosolimam: ꝛmota est vniuersa ciuitas dicẽs. Quis est hic: Populi aũt dicebant. Hic est ihus ꝓpheta: a nazareth galilee. Et intrauit ihus in templum dei. & eiciebat omẽs vẽdentes & ementes in templo: & mensas nũmulariorꝫ. & cathedras vendẽciũm colũbas euertit: & dicit eis. Scriptũ ẽ: dom? mea dom? oratõis vocabit: vos aũt fecistis illam spelũcam latronũ. Et accesserũt ad eũ ceci & claudi i tẽplo: & sanauit eos. Videntes aũt ꝓncipes sacerdotũ & scribe mirabilia que fecit: & pueros clamãtes in tẽplo & dicẽtes. osanna filio dd: indignati sunt. & dixerũt ei Audis q̃d isti dicunt: Ihesus aũt dixit eis. Vtiqꝫ. Nunqꝫ legistis: qꝛ ex ore infanciũ & lactenciũ perfecisti laudem: Et relictis illis abijt foras extra ciuitatem in bethaniam: ibiq; mãsit. Mane aũt reuertẽs in ciuitatẽ. esurijt. Et videns ficũ arborẽ vnã secꝰ viã venit ad eam: & nichil inuenit in ea nisi folia tm̃: & ait illi. Nũq̃ ex te fructꝰ nascat in sempiternũ. Et arefacta ẽ ꝛtinuo ficulnea. Et videntes discipuli mirati sunt dicentes. Quõ ꝛtinuo aruit: Rñdens aũt ihus: ait eis. Amen dico vob: si habueritis fidem & non hesitaueritis. nõ solum d ficulnea facietis: sed & si monti huic dixeritis tolle te & iacta te in mare: ita fiet. Et oĩa quecũq; petieritis in ozone credẽtes: accipietis. Et cũ venisset in templũ: accesserũt ad eũ docentẽ principes sacerdotũ & seniores ꝑpli dicẽtes. In q̃ potestate hec facis: Et q̃s tibi dedit hãc potestatẽ: Rñdens ihus: dixit eis Interrogabo vos et ego vnum ꝓmonem: quẽ si dixeritis mihi: & ego vob dicam in qua potestate hec facio. Baptisma iohannis vñ erat: e celo. an ex hominibus: At illi cogitabãt inter se dicentes. Si dixerim? e celo: dicet nobis. Quare ergo non credidistis illi: Si autem dixerimus ex hominibus: timem? turbam. Omnes enim habebant iohannem sicut ꝓphetam. Et respondentes ihesu: dixerunt. Nescim?. Ait illis & ipse. Nec ego dico vob in qua potestate hec facio. Quid autem vobis videtur: Homo quidam habebat duos filios & accedẽs ad primum dixit. Fili. vade hodie operare in vineam meam. Ille autem respondens ait. Nolo. Postea autem penitencia motꝰ abijt. Accedens autem ad alterꝫ dixit similit. At ille respondens ait. Eo domine. Et non iuit. Quis ex duobus fecit voluntatem patris: Dicunt. prim?. Dicit illis ihus. Amẽ dico vob quia publicani & meretrices precedunt vos in regno dei. Venit autem ad vos iohannes in via iustitie: & nõ credidistis ei. Publicani aũt & meretrices crediderunt ei: vos aũt videntes nec penitenciam habuistis postea: vt crederetis ei. Aliam parabolã audite. Homo erat patꝛfamilias q̃ plantauit vineam: & sepẽ circũdedit ei. & fodit in ea torcular & edificauit turrim. & locauit eaz agricolis. & pegẽ ꝓfectꝰ ẽ. Cũ aũt tp? fructuũ appropinq̃sset: misit ꝓuos suos ad agricolas vt acciperent fructus eius. Et agricole apprehensis seruis eius. alium ceciderũt. aliũ occiderũt: aliũ vero lapidauerũt. Iterꝫ misit alios ꝓuos pluzes priozibus: & fecerunt illis similit. Nouissime autẽ misit ad eos filium

fuum dicẽs: forsitan verebunt filium meum
Agcole aũt videntes filiũ dixerunt intra se.
Hic est heres: venite occidam? eũ: & habebi
m? hẽditatem ei?. Et apprehensum eum eie-
cerũt extra vineã: & occiderunt. Cũ g̃ vene-
rit dñs vinee: q̃d faciet agcolis illis? Aiunt
illi. Malos male pdet. & vineã suam locabit
alĩs agcolis: q̃ reddent ei fructum tpibo suis
Dicit illis ihs?. Nunq̃ legistis in scripturis:
lapidem quem reprobauerunt edificantes.
hic factꝰ est in caput anguli? A dño factum
est istud: & est mirabile in oculis nr̃is. Ideo
dico vobis: quia auferet a vobis regnum dei
& dabit genti facienti fructꝰ ei?. Et qui ce
ciderit sup lapidem istum ofringet: sup quẽ
vero ceciderit: cõteret eum. Et cũ audissent
pncipes sacerdotum & pharisei parabolas
ei?: cognouerunt q̃ de ipis dicet. Et q̃rentes
eum tenere timuerunt turbas. qm̃ sicut pphetã
eum habebant

Ca. XXII.

Et respondens ihs?: dixit itez impabolis
eis dicens. Simile factũ est regnũ
celoz homini regi: q̃ fecit nuptias
filio suo. Et misit suos suos vocare invitatos
ad nuptias: & nolebant venire. Itez misit
alios suos dicens. Dicite invitatis. Ecce pn
dium meum paraui: tauri mei & altilia occisa
sunt. & omnia parata: venite ad nuptias. Il
li aũt neglexerũt: & abierunt ali? in villam
suam: ali? vero ad negotiatiõnẽ suam. Reliq̃
vero tenuerũt suos ei?: & otumelia affectos
occiderunt. Rex aũt cũ audisset irat? est: &
missis exercitibo suis pdidit homicidas illos
& civitatem illoz succẽdit. Tunc ait seruis
suis. Nuptie quidem parate sunt: sed q̃ invita
ti erant ñ fuerunt digni. Ite g̃ ad exit? viaz
& quoscunq̃ inueneritis. vocate ad nuptias.
Et egressi serui ei? in vias congg̃auerũt om-
nes quos inuenerunt malos & bonos: & im-
plete sunt nuptie discumbẽcium. Intrauit aũ
rex vt videret discumbẽtes: & vidit ibi hoi-
nem non vestitũ veste nuptiali. Et ait illi.
Amice: quõ huc intrasti nõ habẽs vestẽ nup
ptialẽ? At ille obmutuit. Tunc dixit rex mi
nistris. Ligatis manibo & pedibo ei?. mitti-
te eum in tenebras exteriores: ibi erit flet? &
stridoz dencium. Multi em̃ sunt vocati: pauci
vero electi. Tunc abeũtes pharisei cõsilium
inierunt: vt caperẽt eũ in sermone. Et mittũt
ei discipulos suos. cum herodianis dicẽtes.
Magister. scim? quia verax es & viam dei in
veritate doces: & non est tibi cura de aliquo.
Non em̃ respicis personam hominum. Dic g̃
nobis: quid tibi videt. Licet censum dare ce-
sari. aut non? Cognita autẽ ihesus nequitia
eoz. ait. Quid me temptatis ypocrite? Ondi-
te michi nummisma census. At illi obtule-
runt ei denarium. Et ait illis ihs?. Cui? est
ymago hec & supscriptõ? Dicũt ei. Cesaris
Tunc ait illis. Reddite ergo que sunt cesa-
ris cesari: & que sunt dei deo. Et audientes
mirati sunt: & relicto eo abierunt. In illo die
accesserunt ad eum saducei qui dicunt non eẽ
resurrectionẽ: & interrogauerunt eũ dicẽtes
Magister moyses dixit: si quis mortuꝰ fue-
rit nõ habens filium: vt ducat frat ei? vxo
rem illi?. & suscitet semẽ fratri suo. Erãt au
tẽ apud nos septem fratres. & prim? vxore
ducta defunct? est: & non habens semẽ reli
qt vxorem suam fratri suo. Similit̃ scdus &
terci?: vsq̃ ad septimum. Novissime aũt om
nium. & mulier defuncta est. In resurrecti-
one ergo cui? erit de septẽ vxor? Omnes em̃
habuerũt eam. Respondens aũt ihs? ait illis. Er
ratis nescientes scripturas: neq̃ vtutem dei.
In resurrectiõe em̃ neq̃ nubẽt: neq̃ nubent̃
sed sunt sicut angeli dei in celo. De resurre-
ctione aũt mortuoz nõ legistis quod dictũ
est a deo dicente vobis. ego sum deus abra-
ham. & deꝰ ysaac. & deꝰ iacob? Non est deꝰ
mortuoz: sed viventium. Et audientes tur
be mirabant in doctrina eius. Pharisei aũt
audientes quod silentium imposuisset sadu-
ceis. cõuenerunt in vnum: & interrogauit eũ
vn? ex eis legisdoctor temptans eum. Magi
ster: quod est mandatum magnum in lege?
Ait illi ihs?. Diliges dñm deum tuũ ex toto
corde tuo: & in tota aia tua. & in tota mẽte tua
Hoc est maximũ. & pmium mandatũ. Secd̃m
aũt simile est huic. Diliges pximũ tuũ sicut
teipm. In hĩs duobo mandatis. vniuersa lex
pendet & pphete. Congregatis aũt phariseis.
interrogauit eos ihesus dicens. Quid vobis
videtur de xpo? Cuius filius est? Dicunt ei.
Dauid. Ait illis. Quomodo ergo dauid in
spiritu vocat eum dñm dicẽs: dixit dñs dño

meo·ſede a dextris meis·donec ponam inimi cos tuos· ſcabellū pedū tuoꝝ? Si ergo dauid vocat eum dnm: quomodo filiꝰ eius eſt? Et nemo poterat reſpondere ei verbum: neq; au ſus fuit quiſq; ex illa die eum amplius interrogare·

Ca·XXIII

Egressus inde abiit in ꝑriam suã: & sequebanť eũ discipuli sui. Et facto sabbato cepit in synagoga docẽ. & multi audientes ãmirabanť in doctrina ei? dicẽtes Vñ huic hec omia? Et q̃ est sapiẽtia que data ẽ illi: & virtutes tales que p manus e? efficiunť? Nonne hic ẽ fabri fili? & marie: frať iacobi & ioseph & inde & simonis? Nonne & sorores ei? hic nobiscũ sũt? Et scã dalizabanť in illo Et dicebat illis ihesus: q̃ non est ꝓpha sine honore: nisi in patria sua. & in domo sua & in cognatõe sua. Et nõ poterat ibi virtutẽ vllam facẽ nisi paucos infirmos impositis mambo curauit: & mirabatur ꝓpter incredulitatem eorum: & circuibat castella ĩ circuitu docẽs. Et vocauit duodecim & cepit eos mittere binos: & dabat illis potestatem spirituum immundorũ. Et ꝑcepit eis ne quid tollerent in via nisi virgam tm̃: non perã non panẽ neq̃ in zona es. sed calciatos sandalijs: & ne induerenť duabo tunicis Et dicebat eis. Quocũq̃ introieritis in domũ illic manete donec exeatis inde: & quicunq̃ ñ receperint vos nec audierint: exeuntes inde excutite puluerem de pedibo vestris in testimonium illis. Et exeuntes predicabant: vt pemitentiam agerent: & demonia multa eiciebant: & vngebant oleo multos egros & sanabantur. Et audiuit rex herodes: manifestum em̃ factum est nomen eius: & dicebat. Quia iohannes baptista resurrexit a mortuis: & ꝓpterea virtutes operanť in illo. Alij aũt dicebãt: q̃ helias est. alij vero dicebant q̃ ꝓpheta est quasi vn? ex ꝓphetis. Quo audito herodes ait. Quem ego decollaui iohannem hic a mortuis resurrexit. Ipse em̃ herodes misit ac tenuit iohannẽ & vinxit eum in carcerem ꝓpter herodiadẽ vxorem philippi ꝓ fratris sui: q̃ duxerat eam. Dicebat em̃ iohannes herodi. Non licet tibi hãe vxorẽ fratris tui. Herodias aũt insidiabať illi: & volebat occidere eum nec poterat. Herodes aũt metuebat iohannem sciens eum virum iustũ & sanctum: & custodiebat eum: & audito eo multa faciebat: & libenť eum audiebat. Et cũ dies oportun? accidisset: herodes natale sui cenam fecit principibo et tribums et primis galilee. Cumq̃ introisset filia ipsi? herodiadis. & saltasset & placuisset herodi simulq̃ recumbẽtibo: rex ait puelle. Pete a me q̃d vis & dabo tibi. Et iurauit illi: q̃ quicquid petieris dabo tibi. licet dimidium regni mei que cũ exisset: dixit matri sue. Quid petam? At illa dixit Caput iohis baptiste. Cũq̃ introisset statim cũ festinatõe ad regẽ: petuit dicens. Volo: vt protin? des michi in disco caput iohannis baptiste. Et contristat? est rex. Propt̃ iusiurandum & ꝓpt̃ simul discũbentes noluit eam cõtristari. sed misso spiculatore ꝑcepit afferri caput eius ĩ disco: & decollauit eum in carcẽ. Et attulit caput ei? in disco: & dedit illd puelle: & puella dedit matri sue. Quo audito discipuli ei? venerunt & tulerunt corp? eius: & posuerunt illud in monumento. Et conuenientes apostoli ad ihesũ renũciauerũt ei omia que egerãt & docuerãt Et ait illis. Venite seorsũ in desertũ locũ: et requiescite pusillũ. Erant em̃ qui veniebant & rediebant multi: & nec spaciũ manducandi habebãt. Et ascẽdentes in nauim abierũt in desertũ locũ seorsũ. Et viderũt eos abeuntes: & cognouerũt multi. & pedestres de ommbo ciuitatibo cucurrerũt illuc & ꝓuenerũt eos. Et exiẽs vidit turbam multam ihesus. et miserit? est sup eos: q̃ erãt sicut oues non hñtes pastorem: & cepit illos docere multa. Et cum iam hora multa fieret: accesserunt discipuli ei? dicẽtes. Desert? ẽ locus hic. & iam hora ꝓterijt. Dimitte illos: vt eũtes in proximas villas & vicos emãt sibi cibos q̃s mãducent. Et rñdens ait illis. Date illis vos manducare. Et dixerunt ei. Eũtes emamus ducẽtis denarijs panes: & dabim? illis manducare. Et dicit eis. Quot panes habetis ite & videte. Et cũ cognouissent dicũt. Quinq̃. Et duos pisces. Et ꝑcepit illis vt accumbẽ facerent omes secũm cõtubia sup viride fenũ Et discubuerunt in partes: per centenos & quinq̃genos. Et acceptis quinq̃ pambo. & duobo piscibo: intuens in celum benedixit & fregit panes & dedit discipulis suis vt ponerent ante eos: & duos pisces diuisit ommbo Et mãducauerũt omnes: & saturati sũt. Et sustulerũt reliquias fragmentoꝝ duodecim

cophinos plenos: et de piscibo. Erant autem qui manducauerũt: quinq; milia virorum. Et statim coegit discipulos suos ascendẽ navim vt precederẽt eũ trãsfretũ ad bethsayadã: dũ ipse dimitteret populũ. Et cũ dimisisset eos: abijt in montẽ orare Et cũ sero eẽt erat nauis in medio mari: & ipse sol9 in terra. Et vidẽs eos laborãtes in remigando. erat enim vent9 cõtrari9 eis: & circa q̃rtã vigiliam noctis veit ad eos ãbulans sup̃ mare: & volebat p̃terire eos. At illi vt viderũt eum ãbulantẽ sup̃ mare putauerũt fantasma eẽ & exclamauerũt. Oẽs enim viderũt eum: & conturbati sũt. Et statim locut9 ẽ cum eis: & dixit eis. Cõfidite. Ego sũ: nolite timẽ. Et ascẽdit ad illos in nauim: & cessauit vent9. Et pl9 magis intra se stupebãt. Non enim intellexerãt de panibo. Erat enim cor eor obcecatũ. Et cũ trãsfretassent venerũt in terrã genesareth: et applicuerunt. Cũq; egressi eẽnt de naui cõtinuo cognouerunt eũ: & pcurrẽtes vniuersaz regionẽ illam ceperant in grabatis eos qui se male habebãt circumferre vbi audiebant eum eẽ. Et quocunq; introiebat in vicos vel in villas aut ciuitates: in plateis ponebãt infirmos. & dep̃cabant9 euz vt vel fimbriã vestimẽti eius tangerẽt: & quotquot tãgebãt eum salui fiebant.

Capitulum. VII.

Et cõuenium ad eũ pharisei: & quidam de scribis: venientes ab iherosolimis. Et cũ vidissent q̃sdam ex discipulis eius cõmunibo manibo. id est non lotis mãducare panes: vituperauerunt. Pharisei enim. & omnes iudei nisi crebro lauẽt manus non manducant. tenẽtes traditionem seniorum: & a foro nisi baptizentur non comedũt: & alia multa sunt que tradita sunt illis seruare. baptismata calicum & vrceorum et eramẽtorum & lectorum. Et interrogabant eum pharisei & scribe. Quare discipuli tui nõ ambulãt iuxta traditionem seniorũ. sed communibo maribo manducãt panẽ: At ille rñdens dixit eis. Bñ ꝓphetauit ysaias de vob̃ ypocritis: sicut scr̃tum est. Populus hic labijs me honorat: cor autẽ eorum longe est a me. In vanũ autẽ me colunt docẽtes doctrinas: et precepta hoim. Relinq̃ntes enim mãdatum dei: tenetis traditiones hoim: baptismata vrceorum et calicũm. et similia hijs facitis multa. Et dicebat illis. Bñ irritũ fecistis p̃ceptũ dei: vt traditionem vr̃am seruetis? Moyses enim dixit. Honora patrẽ tuũ & matrẽ tuam & q̃ maledixerit p̃ri vl mri morte moriatur. Vos aũt dicitis. Si dixerit hõ p̃ri aut mri corban: q̃d est donũ q̃dcũq; ex me ẽ tibi prosfuerit: & vltra ñ dimittitis eũ quicq̃ facẽ p̃ri suo aut matri: rescindentes verbũ dei per traditionez vr̃am quã tradidistis. & similia hmõi multa facitis. Et aduocãs iterũ turbã dicebat illis Audite me oẽs & intelligite. Nichil ẽ extra hominẽ introiẽs in eũ quod possit euz coinq̃nare. sed q̃ de homine pcedũt illa sũt q̃ coinquinãt hominẽ. Si q̃s habet aures audiẽdi audiat. Et cũ introisset in domũ a turba: interrogabãt eũ discipuli ei9 parabolam Et ait illis. Sic & vos imprudentes estis? Non intelligitis q̃ omne extrinsec9 introiens in hominẽ nõ potest eũ coinquinare q̃ nõ intrat in cor ei9. ꝙ in ventrẽ vadit & in secessum exit purgãs oẽs escas? Dicebat aũt q̃m illa q̃ de homine exeũt illa coinquinãt hoiem Abint9 enim de corde hominum male cogitationes ꝓcedunt: adulteria. formicationes. homicidia. furta. auaricie. nequitie. dolus. impudicicie. oculus mal9. blasphemia. superbia. stulticia. Omnia hec mala abint9 procedunt & coinquinãt hominẽ. Et inde surgẽs abijt in fines tyri & sidonis: & ingressus domum neminẽ voluit scire: & nõ potuit latere. Mulier enim statim vt audiuit de eo cui9 filia habebat spm̃ immũdum intrauit: & procidit ad pedes eius. Erat enim mulier gẽtilis: sirophenissa genere. Et rogabat eũ vt demoniũ eiceret de filia ei9. Qui dixit illi. Sine prius saturari filios. Non est enim bonũ sumẽ panẽ filiorũ: & mittẽ canibo. At illa rñdit: & dixit illi. Vtiq; dñe. Nam & catelli comedunt sub mẽsa de micis puerorũ. Et ait illi. Propter hũc sermonẽ vade: exijt demoniũ de filia tua Et cũ abijsset domũ inuenit puellã iacentez sup̃ lectũ: & demoniũ exijsse. Et iterũ exiẽs de finibo tyri veit per sidonẽ ad mare galilee inter medios fines decapoleos. Et adducunt ei surdum & mutum. Et deprecabant9 eũ vt imponat illi manũ. Et apprehendẽs eũ de turba seorsũ misit digitos suos in auriculas ei9:

et expuēs tetigit linguaz eius: & suspiciens in celū ingemuit · & ait illi · Effeta: qđ est adaperire · Et statim aperte sūt aures ei?: & solutū ē vinculū linguē ei? ; & loq̄bat recte Et p̄cepit illis ne cui dicerēt · Quāto aūt eis p̄cipiebat tāto magis pl? p̄dicabāt: & eo am pli? āmirabant · dicētes · Bñ oīa fecit · & surdos fecit audire · & mutos loqui Ca · VIII

In diebo illis iterum cū turba multa esset nec haberent quod manducarēt: conuocatis discipulis · ait illis · Misereor sup turbā: quia ecce iam triduo sustinēt me: nec habēt quod manducent: & si dimisero eos ieiunos in domum suam deficient in via · Quidam enim ex eis delonge venerunt · Et responderunt ei discipuli sui · Vnde illos quis poterit hic saturare pambo in solitudine ? Et interrogauit eos · Quot panes habetis? Qui dixerūt · Septē · Et p̄cepit turbe discūbere sup terrā Et accipiens septez panes gracias agēs fregit & dabat discipulis suis vt apponerēt: & apposuerūt turbe · Et habebant piscículos paucos: & ipsos bñdixit: & iussit apponi Et mā ducauerūt & saturati sūt & sustulerūt quod supauerat de fragmētis septē sportas · Erāt aūt qui manducauerunt q̄si quatuor milia · & dimisit eos · Et statim ascēdens nauim cū discipulis suis: venit in partes dalmanutha · Et exierūt pharisei & ceperūt conquirē cum eo: querētes ab illo signū de celo: tēptantes eum · Et ingemiscens spū ait · Quid generatō ista signū querit ? Amē dico vob: si dabitur generationi isti signū Et dimittens eos ascēdit iterum nauim: & abyt transfretum · Et obliti sūt panē sumē: & nisi vnū panē nō habebant secū in naui · Et p̄cipiebat eis dicēs · Videte & cauete a fermento phariseorum: et fermento herodis · Et cogitabant ad alterutrum dicentes · qz panes non habemus · Quo cognito · ait illis ihesus · Quid cogitatis quia panes non habetis? Nondū cognoscitis nec intelligitis? Adhuc cecatum habetis cor vestrum · Oculos habentes non videtis: & aures habentes non auditis · Nec recordamini quando quinqz panes fregi in quinqz milia: & quot cophinos fragmētorum plenos sustulistis? Dicūt ei · Duodecim · Quādo & septē panes in q̄tuor milia: quot sportas fragmē-

torum tulistis? Et dicunt ei Septem · Et dicebat eis · Quō nondum intelligitis? Et veniunt bethsaidā · & adducunt ei cecum: & rogabant eū vt illum tangeret · Et apprehēsa manu ceci: eduxit eū extra vicum: & expuēs in oculos ei? impositis manibo suis: interrogauit eum si q̄d videret · Et aspiciēs ait · Video homines velut arbores ambulantes · Deinde iterū imposuit man? sup oculos ei? & cepit videre: & restitutus est: ita vt clare videret oīa · Et misit illū in domū suam dicēs · Vade in domuz tuā: & si vicū introieris nemini dixeris · Et ingressus est ihesus & discipuli ei? castella cesaree philippi: & in via interrogabat discipulos suos dicēs eis · Quem me dicunt eē homines · Qui rñderunt dicētes · Alij iohannē baptistā · alij heliaz · alij vero quasi vnū de pphis · Tunc dicit illis · Vos vero quē me eē dicitis? Respondens petrus ait ei · Tu es xp̄c · Et cōminat? est eis: ne cui dicerent de illo · Et cepit docē eos quoniam oportet filiū hominis pati multa & reprobari a senioribo · & a summis sacerdotibo & scribis & occidi: & post tres dies resurgere · Et palam verbum loquebat̄ · & apprehēdens eum petr? cepit increpare eū · Qui conuersus & videns discipulos suos: comminatus est petro dicēs · Vade retro me sathanas: quoniā non sapis que dei sunt · sed que hominū · Et conuocata turba cū discipulis suis dixit eis · Si quis vult me sequi deneget semetipsū: & tollat crucē suam & sequat̄ me · Qui enī voluerit aiam suam saluam facē perdet eam: qui aūt perdiderit animam suam pp̄t me & euāgeliū saluā faciet eam · Quid enī proderit homini si lucret̄ mundum totuz: & detrimentū anime sue faciat ? Aut quid homo cōmutationis dabit pro ania sua · Qui enī me cōfessus fuerit & v̄ba mea ī generatōe ista adultera & peccatrice · & fili? hoīs cōfitebit̄ eū cū venerit in gl̄ia p̄tis sui cū āgelis suis Ca · IX

Et dicebat illis · Amen dico vobis · q̄ sunt quidā de h̄ stātibo qui nō gustabūt mortē: donec videant regnū dei venies in virtute · Et p? dies sex assumpsit ihesus petrū & iacobū & iohannē: & duxit illos in montē excelsū solos: & transfiguratus est corā ipsis · Et vestimenta ei? facta

sunt splendentia et candida nimis velut nix et q̃lia fullo non potest sup terrã cãdida facẽ Et apparuit illis helias cũ moyse: & erãt loquentes cũ ihesu·Et rñdens petr? ait ihesu· Rabbi bonum est nos hic eẽ:faciamus hic tria tabernacula:tibi vnũ. & moysi vnũ· & helie vnuz· Non em̃ sciebat q̃d diceret. Erãt em̃ timore exterriti·Et facta ẽ nubes obumbrans eos: & venit vox de nube dicens·Hic est filiꝰ meus carissimus: audite illum. Et statim circumspicientes:neminem amplius viderunt nisi ihesum tantũ secũ·Et descendẽtibo illis de monte precepit illis ne cuiq̃ que vidissent narrarent:nisi cum filiꝰ hominis a mortuis resurrexerit·Et verbũ continuert apud se: conquirẽtes quid eẽt cũ a mortuis resurrexerit. Et interrogabãt eum dicẽtes· Quid ergo dicũt pharisei & scribe q̃ heliam oportet venire primũ: Qui respondẽs ait illis Helias cũ venerit primo restituet omnia: & quõ scriptum est in filium hominis: vt multa paciaꝫ & contemnaꝫ· Sed dico vobis:q̃ et helias venit: & fecerũt illi quecunq; voluerũt sicut scriptũ est de eo·Et veniens ad discipulos suos vidit turbaz magnã circa eos: & scribas cõquirentes cũ illis· Et cõfestim omis popul? vidẽs ihesũ stupefact? ẽ & expauert:& accurrẽtes salutabãt eũ· Et interrogauit eos·Quid inꝫ vos cõquiritis? Et respondẽs vn? de turba dixit Magister attuli filium meũ ad te habentem spirituz mutum: qui vbicunq; eum apprehẽderit allidit illum & spumat & stridet dentibo & arescit. Et dixi discipulis tuis vt eicerẽt illũ & ñ potuerũt Qui rñdens eis dixit·O generatõ incredula: q̃diu apud vos ero ? Quamdiu vos paciar? Afferte illũ ad me. Et attulerũt eum. Et cũ vidisset eũ statim spũs conturbauit illuz: & elisus in terrã volutabaꝫ spumans·Et interrogauit patrẽ ei?· Quantũ tpis est ex quo ei hoc accidit? At ille ait · Ab infantia · Et frequenꝫ eũ in ignem & in aquã misit: vt eũ perderet·Sed & si quid potes· adiuua nos: miserꝰ nostri· Ihesus aũt ait illi·Si potes credere oĩa possibilia sũt credẽti ? Et cõtinuo exclamans paꝫ pueri cum lacrimis aiebat· Credo dñe:adiuua incredulitatẽ meam· Et cũ vidisset ihesus cõcurrentẽ turbã:cõminat? est spiritui immundo dicens illi· Surde et mute spũs·ego p̃cipio tibi exi ab eo: & amplius ne introeas in eũ· Et exclamãs & multũ discerpẽs eũ exiit ab eo:& factꝰ est sicut mortuꝰ:ita vt multi dicerẽt q̃ mortuus est Ihesus autẽ tenens manũ eiꝰ eleuauit eum: & surrexit Et cũ introisset ĩ domũ:discipuli eiꝰ secreto interrogabant eum Quare nos nõ potuim? eicere eum? Et dixit illis·Hoc genus in nullo potest exire: nisi in oratõne et ieiunio· Et inde profecti p̃tergrediebanꝫ galileam:nec volebat quẽq̃ scire· Docebat aũt discipulos suos:& dicebat illis quoniam filiꝰ hominis tradetꝫ in manꝰ hominum·& occident eum·& occisus tercia die resurget. At illi ignorabant verbum:& timebãt interrogare eum· Et venerunt capharnaũ·Qui cum domi eẽnt interrogabat eos·Quid in via tractabatis? At illi tacebãt·Disputauerãt enim ad inuicem in via inter se disputauerãt:quis eorũ maior eẽt. Et residens vocauit duodecim:& ait illis·Si quis vult primꝰ eẽ:erit oĩm nouissimꝰ & omnium minister. Et accipiens puerũ statuit eum in medio eoz: quẽ cum cõplexus eẽt ait illis· Quisquis vnũ ex huiusmodi pueris recepit in nomĩe meo me recipit:& q̃cunq; me susceperit nõ me solũ suscipit:sed eum qui misit me. Rñdit illi iohannes dicens · Magister vidim? quendã in nomine tuo eicientem demonia qui non sequiꝫ nos:& prohibuimus eũ. Ihs aũt ait·Nolite prohibere eũ. Nemo est emim qui faciat virtutẽ in nomine meo: & possit cito male loqui de me. Qui em̃ non est aduersũ vos pro vob̃ est. Quisquis em̃ potuz dederit vob̃ calicẽ aque frigide in nomĩe meo q̃ cristi estis:amẽ dico vob̃ non perdet mercedẽ suã. Et quisquis scandalizauerit vnum ex hĩs pusillis credẽtibo in me:bonum est ei magis si circundareꝫ mola asinaria in collo ei? & in mare mittẽtur. Et si scãdalizauerit te manꝰ tua:abscide illã· Bonũ est tibi debilem introire in vitam· q̃ duas manꝰ hãtem ire in gehennã in ignem inextinguibilẽ: vbi vermis eorũ nõ moriꝫ:& ignis nõ extinguitur·Et si pes tuꝰ te scãdalizat:amputa illũ· Bonum est tibi claudum introire in vitam eternam·q̃ duos pedes habentẽ mitti in gehennam ignis inextinguibilis : vbi vermis

eoꝝm non moꝛiꝫ: & ignis non extinguꝫ.
Quod si oculus tuus scandalizat te: eice eum
Bonū est tibi luscū introire in regnū dei. q̄
duos oculos hñtem mitti in gehennā ignis.
vbi vermis eoꝝ non moꝛiꝫ: & ignis nō ex
tinguꝫ. Omnis enī igne salietꝫ: & oīs victīa
sale salietꝫ. Bonū est sal. Quod si sal insulsū
fuerit: in q̄ illū condietis? Habete in vob sal
& pacē habete inꝫ vos Capi. X

Et inde exsurgēs venit in fines iudee
vltra iordanen: & ꝺuenīūt iterū tur
be ad eū: & sicut ꝺhueūeat iterū doce
bat illos. Et accedētes pharisei interrogabāt
eum. si licet viro vxoꝛē dimittē: tēptantes eū
At ille rñdens dixit eis. Quid vob pꝛecepit
moyses? Qui dixerunt. Moyses pmisit libel
lum repudij scribere & dimittē. Quibꝰ respō
dens ihesus. ait. Ad duriciam coꝛdis vestri:
scripsit vob pꝛeceptum istud. Ab initio aūt
creature masculuꝫ & feminā fecit eos de? &
dixit. Pꝛopt̄ hoc relinq̄t hō pꝛem suū. & ma
trem: & adherebit vxoꝛi sue: & erūt duo in
carne vna. Itaq; iam non sunt duo: ſ vna
caro. Quod ergo de? coniunxit homo non se
paret. Et in domo iterum discipuli eius de
eodē interrogauerunt eum. Et ait illis. Qui
cunq; dimiserit vxoꝛē suam. & aliā duxerit
adulteriū cōmittit sup eā. Et si vxoꝛ dimise
rit virū suū: & alij nupserit. mechat̄ Et of
ferebāt illi paruulos: vt tāgeret illos. disci
puli aūt cōminabant̄ offerētibꝰ. Quos cum
videret ihs: indigne tulit. Et ait illis. Sinī
te paruulos venīre ad me: & ne pꝛohibueritis
eos. Talium enī est regnū dei. Amē dico vob
quisquis non receperit regnū dei velut par
vulus nō intrabit in illud. Et cōplexans eos
& imponēs manꝰ super illos: bñdicebat eos
Et cum egressus eēt in via: pcurrēs quidaꝫ
genuflexo ante eum. rogabat eū dicēs. Ma
gister bone: quid faciā vt vitā eternā pcipi
am. Ihesus autē dixit ei. Quid me dicis bo
num? Nemo bonꝰ: nisi solus de?. Pꝛecepta
nosti: ne adulteres. ne occidas. ne furer̄s. ne
falsū testimonium dixeris. ne fraudē feceris
honora patrē tuum & matrē. At ille rñdens
ait illi. Magr̄. hec oīa obseruaui a iuuētute
mea. Ihs aūt intuitꝰ eū. dilexit eū: & dixit
ei. Vnū tibi deest. Vade: q̄cunq; habes vēde
et da paupibꝰ: & habebis thesaurum in celo
et veni sequē me. Qui contristatus in verbo:
abijt meres. Erat enī habens multas possessi
ones. Et circumspiciēs ihs: ait discipulis
suis. Quā difficile qui pecunias habent in re
gnum dei introibunt. Discipuli aūt obstupe
scebant in verbis eius. At ihesus rursus rñ
dens. ait illis. Filioli: q̄ difficile est confiden
tes in pecunijs in regnum dei introire. Faci
liꝰ est camelum p foramē acus trāsire: q̄ di
uitem intrare in regnum dei. Qui magis am
mirabant̄. dicētes ad semetipsos. Et q̄s po
test saluꝰ fieri? Et intuēs ihesus illos. ait il
lis. Apud homines impossibile est. sed non
apud deum. Omnia enim possibilia sunt apud
deū. Et pꝛepit ei petrꝰ dicē. Ecce nos dimi
simꝰ omnia: & secuti sumꝰ te. Rñdens ihs.
ait. Amē dico vob: nemo ē qui reliquerit do
muꝫ. aut fratres. aut sorores. aut pꝛem. aut
mrem. aut filios. aut agros ꝓpt̄ me: & ꝓpter
euangeliū qui nō acciꝑiet cēcies tm̄ nunc in
tempore hoc. domos. & fratres. & sorores. et
matres. & filios. & agros cū pꝛsecutōibꝰ: et
in seculo futuro vitā eternā. Multi aūt erūt
pꝛimi nouissimi: & nouissimi pꝛimi. Erāt aūt
in via ascēdentes ihersolimā: & p̄cedebat il
los ihs. Et stupebant: & sequētes timebant
Et assumēs iteruꝫ duodecim: cepit illis dicē
que eēnt ei ventura. Quia ecce ascēdimus ihe
rosolimam: & filius hominis tradetur pꝛinci
pibꝰ sacerdotum. & scribis. & seniorib⁹. &
condemnabunt eum morte. Et tradent euꝫ gē
tibꝰ. & illudent ei. & conspuēt eum. & flagel
labūt eum. & interficiēt eum. & tercia die re
surget. Et accedūt ad eū iacobꝰ & iohannes
filij zebedei. dicētes. Magister: volumus vt
quodcūq; pecierimꝰ facias nobꝰ. At ille dix
it eis. Quid vultis vt faciam vob. Et dixerūt
Da nobꝰ: vt vnꝰ ad dextrā tuam. & alius ad
sinistrā tuam sedeamꝰ in gloria tua. Ihesus
autē ait eis. Nescitis quid petatis. Potestis
bibere calicē quē ego bibiturꝰ sū: aut baptis
mo q̄ ego baptizoꝛ baptizari? At illi dixerūt
ei. Possumꝰ. Ihesus aūt ait eis. Calicē q̄dē
quē ego bibo bibetis. & baptismo q̄ ego bap
tizoꝛ baptizabimini. sedē aūt ad dexterā meā
vel ad sinistrā nō est meū dare vobꝰ: sed qui
bus paratuꝫ est. Et audiētes dece indignati

sunt de iacobo & iohanne · Jhus aũt vocans eos · ait illis · Scitis q̃ hĩ qui videnť p̃nci-pari gẽtibꝫ dñanť eis: & p̃ncipes eor̃ ptãtez hñt ip̃or̃: Non ita ẽ aũt in vob· sed q̃cunq; voluerit fieri maior erit vr̃ minister· & qui-cũq; voluerit in vob p̃mus ee: erit oĩm seruus Nam & filius hoĩs nõ veĩt vt ministrareť ei· sed vt ministraret: & daret aĩam suã redẽp tionẽ p̃o multis. Et veniũt iherichꝫ Et p̃-ficiscẽte eo de iericho· & discipuli ei⁹ & plu rima multitudie: filius thimei barthimeus ce cus. sedebat iuxta viam mendicans · Qui cũ audisset q̃ ihesus nazarenus ẽ: cepit clamare et dicẽ· Jhesu fili dauid miserere mei · Et cõ minabanť illi multi vt taceret · At ille mul tomagis clamabat: fili dauid miserere mei · Et stãs ihesus p̃cepit illũ vocari · Et vocãt cecũ: dicentes ei · Animequior esto · Surge: vocat te · Qui p̃iecto vestimẽto suo: exiliens venit ad eum · Et rñdens ihs dixit illi · Quid tibi vis faciam: Cec⁹ aũt dixit ei · Rabboni vt videã · Jhs aũt ait illi · Vade · Fides tua te saluum fecit · Et confestim vidit & seque batur eum in via

Capitulũ· XI

Et cum appropĩquaret iherosolime & bethanie ad montem olivarũ mit tit duos ex discipulis suis · & ait il lis · Jte ĩ castellũ qđ cõtra vos est: & statim introeũtes illuc · inueietis pullũ ligatũ · sup quẽ nemo adhuc hoĩm sedit · Solvite illũ: & adducite · Et si quis vobis dixerit quid fa citis: dicite q̃ dño necessarius est: & cõtinuo illũ dimittet huc · Et abeũtes inuenerũt pul lum ligatũ · ante ianuã foris in bivio: & sol uunt eũ · Et quidã de illic stantibꝫ dicebat il lis · Quid facitis soluẽtes pullũ : Qui dixerũt eis sicut p̃cepit illis ihesus: & dimisĕt eis Et adduxerũt pullum ad ihesum: & imposu erũt illi vestimẽta sua & sedit sup eũ · Multi aũt vestimẽta sua strauerũt in via · Alĩ aũt frondes cedebãt de arboribꝫ: & sternebãt in via · Et q̃ p̃cedebant · & q̃ sequebãť clamabãt dicẽtes · Osanna bñdictus qui venit in nomi ne domini: bñdictum quod venit regnuz pa tris nostri dauid: osanna in excelsis · Et in-troiuit iherosolimã in tẽplũ: & circũspectis oñibꝫ cũ iam vespera eẽt hora: exiit in betha niam cũ duodecim · Et alia die cũ exirent a bethania esurijt · Cunq; vidisset a longe ficũ hñtem folia: venit si quid forte inueniret in ea · Et cũ venisset ad eam: nichil inuenit p̃ter folia · Non enim erat tempus ficor̃ · Et respõ dens dixit ei · Jam nõ ampli⁹ in eternum ex te quisq; fructũ manducet · Et audiebant di-scipuli ei⁹: et veniunt iherosolimam · Et cuz introisset in templũ cepit eicere vendentes et ementes in templo: & mẽsas nummulariorũ & kathedras vendentium columbas euertit Et ñ sinebat vt quisq; trãsferret vas p tem plum: & docebat eos dicẽs · Nonne scriptum est: q̃ domus mea domus oratõis vocabiť cunctis gẽtibꝫ: Vos autẽ fecisti is eã spelun-cam latronum · Quo audito: p̃nceps sacer dotũ & scribe querebãt quomõ eũ perderent. Timebant eñ eum: qñ vniuersa turba ãmi rabať sup doctrina eius Et cũ vespera facta eẽt: egrediebatur de ciuitate · Et cum mane trãsirent: viderĕt ficũ aridam factã a radicibꝫ Et recordatus petrus dixit ei · Rabbi: Ecce ficus cui maledixisti aruit · Et respondens ihesus ait illis · Habetis fidem dei · Amen di co vob̃: q̃ quicunq; dixerit huic mõti tollere & mittere in mare · & nõ hesitauerit in corde suo · sed crediderit quia quodcunq; dixerit fi et ei Propterea dico vob̃: oñia quecũq; orã-tes petitis credite : q̃ accipietis: & euenient vobis Et cum stabitis ad orandũ · dimittite si quid habetis aduersus aliquem: vt & pat̃ vester qui in celis est dimittat vob̃ peccata vr̃a · Quod si vos nõ dimiseritis: nec pat̃ ve-ster qui in celis est dimittet vob̃ peccata ve stra · Et veniunt rursus iherosolimã · Et cũ ambularet in templo accedunt ad eũ summi sacerdotes · & scribe & seniores: & dicũt ei · In qua p̃tate hec facis: & q̃s tibi dedit hãc potestatẽ vt ista facias : Jhesus aũt rñdens ait illis · Interrogabo vos & ego vnũ vbuz et rñdete michi : & dicam vob̃ in qua p̃tate hec faciã · Baptismus iohannis de celo erat: an ex hominibꝫ : Respondete michi · At illi cogitabant secũ dicẽtes · Si dixerim⁹ de ce-lo: dicet nob̃ · Quare ergo non credidistis ei: Si dixerim⁹ ex hominibꝫ: timemus popu-lum · Omnes enim habebant iohannem quia vere propheta esset · Et respondentes dicunt Jesu · Nescimus · Et respondens Jhesus

ait illis · Neq; ego dico vobis · in qua potesta
te hec faciam

Capitulum · XII.

Et cepit illis in parabolis loq; Vine
am plantauit ho: & circundedit se-
pe & fodit lacu. & edificauit turri ·
& locauit ea agricolis: & pegre pfect? e. Et
misit ad agricolas in tpre seruu: vt ab agricolis
accipet de fructu vinee · Qui apprehensu eum
ceciderut: & dimiserut vacuu · Et iteru misit
ad illos aliu seruu: & illu i capite vulneraue
rut: & obprobriis affecerut · Et rursu aliu mi
sit · & illu occiderut: & plures alios qsda ce
dentes · alios vero occidentes · Adhuc g; vnu ha
bes filiu carissimu · & illu misit ad eos nouis
simu dices: q; forte verebunt filiu meu · Co-
loni aut dixerut adinuice · hic est heres · Ve
nite occidam? eu · & nra erit hedita. Et ap
prehendentes eu occiderut: & eiecerut extra vi
nea · Quid g; faciet dns vinee? Veniet & pdet
colonos: & dabit vinea alis · Nec scpturam
hac legistis · lapide que reprobauerut edifica
tes · hic factus est in caput anguli: a domino
factum est istud & est mirabile in oculis no
stris? Et querebant eum tene: & timuerunt
turbam · Cognouerunt enim quoniaz ad eos
parabolam hanc dixerat · Et relicto eo abie
runt · Et mittut ad eum qsda ex phariseis ·
& herodianis: vt eu caperet in verbo · Qui ve
nientes dicunt ei · Magister: scimus q; verax
es & non curas quenq; · Nec em vides in fa-
ciem hominis · sed in veritate viaz dei doces
Licet dari tributum cesari: an non dabimus
Qui sciens versuciam illoru · ait illis · Quid
me temptatis? Afferte michi denariu · vt
videa · At illi attulerunt ei · Et ait illis · Cu
ius e imago hec & inscptio? Dicunt ei Cesa
ris · Respondens at ihesus · dixit illis · Reddite
igit que sut cesaris cesari: & que sut dei deo ·
Et mirabant? omes sup eo · Et venerunt ad
eum sadducei qui dicunt resurrectione n ee ·
& interrogabat eum dicentes · Magister: mo-
yses nob scpsit: vt si cui? frat? mortu? fuerit
& dimiserit vxorem · & filios no reliquerit
accipiat frat? eius vxorem ipsius · & resusci
tet semen fratri suo · Septe ergo fratres erat
& prim? accepit vxorem & mortuus est no
relicto semine · & secdus accepit eam: & mor
tuus est: & nec iste reliquit semen · & terci?
similiter · Et acceperunt eam similiter septe ·
et non reliquerunt semen · Nouissima ommu
defuncta e mulier · In resurrectione ergo cu
resurrexerint: cui? de hys erit vxor · Septe
enim habuerunt eam vxorez · Et respodens
ihesus · ait illis · Nonne ideo erratis: non scie-
tes scripturas · neq; virtutem dei? Cum enim
a mortuis resurrexerit · neq; nube neq; nube
tur · sed sut sicut angeli dei in celis · De mor
tuis autem quod resurgat: no legistis in li-
bro moysi sup rubum quo dixerit illi de? · in
quiens · Ego sum de? abraha & de? ysaac et
de? iacob · Non est de? mortuorum · sed viuo
rum · Vos ergo multum erratis · Et accessit
vnus de scribis: qui audierat illos coquiren
tes: & videns quoniam bene illis respoderit
interrogauit eum: qd esset primu ommu man
datu · Ihesus aut rndit ei: q; primu ommum
madatuz est · Audi israhel dns deus tuus de
us vnus est: & diliges dnm deu tuu ex toto
corde tuo · & ex tota anima tua · & ex tota me
te tua · & ex tota virtute tua · Hoc est primu
mandatu · Secdm aut simile est illi · Diliges
proximu tuuz tanq; teipsu · Mai? horu aliud
mandatum non est · Et ait illi scriba · Bene
magr in veritate dixisti · q; vn? est deus · &
non est ali? pret eum · Et vt diligat? ex toto
corde · & ex toto intellectu · & ex tota anima ·
& ex tota fortitudine: & diligere proximu tanq;
seipsum · mai? est omibo olocaustomatibo ·
& sacrificiis · Ihesus aut videns q; sapienter
rndisset · dixit illi · Non longe es a regno dei
Et nemo iam audebat eum interrogare · Et
rndens ihesus dicebat docens in templo · Quo
dicunt scribe xpm filiu ee dauid? Ipse enim
dauid dicit in spu sancto · Dixit dns domino
meo sede a dextris meis: donec ponam inimi
cos tuos · scabellum pedu tuoy · Ipe ergo da
uid dicit eu domnu: & vnde est filius ei?: Et
multa turba eu libent? audiebat · Et dicebat
eis in doctrina sua · Cauete a scrib: qui volut
in stolis ambulare · & salutari in foro · & in
primis cathedris sedere in sinagogis: & pri
mos recubit? in cenis · Qui deuorant domos
viduarum sub obtetu prolixe oratois: hoc ac
cipiet prolixius iudicium · Et sedens ihesus
contra gazophilatiu aspiciebat: quo turba ia-
ctaret es in gazophilatium: & multi diuites

iactabant multa·Cū vemiſſz aūt vidua vna paup:miſit duo mīuta qđ eſt q̄drans·Et cō uocans diſcipulos ſuos ait illis·Amen dico vob:qm̄ vidua hec paup plꝰ omībo miſit·q̄ miſerūt in gazophilaciū·Omēs enī ex eo q̄ abūdabat illis miſert:hec vo de penuria ſua omīa que habuit miſit totum victū ſuum

Et cū egrederet de templo:ait illi vn? ex diſcipulis ſuis Mgr:aſpice q̄les lapides·& quales ſtructure·Et rn̄dens ihesus:ait illi·Vides has omēs magnas edificatōnes? Non relinquet lapis sup lapidē qui nō deſtruatur. Et cum ſederet in monte olivarū contra templū interrogabant eū ſepatim petrus & iacobo et iohannes & andreas·Dic nobis quādo iſta fient:& quod ſignū erit quando hec omīa incipiēt conſūmari. Et rn̄dens ihesus cepit dicere illis·Videte ne quis vos ſeducat·Multi enim venīēt in nomine meo dicentes quia ego ſum:& multos ſeducēt. Cum audieritis aūt bella & opiniones bellorꝝ:ne timueritis Oportet em̄ hec fieri:ſed nondū finis·Exſurget em̄ gens cōtra gentē·& regnū sup regnū·& erūt terremot? p loca & fames. Initiū dolorꝝ hec·Videte aūt vosmetipos. Tradent em̄ vos in concilijs. & in ſinagogis vapulabitis:& ante preſides & reges ſtabitis ꝓpt̄ me in teſtimoniū illis·Et in omēs gentes primū oportet p̄dicari euangelium. Et cū duxerint vos tradētes·nolite precogitare quid loquamini ſed quod datū vob fuerit in illa hora id loquimini·Non enim vos eſtis loquentes·ſed ſpūs ſanct?·Tradet aūt frater frē̄ in mortē·& pat̄ filium:& conſurgent filij in parentes:& morte afficient eos. Et eritis odio omībo ꝓpt̄ nomē meū·Qui autem ſuſtinuerit in finem:hic ſalu? erit·Cum aūt videritis abominatōnem deſolatōnis ſtantē vbi non debet(qui legit intelligat)Tunc q̄ in iudea ſunt fugiant in montes:& qui ſup tectum ne deſcendat in domum·nec introeat vt tollat quid de domo ſua:& qui in agro ēit non reuertat̄ retro tollē veſtimentū ſuum. Ve autē pregnantibo & nutrientibo in illis diebo·Orate vero:vt hieme nō fiant. Erunt em̄ in diebo ill̄ tribulatōes tales q̄les n̄ fuert ab initio creature quā cōdidit de? vſq nunc neq fient. Et niſi breviaſſet dominus dies: nō fuiſſet ſalua omīs caro·Sed ꝓpt̄ electos quos elegit breviauit dies. Et tūc ſi quis vobis dixerit. Ecce hic eſt criſt? ecce illic·ne crediderit̄·Exſurgent enim pſeudo xp̄i & pſeudo ꝓphete:& dabunt ſigna & portenta ad ſeducendos ſi fieri poteſt etiam electos. Vos ergo videte. Ecce predixi vobis omīa. Sed in illis diebo poſt tribulatōnem illā ſol cōtenebrabit̄:& luna nō dabit ſplendorē ſuū Et ſtelle celi erūt decidētes:& virtutes que ſūt in celis mouebunt̄·Et tūc videbunt filiū hominis vementē in nubibo cū virtute mag̃ et gloria·Et tūc mittet angelos ſuos:& cōgregabit electos ſuos a quatuor ventis a ſūmo terre vſq ad ſummum celi·A ficu autez diſcite parabolam·Cum iam ram? ei? tener fuerit & nata fuerint folia:cognoſcitis q̄ in proxio ſit eſtas·Sic & vos cū videritis hec fieri:ſcitote q̄ in ꝓximo ſit in hoſtijs·Amē dico vob quoniā nō trāſibit generatō hec·do nec omnia iſta fiāt·Celū & terra trāſibunt: verba aūt mea nō trāſibunt·De die aūt illo vel hora nemo ſcit·neq angeli in celo·neq filius:niſi pat̄·Videte. vigilate.& orate. Nescitis enim quādo tempus ſit·Sicut homo qui pegre ꝓfect? reliqt domū ſuaz:& dedit ſeruis ſuis poteſtatē cuiuſq operis:& iamz ꝓcepit vt vigilet·Vigilate ergo·Neſcitis em̄ qn̄ dominꝰ dom? veniat:ſero:an media nocte·an gallicātu·an mane:ne cū venerit repēte·inueniat vos dormiētes·Quod aūt vob dico omībo dico:vigilate

Erat aūt paſca & azima poſt biduū: et q̄rebant sūmi ſacerdotes & ſcribe quō eū dolo tenerēt & occiderēt·Dicebāt em̄·Non in die feſto:ne forte tumult? fieret in populo·Et cū eēt bethanie in domo ſimois leproſi & recūberet:veit mulier hn̄s alabaſtrū vngēti nardi ſpicati p̄cioſi:& fracto alabaſtro effudit ſup caput eius·Erant aūt quidam indigne ferentes intra ſemetipſos.& dicentes·Vt quid p̄dicō iſta vngenti facta eſt? Poterat em̄ vngentum iſtud venūdari pluſq̄ trecentis denarijs:& dari pauperibo·Et fremebāt in eam·Jhūs aūt dixit Dimite eam. Quid illi moleſti eſtis? Bonum opus operata eſt in me·Semp em̄ paupes

habetis vobiscum: & cuz volueritis potestis illis bñfacere: me autē non semper habetis. Quod habuit hec fecit: puenit vngē corpus meū in sepulturā. Amen dico vob: vbicūq predicatū fuerit euangeliū istud in vniuerso mūdo: & quod fecit hec narrabit ī mēoriam eius. Et iudas scariothis vn? de duodecī abiit ad summos sacerdotes: vt proderet eum illis. Qui audiētes gauisi sūt: & promiserūt ei pecuniā se daturos. Et querebat quō illū oportune traderet. Et primo die azimoz qñ pascha immolabat: dicunt ei discipuli. Quo vis eam? & parem? tibi vt māduces pascha Et mittit duos ex discipulis suis & dicit eis Ite in ciuitatem: & occurret vob hō lagenā aque baiulans. Sequimini eū: & q̄cunq introierit dicite domino dom?: q magister dicit. Vbi est refectio mea: vbi pascha cū discipulis meis manducem? Et ipe vob demō strabit cenaculum grande stratū: & illic parate nob. Et abierunt discipuli eius & venerunt in ciuitatem: & inuenerūt sicut dixerat illis: & parauerūt pascha. Vespere autē facto: venit cū duodecim. Et discumbētibo eis & manducātibo ait ihesus. Amen dico vob: q vn? ex vobis tradet me qui manducat mecum. At illi ceperunt cōtristari & dicē sigillatim. Nunq̄d ego? Qui ait illis. Vn? ex duodecim qui intingit mecū manū in cathino Et filī? quidē hominis vadit. sicut scptuz est de eo. Ve autē homini illi: per quē filius hominis tradet. Bonum erat ei: si nō eēt natus homo ille. Et manducantibo illis. accepit ihesus panē: & bñdicens fregit. & dedit eis. & ait. Sumite: hoc est corp? meum. Et accepto calice: gratias agēs dedit eis. Et biberunt ex illo omnes. Et ait illis. Hic ē sanguis meus noui testamenti: qui pro multis effundet. Amen dico vobis: q̄ iam non bibam de genimine vitis: vsq in diē illum cuz illud bibam nouū in regno dei. Et ymno dicto: exierunt ī montē oliuaz. Et ait eis ihesus. Omnes scandalizabimini in nocte ista q̄ scriptū est: percutiā pastorē: & dispergent oues gregis Sed postea q̄ surrexero: p̄cedā vos in galileā. Petr? aī ait illi. Et si oēs scandalizati fuerint: sed nō ego. Et ait illi ihesus Amē dico tibi: q tu hodie ī nocte hac priusq̄ gallus bis vocem dederit. ter me es negaturus. At ille amplius loquebat. Et si oportuerit me simul cōmori tibi: non te negabo. Similit autem & omnes dicebant. Et veniunt in predium cui nomē gethsemani: & ait discipulis suis. Sedete hic donec orem. Et assumit petrū & iacobū & iohannē secum: & cepit pauere & tedere. Et ait illis. Tristis est anima mea vsq ad mortē. Sustinete hic & vigilate. Et cū p̄cessisset paululū. p̄cidit sup terrā: & orabat vt si fieri posset transiret ab eo hora: & dixit. Abba p̄r: omnia tibi possibilia sūt: trāsfer calicē hunc a me. Sed nō qd ego volo: sed qd tu. Et venit: & inuenit eos dormiētes. Et ait petro. Simon dormis Non potuisti vna hora vigilare mecū? Vigilate & orate: vt nō intretis in temptationem. Spūs quidē p̄mpt? est: caro vero infirma Et iterū abiēs orauit: eundē p̄monē dicēs Et reuersus denuo: inuenit eos dormiētes. Erāt em̄ oculi eoz ḡuati: & ignorabāt q̄d rnderent ei. Et venit tertō: & ait illis. Dormite iam: et requiescite. Sufficit. Venit hora: ecce filī? hominis tradet in manus peccatorum. Surgite eamus. Ecce qui me tradet p̄pe est. Et adhuc eo loquente. venit iudas scarioth vn? de duodecim: & cum eo turba multa. cuz gladiis & lignis a summis sacerdotibo et scribis & senioribo. Dederat autem traditor eis signum dicens. Quemcunq osculatus fuero ipse est tenete eum: & ducite caute. Et cum venisset: statim accedens ad eum ait. Rabbi. Et osculat? est eum. At illi manus iniecerūt in ihesū: & tenuerūt eum. Videns autem qui dā de circūstātibo educēs gladiū percussit seruū sūmi sacerdotis: & āputauit illi auriculā Et rndens ihesus ait illis. Tanq̄ ad latronē existis cū gladiis & lignis comphendere me. Quotidie eram apud vos ī templo docēs & non me tenuistis. Sed vt impleant scripture. Tunc discipuli eius relinquentes eū omnes fugerunt. Adolescens aūt quidaz sequebat eū amictus sindone super nudo: & tenuerūt eum. At ille reiecta sindone nud? p̄fugit ab eis. Et adduxerūt ihesū ad summuz sacerdotē. & cōuenerūt in vnū omēs sacerdotes. & scribe. & seniores. Petr? aī a lōge secut? ē eū vsq intro in atriū sūmi sacerdotis:

et sedebat cum ministris ad ignem: & calefaciebat se. Summi vero sacerdotes & oñe cõcilium querebãt aduersus ihesũ testimoniuz: vt eũ morti traderẽt: nec inueniebãt. Multi enim testimoniuz falsũ dicebant aduersus eum: & conuenientia testimonia nõ erãt. Et quidam surgentes: falsũ testimonium ferebãt aduersus eum dicentes. Quoniã nos audiuim9 euz dicentem. Ego dissoluam templum hoc manufactũ: & post triduũ aliud nõ manufactũ edificabo. Et nõ erat cõueniens testimoniuz illoz. Et exurgens summus sacerdos in medium: interrogauit ihesum dicens. Non respõdes quicq̃ ad ea q̃ tibi obiciunt ab hijs: ille aũt tacebat: & nichil rñdit. Rursuz summus sacerdos interrogauit eum: & dixit ei. Tu es xp̃c filiꝰ dei benedicti? Ihesus autez dixit illi. Ego sum. Et videbitis filiũ hoiis sedentẽ a dextris virtutis dei: & venientẽ cũ nubibo celi. Summus autem sacerdos scindens vestimenta sua ait. Quid adhuc desideramus testes? Audistis blasphemiam. Quid vobis videtur? Qui omnes condempnauerũt eum eẽ reum mortis. Et ceperunt quidam conspuere eum & velare faciem eius: & colaphis eum cedere & dicere ei: prophetiza. Et ministri alapis eũ cedebant. Et cũ eẽt petrꝰ in atrio deorsũ. venit vna ex ancillis sũmi sacerdotis: & cũ vidisset petrũ calefacientẽ se: aspiciẽs illũ ait. Et tu cũ ihu nazareno eras. At ille negauit dicẽs. Neq̃ scio: neq̃ noui q̃d dicas. Et exiit foras añ atriũ: & gallꝰ cãtauit. Rursus aũt cũ vidisset illũ ancilla cepit dicẽ circũstantibo: q̃z hic ex illis est. At ille iterũ negauit. Et pꝰ pusillũ rursus qui astabant dicebãt petro. Vere ex illis es: nam et galileꝰ es. Ille autem cepit anathematizare & iurare: q̃z nescio hominẽ istum quẽ dicitis. Et statim gallus iterum cantauit. Et recordat9 est petrꝰ vbi quod dixerat ihus p̃usq̃ gallus cantet bis. ter me negabis. Et cepit flere.

Capitulum. XV.

Et confestim mane consilium faciẽtes summi sacerdotes cum senioribo et scribis & vniuerso concilio vincientes ihesum duxerũt: & tradiderũt pilato. Et interrogauit eum pilatus. Tu es rex iudeoz̃um? At ille rñdens ait illi. Tu dicis. Et accusabãt eũ summi sacerdotes in multis. Pilatꝰ aũt rursum interrogauit eum dicẽs. Non respondes quicq̃? Vides in quantis te accusant. Ihesus aũt amplius nichil rñdit ita vt miraret̃ pilatꝰ. Per diem aũt festuz solebat dimittere illis vnũ ex vinctis quem cunq̃ petissent. Erat aũt qui dicebat̃ barrabas: qui cũ seditiosis erat vinctꝰ qui in seditione fecerat homicidiũ. Et cũ ascendisset turba: cepit rogare sicut semper faciebat illis. Pilatꝰ autem respondit eis & dixit. Vultis dimittam vobis regem iudeoz̃um? Sciebat eñ q̃ per inuidiã tradidissent eum summi sacerdotes. Pontifices aũt cõcitauerũt turbã vt magis barrabam dimitteret eis. Pilatꝰ aũt iterum rñdens ait illis. Quid ergo vultis faciam regi iudeoz̃um? At illi iterum clamauerũt. Crucifige eum. Pilatus vero dicebat illis. Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant. Crucifige eum. Pilatus autem volens populo satisfacere: dimisit illis barrabam: et tradidit ihesum flagellis cesum vt crucifigeret̃. Milites aũt duxerunt eum in atrium pretorij & conuocãt totã cohortẽ: & induũt eũ purpura. & imponũt ei plectentes spineã coronam: & ceperunt salutare eum. Aue rex iudeoz̃. Et percutiebant caput eiꝰ arundine et conspuebant eum: & ponentes genua adorabant eum. Et postq̃ illuserunt ei exuerũt illũ purpura: & induerunt eũ vestibo suis: & educũt illũ vt crucifigerẽt eum. Et angariauerunt p̃tereuntem quempiã simonẽ cyreneũ venientẽ de villa: p̃em alexandri & rufi: vt tolleret crucem eiꝰ. Et perducũt illum in golgatha locũ: q̃d est interp̃tatum calua rie locꝰ. Et dabant ei bibere mirratũ vinũ: et nõ accepit. Et crucifigẽtes eũ diuiserunt vestimenta eius: mittentes sortem super eis quis quid tolleret. Erat autẽ hora tercia: & crucifixerunt eum. Et erat titulꝰ cause eius inscriptus: rex iudeoz̃ũ. Et cũ eo crucifigũt duos latrones: vnuz a dextris & vnũ a sinistris eius. Et impleta est scp̃tura que dicit. Et cũ iniquis reputat9 ẽ. Et p̃tereuntes blasphemabant eũ: mouẽtes capita sua & dicentes. Vah qui destruis templũ dei: & in tribo diebo reedificas. Saluũ fac temetipsũ descẽdes de cruce. Similiter & summi sacerdotes

illudentes ad alterutrū cū scribis dicebant · Alios saluos fecit: seipm nō pt saluū facē · Christ? rex israhel · descendat nūc de cruce: vt videam? & credam? · Et q̄ cū eo crucifixi erāt cōuitiabāt ei · Et facta hora sexta: tenebre facte sūt p totā terrā vsq; in horā nonā · Et hora nona exclamauit ihs voce magna dicēs · heloy · heloy lamasabattani · quod ē interptatū · deus meus · deus meus: vt quid dereliquisti me? Et quidā de circumstantibo audientes dicebant · Ecce heliā vocat · Currens autē vn? & implens spongiā aceto · circumponensq; calamo · potū dabat ei dicens · Sinite: videam? si veniat helias ad deponēdū eū · Ihesus aūt emissa voce magna expirauit & velū templi scissum ē in duo: a summo vsq; deorsū · Vidēs aūt centurio q̄ ex aduerso stabat · q̄ sic clamās expirasset: ait · Vere homo hic filius dei erat · Erant aūt & mulieres delonge aspicientes: inter quas erat maria magdalene · & maria iacobi minoris · & ioseph mater · & salome: & cū esset i galilea sequebantur eum & ministrabant ei: & alie multe que simul cum eo ascēderāt iherosolimā · Et cū iam sero esset factum · q̄ erat parasceue quod est ante sabbatū venit ioseph ab aramathia nobilis decurio: q̄ & ipse erat expectans regnū dei · Et audacter introiuit ad pilatū & petijt corp? ihesu · Pilat? autē mirabatur si iam obisset · Et accersito centurione: interrogauit eum si iam mortuus esset Et cū cognouisset a centurione: donauit corpus ioseph · Joseph autem mercatus sindonem & deponens eum inuolui sindone: & posuit eum i monumento quod erat excisum in petra: & aduolui lapidē ad hostium monumenti · Maria aūt magdalene & maria ioseph aspiciebāt vbi ponerēt ·

Ca · XVI.

Et cum transisset sabbatum: maria magdalene & maria iacobi & salome emerunt aromata: vt venientes vngerēt ihesum · Et valde mane vna sabbatorum veniunt ad monumentum: orto iam sole · Et dicebāt adinuicem · Quis reuoluet nobis lapidem ab hostio monumenti? Et respiciētes viderūt reuolutū lapidē · Erat quippe magnus valde · Et introeuntes in monumentū viderūt iuuenem sedentem in dextris coopertū stola candida & obstupuerūt · Qui dicit illis · Nolite expauescere · Ihesū q̄ritis nazarenum · crucifixū: surrexit · nō ē hic Ecce locus · vbi posuerunt eum · Sed ite dicite discipulis eius & petro: q̄ p̄cedet vos in galileā · Ibi eum videbitis: sicut dixit vobis · At ille exeuntes fugerūt de monumēto · Inuaserat enim eas tremor & pauor: & nemini quicq̄ dixerunt · Timebāt em̄ · Surgens aūt ihesus mane prima sabbati apparuit primo marie magdalene: de qua ieciera t septem de monia · Illa videns nunciauit hīs · qui cum eo fuerāt lugentibo & flentibo: & illi audientes q̄ veniret & visus eēt ab ea: non credidērūt · Post hec aūt duobo ex hīs ābulantibo ostensus ē i alia effigie eūtibo in villā · & illi eūtes nūciauerūt ceteris: nec illis crediderūt · Nouissime aūt recūbentibo illis vndecim apparuit: & exprobrauit incredulitatē eor̄ & duritiam cordis: q̄ hīs q̄ viderūt eū resurrexisse nō crediderunt · Et dixit eis · Euntes in mundū vniuersum: p̄dicate euangelium omni creature · Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit · qui vero non crediderit condemnabitur · Signa aūt eos qui crediderint hec seq̄nt̄ · In noīe meo demonia icient: linguis loquent̄ nouis: serpentes tollent · Et si mortiferum quid biberint: nō eos nocebit: Super egros manus imponēt: & bene habebūt · Et dn̄s quidē ihesus post q̄ locut? ē eis assumptus est in celum: & sedet a dextris dei · Illi aūt p̄fecti predicauerūt vbiq; dn̄o cooperāte & p̄mouē cōfirmāte seq̄ntibo signis ·

Expl̄ · euāgeliū p̄m Marcū Incip̄ · p̄fa cō beati ieronimi p̄sbiteri i euāgeliū secūdum

Lucas syrus natione anthiocen̄ · arte medic? · discipul? apostolor̄ · p̄ea paulū secut? vsq; ad cōfessioēz eius seruiēs dn̄o sine crimine · nam neq; vxorē vnq̄ hn̄s: neq; filios: septuagīta & q̄tuor ānor̄ obijt i bithinia · plen? spiritu scō · Qui cum iā scp̄ta eēnt euāgelia · p matheū quidem in iudea: per marcū aūt in italia: sancto instigante spiritu in achaie partibus hoc scripsit euangeliū: significans etiam ipse in p̄ncipio ante suū alia esse descripta · Cui extra ea que

ordo euangelice dispositōis exposcit. ea maxime necessitas laboris fuit: vt ꝑmuz grecis fidelibus omni prophetatōne venturi in carnem dei cristi maīfestata humanitate ne iudaicis fabulis attenti. in solo legis desiderio tenerentur: vel ne hereticis fabulis & stultis sollicitationibus seducti excíderent a veritate elaborarent: debinc. vt in principio euāgelij. iohannis natiuitate p̄sumpta. cui euāgelium scriberet & in quo electus scriberet indicaret: contestans in se completa esse: que eēnt ab alijs inchoata. Cui ideo post baptismum filij dei a perfectione generationis in cristo implete. repetende a principio natiuitatis humane potestas ꝑmissa est: vt requirentibus demonstraret in quo apprehēdens erat per nathan filium dauid introitu recurrentis in deum generationis admisso: indesperabilis dei vt predicans in hominibo cristum suum. perfecti opus hominis redire in se per filium faceret: qui per dauid patrem veniētibo iter p̄bebat in cristo. Cui luce non immerito etiam scribendoz actuū apostoloz potestas in ministerio datur: vt deo in deum pleno & filio perditionis extincto. oratione ab apostolis facta. sorte dominice electionis numerus compleretur: sicq paulus consummationez apostolicis actibo daret. quem diu contra stimulū recalcitrantem dñs elegisset. Quod & legentibo ac requirentibo deū. & si p singula expediri a nob vtile fuerat: sciēs tñ q̄ operantem agricolā oporteat ꝑmū de suis fructibo edere. vitauimus publicam curiositatem: ne nō tam volentibo deū demonstrare videremur. q̄ fastidientibus prodidisse.

Explicit prefacio. Incipit ꝓhemiū ipsi? beati luce in euangelium suum.

Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationes que in nobis complete sunt rerum. sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi viderunt. & ministri fuerunt sermonis: visum est & michi assecuto omnia a principio diligenter ex ordine tibi scribere optime theophile: vt cognoscas eoz verborum de quibus eruditus es veritatem.

Incipit euangelium scām lucam.

mentū suū duxit in stabulū: & curaz eius egit. Et altera die ptulit duos denarios: & dedit stabulario & ait. Curam illius habe: & quodcumq; superogaueris. ego cum rediero reddaz tibi. Quis horū trium videtur tibi pximꝰ fuisse illi. qui incidit ī latrones? At ille dixit. Qui fecit misericordiam in illū. Et ait illi ihesus. Vade: & tu fac similiter. Factū ē aūt dū irent. & ipe intrauit in quoddā castellum: & mulier quedā martha noie excepit illū in domū suaz: & huic erat soror noie maria. Que etiā sedēs secus pedes dñi audiebat verbum illius. Martha autem satagebat circa frequens ministeriū. Que stetit & ait. Dñe: non est tibi cure q̄ soror mea reliquit me solā ministrare? Dic g̃ illi vt me adiuuet Et respōdēs dixit illi dñs. Martha martha sollicita es: & turbaris erga plurima. Porro vnū ē necessariū. Maria optimā partē elegit: q̄ nō auferet ab ea. Capi. XI.

Et factū ē cū esset ī quodā loco orās: vt cessauit dixit vn? ex discipulis eius ad eū. Dñe doce nos orare: sicut docuit iohannes discipulos suos. Et ait illis Cum oratis dicite. Pater sanctificetur nomē tuum. aduemat regnum tuum: panem nostrum quotidianū da nobis hodie: & dimitte nobis peccata nostra. siquidem & nos ipsi dimittimus omni debenti nobis: & ne nos īducas in temptationē. Et ait ad illos. Quis vestrum habebit amicum & ibit ad illū media nocte & dicet illi amice commoda michi tres panes. quoniam amicus meus venit de via ad me. & nō habeo q̄d ponam ante illū: & ille deintus respondens dicat. noli michi molestus esse: iā hostiū clausum est. & pueri mei mecum sunt in cubili. nō possum surgere & dare tibi? Et ille si perseuerauerit pulsāns dico vobis. & si non dabit illi surgens. eo q̄ amicus eius sit: ꝓpter improbitatē tamē eiꝰ surget. & dabit illi quotq̄t habet necessarios. Et dico ego vobis. Petite & dabit vob. q̄rite & inuenietis: pulsate & aperiet vobis. Omnis enim qui petit accipit: & qui querit inuenit: & pulsanti aperiet. Quis autem ex vobis pīem petit panē: nūq̄d lapidem dabit illi? Aut piscē: nūq̄d ꝓ piscē serpentē dabit illi? Aut si petierit ouū: nūquid porriget illi scorpionem? Si ergo vos cum sitis mali nostis bona data dare filiis vestris: quanto magis pater vester celestis de celo dabit spiritū bonū petentibus se. Et erat eiciēs demoniū & illud erat mutū: & cū eiecisset demoniū locutꝰ ē mutus: & admirate sūt turbe. Quidā aūt ex eis dixerūt. In beelzebub pncipe demoniorū eicit demonia. Et alii tēptātes: signū de celo q̄rebant ab eo. Ipe aūt vt vidit cogitatōnes eorū dixit eis. Omne regnū in seipm diuisū desolabitur: & domꝰ sup domū cadet. Si aūt & sathanas ī seipm diuisus ē. quō stabit regnū eiꝰ: q̄ dicitis ī beelzebub me eicere demonia? Si autez in beelzebub eicio demonia: filii vestri in quo eiciūt? Ideo ipsi iudices vestri erūt. Porro si ī digito dei eicio demonia ꝓfecto puenit in vos regnū dei. Cū fortis armatus custodit atriū suū. in pace sūt oia q̄ possidet. Si autez fortior eo supueniens vicerit eū: vniuersa arma eiꝰ auferet in q̄bꝰ confidebat: & spolia eiꝰ distribuet. Qui non ē mecū cōtra me ē: & q̄ non colligit mecū dispergit. Cum immūdus spūs exierit ab homine ambulat per loca inaquosa. querēs requiē: & nō inueniens dicit. Reuertar in domū meaz vnde exiui. Et cū venerit inuenit eā scopis mūdatā & ornatā. Tunc vadit & assumit septem alios spūs secū nequiores se: & ingressi habitāt ibi. Et fiūt nouissima hoīs illiꝰ peiora priorib⁹. Factū ē aūt cū hec diceret: extollēs vocē quedā mulier de turba dixit illi. Beat? venter qui te portauit: & vbera que suxisti. At ille dixit. Quinimmo beati qui audiunt verbū dei: & custodiunt illud. Turbis aūt cōcurrentibus cepit dicere. Generatio hec generatio nequā est: signū querit & signū non dabitur ei nisi signū ione ꝓphe. Nā sicut fuit ionas signū niniuitis: ita erit filiꝰ hoīs generationi isti. Regina austri surget in iudicio cū viris generatōnis hui? & cōdēnabit illos. q̄ venit a finibus terre audire sapiaz salomōis Et ecce plusq̄ salomon hic. Viri niniuite surgēt in iudicio cū generatione hac & cōdēnabunt illam: q̄ penitentiā egerunt ad p̄dicationē ione. Et ecce plusq̄ iona hic. Nemo lucernā accendit & in abscondito ponit neq̄ sub modio sed supra candelabrū: vt q̄ ingrediuntur lumē videant. Lucerna corporis tui

ē oculus tuus · ☞i oculus tu⁹ fuerit simplex totum corpus tuū lucidū erit: si autem neq̄ fuerit: etiam corpus tuum tenebrosum erit. Vide ḡ ne lumē quod in te est tenebre sint. ☞i ergo corpus tuū totum lucidū fuerit: nō habens aliquam partem tenebraꝝ: erit lucidum totū. Et sicut lucerna fulgoris illuminabit te. Et cū loqueret: rogauit illū quidā phariseus vt prandēret apud se. Ihesus aūt ingressus recubuit. ☞hariseus autem cepit intra se reputans dicere: quare nō baptizat⁹ eēt ante prandium. Et ait dñs ad illū. Nūc vos phariseī quod deforis est calicis. & catini mundatis: quod aūt intus ē vīm. plenū est rapina & iniquitate. ☞tulti: nonne qui fecit quod deforis est. etiā id quod deintus ē fecit? Veruntamez quod supest date elemosinam: & ecce omnia munda sunt vobis. ☞z ve vobis phariseis qui decimatis mentam & rutā & oīe olus: & p̄teritis iudiciū & caritatem dei. hec aūt oportuit facere: & illa non omittere. Ve vobis phariseis: quia diligitis primas cathedras in synagogis. & salutationes ī foro. Ve vobis q̄ estis vt monumēta q̄ nō appārēt. & homines ambulātes sup̄ nesciunt. Respōdens aūt quidā ex legisperitis ait illi. Magister: hec dicēs etiā cōtumeliam nobis facis. At ille ait. Et vobis legisperitis ve: q̄ oneratis homines oneribꝰ q̄ portare nō p̄nt: & ipsi vno digito vestro non tangitis sarcinas Ve vobis qui edificatis monumēta ꝓphaꝝ: patres aūt vestri occiderūt illos. profecto testificamini q̄ cōsentitis operibus p̄m vīoꝝ: quoniamquidē ipsi eos occiderūt vos aī edificatis eoꝝ sepulchra. ☞ropterea & sapīa dei dixit. Mittā ad illos ꝓphas & apostolos & ex illis occident & pseqūntur: vt inquirat sanguis oīm ꝓphaꝝ. q̄ effusus est a cōstitutione mūdi a generatione ista a sanguine abel vsq̄ ad sanguinem zacharie. qui perijt inter altaē & edem. Ita dico vob: requiretur ab hac generatione. Ve vob legisperitis q̄ tulistis clauez scīe: ipsi nō introistis. & eos q̄ introibant phibuistis. Cū aūt hec ad illos diceret: ceperunt phariseī & legisperiti grauit̄ instere: & os eius opprimere ☞ multis insidiātes ei: & q̄rentes aliquid capere ex ore eius. vt accusarēt eū.

Cap̄. XII.

Multis aūt turbis cōcurrētibꝰ ita vt se inuicē cōculcarēt: cepit dicere ad discipulos suos. Attendite a fermēto phariseoꝝ quod est ypocrisis. Nichil em̄ opertū est q̄ non reuelet̄ur: neq̄ absc̄ōditum quod non sciatur. Quoniam que in tenebris dixistis. in lumine dicentur: & quod in aure locuti estis in cubiculis: p̄dicabit̄ in tectis. Dico autez vobis amicis meis ne terreamini ab hijs qui occidūt corp⁹: & post hec nō hūt amplius quid faciant. Ostendam aūt vobis quem timeatis. Timete eum: qui postq̄ occiderit. habet potestatem mittere ī iehennā. Ita dico vobis: hunc timete. Nonne quinq̄ passeres veneunt dipondio: & vnus ex illis nō est in obliuione coram deo? Sed & capilli capitis vestri omnes numerati sūt. Nolite ḡ timē: multis passeribꝰ pluris estis vos. Dico aūt vobis: oīis quicūq̄ confessus fuerit me coraz hominibꝰ: & filius hominis cōfitebitur illū corā angelis dei. Qui autez negauerit me corā hominibꝰ: denegabit̄ coraz angelis dei. Et omnis qui dicit verbum in filiū hominis remittetur ei: ei aūt qui in spiritū sanctū blasphemauerit non remittet̄. Cū aūt inducēt vos in synagogas. & ad magistratus & potestates: nolite solliciti esse. qualit̄ aut quid respōdeatis aut quid dicatis. Spūs em̄ sanct⁹ docebit vos ī ipsa hora: que oporteat vos dicere. Ait aūt ei quidā de turba. Magister dic fratri meo vt diuidat mecū hereditatez. At ille dixit ei. Homo: quis me constituit iudicem aut diuisorem supra vos? Dixitq̄ ad illos. Videte & cauete ab omni auaricia: q̄ nō in abundātia cuiusq̄ vita eius ē ex hijs q̄ possidet. Dixit autem similitudinē ad illos dicens. Hominis quidā diuitis vberes fructus ager attulit: & cogitabat intra se dicēs quid faciā: q̄ non habeo quo cōgregem fructus meos? Et dixit. Hoc faciā. Destruam horrea mea: & maiora faciam: & illuc cōgregabo omnia que nata sūt michi & bona mea & dicā anime mee. Anima. habes multa bona posita ī annos plurimos: requiesce. comede. bibe. epulare. Dixit autem illi deus. Stulte hac nocte animā tuā repetunt a te. que autē parasti cui⁹ erunt? Sic ē q̄ sibi thesaurizat: & nō est in deū dines. Dixitq̄ ad discipulos

suos. Ideo dico vobis. Nolite solliciti eē aīe vestre quid manducetis: neq; corpori quid i duamini. Anima plus est q̄ esca: & corpus plusq̄ vestimentum. Considerate coruos: q̄ non seminant neq; metunt quibo non est cellarium neq; horreum: & deus pascit illos. Quantomagis vos pluris estis illis. Quis aūt vestrum cogitando potest adicere ad staturā suam cubitum vnum? Si ergo neq; qđ minimum ē potestis: quid đ ceteris solliciti estis? Considerate lilia quomodo crescūt. Nō laborāt neq; nent. Dico autem vobis: nec salomō in omni gloria sua vestiebatur sicut vnū ex istis. Si autem fenū quod hodie ē in agro. & cras in clibanum mittitur deus sic vestit: quantomagis vos pusille fidei? Et vos nolite querere quid manducetis. aut quid bibatis: & nolite in sublime tolli. Hec em̄ omnia gentes mundi querunt. Pater autem vester scit q̄m hīs indigetis. Verūtamē querite p̄mū regnū dei & iusticiā eius: & hec oīa adicient vobis. Nolite timere pusill? grex: q̄ cōplacuit p̄ri vr̄o dare vobis regnū. Vendite que possidetis: & date elemosinā. Facite vob̄ sacculos q̄ nō veterascūt: thesaurū nō deficientē in celis. quo fur nō approp̄iat. neq; tinea corrumpit. Vbi em̄ thesaurus vester est. ibi & cor vr̄m erit. Sint lūbi vr̄i p̄cincti & lucerne ardētes ī maībo vr̄is: & vos similes hoībo expectantibo dn̄m suū quādo reuertat a nuptiīs: vt cum venerit & pulsauerit cōfestim aperiant ei. Beati serui illi: quos cū venerit dn̄s inuenerit vigilantes. Amē dico vobis: q̄ p̄cinget se & faciet illos discūbere: & trāsiens ministrabit illis. Et si venerit in scđa vigilia: & si in tercia vigilia venerit & ita inuenerit: beati sunt serui illi. Hoc aūt scitote: q̄m si sciret paterfamilias qua hora fur veniret: vigilaret vtiq; & nō sineret p̄fodi domū suam. Et vos estote parati: q̄ qua hora non putatis filius hominis veniet. Ait autem ei petrus. Dne: ad nos dicis hanc parabolam an & ad omnes? Dixit autē dn̄s. quis putas est fidelis dispensator & prudens: quē cōstituit dn̄s sup̄ familiā suā vt det illis ī tempore tritici mensurā? Beatus ille ſu?: quē cū venerit dn̄s inuenerit ita facientem. Vere dico vobis: q̄m supra omnia que possidet cōstituet illum. Quod si dixerit seruus ille in corde suo moraz facit dominus meus venire: & ceperit p̄cutere pueros & ancillas & edere. & bibere & inebriari: veniet dn̄s serui illius in die qua non sperat & hora qua nescit & diuidet eum: partemq; eius cū infidelibo ponet. Ille autez seruus qui cognouit voluntatem domini sui. & nō se p̄parauit. & nō fecit p̄m volūtatez ei? vapulabit multis: qui aūt nō cognouerit & fecit digna plagis vapulabit paucis. Omni aūt cui multū datū est. multū queret ab eo: & cui cōmēdauerūt multū: plus petēt ab eo. Ignez veni mittere in terrā: & q̄d volo nisi vt accendatur? Baptismo aūt habeo baptizari: & quō coartor vsq; dū p̄ficiat? Putatis q̄ pacē veni mittere in terrā? Non. dico vobis: sed separationē. Erūt em̄ ex hoc q̄nq; in domo vna diuisi: tres ī duos & duo ī tres diuidētur: pater in filiū. & filius in p̄rez suū: mater in filiā. & filia in matrē: socrus ī nurū suā. & nurus in socrum suā. Dicebat aūt ad turbas. Cum videritis nubem orientem ab occasu. statim dicitis nimbo venit & ita fit: & cum austrum flātem. dicitis q̄ estus erit & fit. ypocrite faciē celi & terre nostis p̄bare hoc aūt tps quō nō p̄batis? Quid aūt & a vobis ipsis nō iudicatis qđ iustū ē? Cū aūt vadis cum aduersario tuo ad p̄nci pē in via. da operā liberari ab illo: ne forte trahat te ad iudicē. & iudex tradat te exactori. & exactor mittat te in carcerem. Dico tibi: non exies inde donec etiam nouissimū minutū reddas.

Erat aūt q̄dā ipo in tpe nūciātes illi đ galileis: quor sanḡnē pilat? miscuit cū sacrificiis eorū. Et rn̄dens dixit illis. Putatis q̄ hi galilei p̄ omnibo galileis pctōres fuerint q̄ talia passi sūt? Nō. dico vobis: s̄ nisi pemtentiā habueritis oēs similit̄ peribitis sic illi decem & octo sup̄ q̄s cecidit turris in syloa & occidit eos. Putatis q̄ & ipsi debitores fuerint p̄ter omnes hoīes habitantes ī iheruſalē? Nō dico vobis: sed si nō penitentiam habueritis omnes similiter peribitis. Dicebat aūt & similitudinem. Arborem fici habebat quidam plantatā in vinea sua: & venit querēs fructū in illa. & nō inuenit. Dixit autē ad cultorez vinee. Ecce anni tres sūt exquo venio q̄rēs

Ca. XIII.

fructū in ficulnea hac: & non inuenio. Succide ḡ illā. Vt quid etiā terram occupat? At ille rñdens dixit illi. Dñe: dimitte illam & hoc anno vsq; dū fodiā circa illā & mittā ster cora. Et siquidē fecerit fructū: sinaūt ī futurū succides eā. Erat aūt docens in synagoga eoꝝ sabbatis. Et ecce mulier q̄ habebat spm̄ infirmitatis annis decez & octo: & erat inclinata: nec ommno poterat sursum respicere. Quam cum videret ihesus vocauit eaz ad se: & ait illi. Mulier: dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus: & cōfestim erecta est: & glorificabat deū. Respondens aūt archisynagogus. indignans q̄ sabbato curasset ibus: dicebat turbe. sex dies sunt in q̄bo oportet operari. In hiis ḡ venite & curammi & nō in die sabbati. Rñdens aūt ad illū dñs dixit. ypocrite vnusquisq; vestrum sabbato nō solvit bouem suum aut asinum a p̄sepio & ducit adaquare? Hanc autem filiam abrahe quam alligauit sathanas ecce decem & octo annis: non oportuit solui a vinculo isto die sabbati? Et cum hec diceret erubescebāt oñes aduersarij eius: & omnis popul? gaudebat ī vniuersis que gloriose fiebant ab eo. Dicebat ergo. Cui simile est regnum dei: & cui similе estimabo illud? Simile est grano sinapis. quod acceptū homo misit in ortum suū & crevit: & factum est in arborē magnā & volucres celi requieuerūt ī ramis eius. Et iterum dixit. Cui simile estimabo regnū dei? Simile est fermento quod acceptum mulier abscondit ī farine sata tria: donec fermentaretur totuz: Et ibat per ciuitates & castella docēs: & iter faciēs in iherusalē. Ait aūt illi quidā. Dñe: si pauci sūt q̄ saluant? Ipse aūt dixit ad illos. Contendite intrare p angustā portam: q̄ multi dico vobis querūt intrare. & nō poterūt. Cū aūt intrauerit p̄familias & clauserit hostiū & icipietis foris stare. & pulsare hostium dicentes dñe aperi nobis: & respōdēs dicet vobis. Nescio vos vnde sitis. Tūc incipietis dicere. Manducauimus corā te & bibimus: & in plateis nr̄is docuisti. Et dicet vobis. Nescio vos vnde sitis. Discedite a me omnes operarij iniquitatis. Ibi erit fletus & stridor dentiū: cum videritis abraham & ysaac & iacob & omnes ꝓphetas in regno dei: vos autem expelli foras. Et venient ab oriente & occidente & aquilone & austro: & accumbēt in regno dei. Et ecce sūt nouissimi qui erūt p̄mi: & sūt primi qui erūt nouissimi In ipsa die accesserunt quidā phariseoꝝ dicētes illi. Exi & vade hinc: q̄ herodes vult te occidere. Et ait illis. Ite & dicite vulpi illi. Ecce eicio demonia & sanitates p̄ficio hodie & cras: & tercia die cōsumor. Verūtamē oportet me hodie & cras & seq̄nti die ambulare: q̄ nō capit ꝓpha perire extra iherusalē. Iherusalē iherusalē q̄ occidis ꝓphas & lapidas eos qui mittūtur ad te. Quociēs volui cōgregaē filios tuos quēadmodū auis nidū suū sub pennis: & nolūisti. Ecce relinquetur vobis dom? vr̄a deserta. Dico aūt vob: q̄ nō videbitis me donec veniat cū dicetis. bñdict? qui venit in noīe domini. Cap̄. XIIII.

Et factū ē cū introisset ihs in domum cuiusdā p̄ncipis phariseoꝝ sabbato māducare panē: & ipsi obseruabāt eū Et ecce quidaz ydropicus erat ante illū. Et rñdens ihus: dixit ad legisperitos & phariseos dicens. Si licet sabbato curare? At illi tacuerūt Ipse vero apprehensum sanauit eū: ac dimisit. Et respondēs ad illos dixit. Cui? vestrū asinus aut bos in puteū cadet: & non otinuo extrahet illū die sabbati? Et nō poterant ad hec rñdere illi. Dicebat aūt & ad invitatos parabolā. intendēs quō p̄mos accubitus eligerent: dicens ad illos. Cū invitat? fueris ad nuptias. nō discumbas ī p̄mo loco. ne forte honoratior te sit invitatus ab illo: et veniens is qui te & illum vocauit. dicat tibi da huic locuz: & tunc incipias cū rubore novissimum locum tenere. Sed cū vocatus fueris vade recūbe in nouissimo loco: vt cū venerit q̄ te invitauit dicat tibi. Amice ascende supius. Tūc erit tibi gloria corā simul discūbentibus: q̄ oīs qui se exaltat hūiliabit: & q̄ se hūiliat exaltabit. Dicebat autē & ei qui se invitauerat. Cū facis prandiū aut cenaz. noli vocare amicos tuos. neq; frēs tuos neq; cognatos. neq; vicinos. neq; divites: ne forte & ipsi te reinvitent: & fiat tibi retributio. Sed cū facis cōuiuiū voca pauperes debiles claudos & cecos & bēus eris: q̄ nō hnt retribuere tibi. Retribuet aūt tibi in resurrectōe

ministoꝝ. Hec cum audisset quidam de simul discumbentibo dixit illi. Beatus qui manducabit panē in regno dei. At ipse dixit ei. Hō quidam fecit cenā magnam: & vocauit multos. Et misit seruū suū hora cene dicere inuitatis vt venirēt: qꝛ iam parata sūt oīa. Et ceperūt simul omnes excusare. Primꝰ dixit ei. Villam emi: & necē habeo exire & videre illam. Rogo te: habe me excusatuꝫ. Et alter dixit. Juga boum emi quinq; & eo pꝛobare illa. Rogo te habe me excusatum. Et alius dixit. Uxorē duxi: & ideo nō possum venire Et reuersus seruus nunciauit hec dño suo. Tūc irat⁹ paterfamilias dixit ſuo suo. Exi cito in plateas & vicos ciuitatis: & paupes ac debiles & cecos & claudos introduc huc. Et ait ſuꝰ. Dñe: fcm̄ ē vt imperasti. & adhuc locus ē. Et ait dñs ſuo. Exi in vias et sepes & cōpelle intrare: vt impleat⁹ dom⁹ mea. Dico aūt vob: qꝛ nemo virorꝫ illorꝫ q̄ vocati sūt gustabit cenā mea. Ibāt aūt turbe mlte cū eo: & cōuersus dixit ad illos. Si q̄s venit ad me & nō odit pꝛem suū & mrem. & vxorem & filios & frēs & sorores adhuc aūt & aīam suā: nō pt̄ me⁹ esse discipul⁹. Et q̄ non baiulat crucē suā & venit post me: nō pt̄ me⁹ ee discipul⁹. Quis em̄ ex vobis volēs turrim edificare nō pꝛius sedens cōputat sumpt⁹ q̄ necessaria sunt. si habeat ad pficiendū: ne postea cꝭ posuerit fundamentum. & nō potuerit pficere. omnes qui vident incipiant illudere ei dicentes. quia hic homo cepit edificare & non potuit cōsūmare? Aut q̄s rex iturus cōmittere bellū aduersus aliū regē: nōne sedēs pꝛius cogitat si possit cum decem milibo occurrere ei q̄ cum viginti milibo venit ad se? Alioquin adhuc illo longe agente: legatōnez mittens rogat ea q̄ pacis sunt. Sic ergo oīs ex vobis qui non renunciat omnibus que possidet: nō potest meus esse discipulus. Bonum est sal. Si autem sal cꝭ euanuerit: in q̄ condietur? Neq; in terra neq; in sterquilinio vtile est: sed foras mittetur. Qui habet aures audiendi audiat.

Capi. XV.

Erant autē appꝛopinq̄ntes ei publicani & peccatoꝛes: vt audirēt illū. Et murmurabant pharisei & scribe dicentes: qꝛ hic pctoꝛes recipit & māducat cū illis. Et ait ad illos parabolā istā dicēs. Quis ex vobis homo q̄ habet centū oues: & si perdiderit vnam ex illis. nonne dimittit nonagintanouem in deserto & vadit ad illam que perierat donec inueniat eam? Et cū inuenerit eam. imponit i humeros suos gaudēs: & veniens domū cōuocat amicos & vicinos dicēs illis. Congratulamini michi: qꝛ inueni cuem meam que perierat. Dico vobis: q̄ ita gaudiū erit in celo sup vno pctōꝛe pemtētiā agente: q̄ supra nonagintanouez iustis qui nō indigent pemitentia. Aut que mulier hns dragmas decem: si pderit dragmam vnaz: nonne accendit lucernam & euertit domū & querit diligēter donec inueniat eā? Et cū inuenerit: cōuocat amicas & vicinas dicens. Congratulamini michi: qꝛ inueni dragmam quā pderā. Ita dico vob: gaudiū erit coraz angelis dei sup vno pctōꝛe pemtētiā agente. Ait aūt. Hō q̄dā habuit duos filios: & dixit adolescentioꝛ ex illis patri. Pater: da michi portionē substantie q̄ me cōtingit. Et diuisit illis substantiā. Et nō post multos dies. cōgregatis oīb⁹ adolescentioꝛ filius pegre profectus ē in regionē lōginquā: & ibi dissipauit substantiā suā viuendo luxuriose. Et post cꝭ oīa cōsūmasset: fcā ē fames valida i regione illa: & ipe cepit egere. Et abiit et adhesit vni ciuiū regionis illius: & misit illū in villam suā vt pasceret porcos. Et cupiebat implere ventrē suū de filiq̄s q̄s porci manducabāt: & nemo illi dabat. In se autez reuersus dixit. Quāti mercēnarij in domo pꝛis mei abūdant panib⁹: ego autez hic fame pereo. Surgā & ibo ad pꝛem meū: & dicaz ei. Pater peccaui in celū & coram te: iam non sū dign⁹ vocari filius tuus: fac me sicut vnū de mercēnarijs tuis. Et surgens venit ad pꝛem suū. Cū aūt adhuc longe eet. vidit illum pater ipius: & misericordia motus est: & accurrēs cecidit super collū eius. & osculatus ē eum. Dixitq; ei filius. Pater peccaui i celū & coram te: iā non sū dignus vocari filius tuus. Dixit aūt pat̄ ad seruos suos. Cito pferte stolā pmā. & induite illū: & date anulū i manu eius: & calciamēta in pedes eius. Et adducite vitulū saginatū & occidite. & manducem⁹ & epulemur: qꝛ hic filius meus mortuus fuerat &

remixit perierat & inuētus est. Et ceperunt oēs epulari. erat aūt filius eius senior i agro. Et cū veniret & approprinquaret domui. audiuit symphoniā & chorū: & vocauit vnum de seruis: & interrogauit q̄ hec essent. Ipse dixit illi. Frater tuus venit: & occidit pater tuus vitulum saginatum: quia saluū illum recepit Indignatus est autem: & nolebat introire. Pater ergo illius egressus cepit rogare illū At ille rndens dixit patri suo. Ecce tot ānis seruio tibi: & nunq̄ mandatū tuū preteriui: et nunq̄ dedisti michi hedū vt cū amicis meis epularer. Sed postq̄ filius tuus hic qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus venit: occidisti illi vitulū saginatū. At ipse dixit illi. Fili tu semp mecū es: & omnia mea tua sūt. Epulari aūt & gaudere oportebat: quia frater tuus hic mortuus erat & revixit: perierat & inuentus est. Cap̄. XVI.

Dicebat autem & ad discipulos suos Hō quidā erat diues q̄ habebat villicū: & hic diffamatus est apud illū: q̄si dissipasset bona ipius. Et vocauit illū: & ait illi. Quid hoc audio de te? Redde rationē villicationis tue. Jam em̄ nō poteris villicare. Ait aūt villicus intra se. Quid faciā: q̄ dns meus aufert a me villicatōnem? Fodere non valeo: mēdicare erubesco. Scio quid faciam vt cum amotus fuero a villicatione: recipiāt me i domos suas. Conuocatis itaq̄ singulis debitoribus dñi sui: dicebat primo. Quantum debes domio meo? At ille dixit. Centū cados olei. Dixit q̄ illi. Accipe cautionem tuam: & sede cito scribe quinq̄ginta. Deinde alio dixit. Tu vero quantum debes? Qui ait. Centū choros tritici. Ait illi. Accipe lras tuas: & scribe octoginta. Et laudauit dns villicum iniquitatis q̄ prudenter fecisset: q̄ filii huius seculi prudentiores filiis lucis in generatōne sua sunt. Et ego vobis dico. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt cum defeceritis recipiant vos in eterna tabernacula Qui fidelis est in minimo & in maiori fidelis est: & qui in modico iniquus est: & i maiori iniquus ē. Si ergo i iniquo mammona fideles non fuistis: quod verum est quis credet vobis? Et si i alieno fideles non fuistis: quod vestrum est quis dabit vobis? Nemo seruus potest duobus dominis seruire. Aut em̄ vnum odiet. aut alterum diliget: aut vni adherebit & alterum contemnet. Non potestis deo seruire & mammone. Audiebant autem omnia hec pharisei q̄ erant auari. & deridebāt illū. Et ait illis. Vos estis qui iustificastis vos corā hoīb: deus aūt nouit corda vestra. Quia quod hoīb altū est: abominatio ē ante deū. Lex & pphete vsq̄ ad iohannē: ex eo regnū dei euangelizatur: & omnis in illud vim facit. Facilius est aūt celū & terram preterire: q̄ de lege vnū apicē cadere. Omnis q̄ dimittit vxorem suam. & alteram ducit mechatur: & q̄ dimissam a viro ducit mechat. Homo q̄dā erat diues q̄ induebatur purpura & bisso: & epulabatur quotidie splendide. Et erat q̄dam mendicus nomine lazarus: q̄ iacebat ad ianuam eius vlceribus plenus. cupiens saturari de micis q̄ cadebāt de mensa diuitis: & nemo illi dabat. Sed & canes veniebant: & lingebant vlcera eius. Factum est autem vt moreretur mendicus: & portaretur ab angelis in sinū abrahe. Mortuus est autem diues. & sepultus est i inferno. Eleuans autez oculos suos cum esset in tormentis: vidit abrahā alōge. & lazarū i sinu eius: & ipse clamans dixit. Pater abraham miserere mei: & mitte lazarū vt intinguat extremū digiti sui i aquā vt refrigeret linguam meā: q̄ crucior in hac flāma. Et dixit illi abrahā. Fili recordare q̄ recepisti bona in vita tua: & lazarus silr mala. Nūc aūt hic cōsolat: tu vero cruciaris. Et in hijs oībus inter nos & vos chaos magnū firmatū ē: vt hij q̄ volūt hinc trāsire ad vos nō possint: neq̄ inde huc transmeare. Et ait. Rogo ergo te pater: vt mittas eum in domū pris mei. Habeo em̄ q̄nq̄ frēs: vt testet illis ne & ipsi veniant in hūc locū tormentorū. Et ait illi abrahā. Habēt moysen & pphas: audiant illos. At ille dixit. Nō pr abrahā: sed si quis ex mortuis ierit ad eos penitentiam agent. Ait autē illi. Si moysen & pphetas non audiunt: neq̄ si quis ex mortuis resurrexerit credent ei. Cap̄. XVII.

Et ad discipulos suos ait. Impossibile vt nō veniāt scādala. Ve aūt illi per quē veniūt. Vtili? ē illi si lapis molaris imponat circa collū eius. & piciat in mare q̄ vt

scandalizet vnū de pusillis istis. Attendite vobis. Si peccauerit in te frater tuus increpa illū: & si pemtentiam egerit dimitte illi Et si septies i die peccauerit in te: & septies in die conuersus fuerit ad te dicens. pemitet me: dimitte illi. Et dixerūt apostoli dño. Adauge nobis fidez. Dixit aūt dñs. Si habueritis fidem sicut granum sinapis: dicetis huic arbori moro eradicare & transplantare in mare & obediet vobis. Quis aūt vestrum habens seruū arantem aut pascentem boues qui regresso de agro dicat illi statim transi recumbe: & nō dicat ei. para cp cenem & p̄cinge te & ministra michi donec manducem & bibā. & post hec tu manducabis et bibes? Nūquid grāz habet seruo illi: qz fecit que ei impauerat? Nō puto. Sic & vos cū feceritis oīa q̄ p̄cepta sūt vobis dicite: Qui inutiles sumus. Quod debuim? facere fecim?. Et factū ē dū iret ihus in iherusalē: transiebat p mediā samariā & galileā. Et cū ingrederet quoddā castellū: occurrērt ei decē viri leprosi. Qui steterūt alonge: & leuauerūt vocē dicētes. Jhesu p̄ceptor: miserere nostri. Quos vt vidit dixit. Ite: ostēdite vos sacerdotibo Et factū ē dū irent mūdati sūt. Vn? aūt ex illis vt vidit qz mundatus ē: regressus ē cū magna voce magnificans deum. Et cecidit in faciem ante pedes eius: gratias agens. Et hic erat samaritan?. Rñdēs aūt ihus dixit. Nonne decez mūdati sūt? Et nouē vbi sunt? Nō est inuētus qui rediret. & daret gloriā deo: nisi hic alienigena. Et ait illi. Surge vade: qz fides tua te saluū fecit. Interrogat? aūt a pharisei quādo venit regnū dei: rñdens eis dixit. Non veniet regnū dei cū observatione: neq dicent ecce hic aut ecce illic Ecce enī regnū dei intra vos est. Et ait ad discipulos suos. Venient dies quando desideretis videre vnū diē filij hominis: & nō videbitis. Et dicent vob. Ecce hic & ecce illic Nolite ire. neq sectamini. Nam sicut fulgur choruscans de sub celo in ea que sub celo sūt fulget ita erit filius hois in die sua. Primū autem oportet illū multa pati: & reprobari a generatōe hac. Et sic factū ē in diebo noe: ita erit & i diebo filij homis. Edebāt & bibebāt. vxores ducebāt. & dabāt ad nuptias. vsq in diem qua intrauit noe in archam. & venit diluuiū & pdidit oīes. Similit sicut factū ē in diebo loth. Edebāt & bibebant & vendebant: plantabāt & edificabāt: qua die aūt exijt loth a sodomis. pluit ignem & sulphur de celo: & oīes perdidit. Secūm hec erit q̄ die filius hominis reuelabitur. In illa hora qui fuerit in tecto & vasa eius in domo ne descendat tollere illa: & q̄ in agro: similit nō redeat retro. Memores estote vxoris loth. Quicūq q̄sierit aīam suaz saluā facere perdet illā. Et quicūq pdiderit illā. viuificabit eā. Dico vobis: in illa nocte erunt duo in lecto vno: vn? assumetur & alter relinq̄tur. Due erūt molentes in vnū: vna assumet & altera relinq̄tur. Duo in agro. vn? assumet: & alt relinquetur. Rñdentes dicūt illi. Vbi dñe. Qui dixit illis. Vbicunq fuerit corpus illuc cōgregabuntur & aquile.

Capi. XVIII.

Dicebat aūt & parabolā ad illos qm oportet semp orare & non deficere. dicēs. Judex quidā erat in quadam ciuitate. q̄ deū nō timebat & hoiem nō reuerebatur. Vidua aūt quedam erat in ciuitate illa: & veniebat ad eū dicens. Vindica me de aduersario meo. Et nolebat p multū temp? Post hec aūt dixit intra se. Et si deum non timeo nec hominez reuereor. tamen qz molesta ē michi hec vidua vindicabo illaz. ne in nouissimo veniens suggillet me. Ait aūt dñs Audite q̄d iudex iniq̄tatis dicit. Deus autē nō faciet vindictā electōz suoz clamantiū ad se die ac nocte & patientiā habebit in illis: Dico vobis. qz cito faciet vindictam illorū. Verūtamē filius hominis veniēs: putas inueniet fidē in terra. Dixit aūt & ad quosdaz q̄ in se cōfidebāt tamq̄ iusti & aspernabant ceteros parabolā istā. Duo hoīes ascēdebāt in templū vt orarēt vnus pharisеus & alter publicanus. Pharisеus stans. hec apud se orabat. Deus gratias ago tibi: qz nō sū sicut ceteri hominū. raptores. iniusti. adulteri: vel ut etiaz hic publicanus. Jeiuno bis in sabbato. decimas do oīm que possideo. Et publican? alōge stans nolebat nec oculos ad celū leuare: sed percutiebat pect? suū dicēs. Deus ꝓpitius esto michi pctori. Amē dico vobis: descendit hic iustificatus in domum suaz ab

illo: q̄ omīs qui se exaltat humiliabitur: et q̄ se humiliat exaltabit̄. Afferebant aūt ad illū & īfantes: vt eos tāgeret. Quod cū vide rēt discipuli īcrepabāt illos. Ihesus aūt uocās illos dixit. Sinite pueros venire ad me: & nolite vetare eos. Talium est em̄ regnum dei. Amen dico vobis: quicūq̄ non acceperit regnum dei sicut puer. non intrabit in illud. Et interrogauit eū q̄dam p̄nceps dicēs. Magister bone: quid faciēs vitā et̄nā possidebo? Dixit aūt ei ihesus. Quid me dicis bonum? Nemo bonus nisi solus deus. Mandata nosti. Non occides: non mechaberis. non furtū facies: non falsum testimonium dices: honora patrem tuū & matrem. Qui ait. Hec oīa custodiui a iuuētute mea. Quo audito ihesus: ait ei. Adhuc vnū tibi deest. Oīa q̄cumq̄ habes vende & da pauperibo: & habebis thesaurum in celo: & veni sequere me. Ille aūt audito cōtristatus est: q̄ diues erat valde. Videns aūt ihesus illum tristē factū dixit. Quā difficile qui pecunias habēt in regnum dei intrabūt. Facilius est enim camelū p foramen acus transire: q̄ diuitem intrare in regnū dei. Et dixerūt qui audiebāt. Et quis p̄t salu? fieri? Ait illis. Que impossibilia sūt apud homines: possibilia sunt apud deum. Ait autem petrus. Ecce nos dimisimus oīa & secuti sumus te. Qui dixit eis. Amen dico vobis: nemo est q̄ reliquit domum aut parentes aut fratres aut vxorē aut filios propter regnū dei & non recipiat multo plura in hoc tempore: & in seculo venturo vitā eternam. Assumpsit aūt ihs duodecim discipulos suos: & ait illis. Ecce ascendim? iherosolimā: & cōsumabūt̄ oīa q̄ scripta sūt p̄ ꝓphas & filio hominis. Tradetur em̄ gētibo & illudet̄ & flagellabitur. et cōspuet̄: et postq̄ flagellauerint occident eum: & die tercia resurget. Et ipi nichil horū intellexerūt. Et erat verbum istud absconditū ab eis: & nō intelligebant que dicebantur. Factū est aūt cū approp̄inq̄ret iherichō: cecus quidā sedebat secus viam mendicans. Et cum audiret turbā p̄tereuntem: interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autem ei: q̄ ihesus nazarenus transiret. Et clamauit dicēs. Ihesu fili dauid: miserē mei. Et qui p̄ibant increpabāt eum vt taceret.

Lucas

Ipse vero multomagis clamabat: fili dauid miserere mei. Stans autez ihesus: iussit illum adduci ad se. Et cum approp̄inquasset interrogauit illū dicēs. Quid tibi vis faciam? At ille dixit. Domine vt videā. Et ihesus dixit ei. Respice. Fides tua te saluū fecit. Et p̄tinus vidit: et sequebat illū magnificās deū. Et oīs plebs vt vidit dedit laudē deo. Ca. XIX.

Et ingressus pambulabat iericho. Et ecce vir noie zachē?: et h̄ p̄nceps erat publicanor̄: & ipe diues. Et q̄rebat videre ihesū quis esset: et nō poterat p̄ turba: q̄ statura pusillus erat. Et p̄currēs ascēdit in arborem ficomor̄ vt videret illū: q̄ inde erat trāsiturus. Et cū venisset ad locū: suspiciens ihesus vidit illū: & dixit ad eum. Zachee festinās descende: q̄ hodie in domo tua oportet me manere. Et festinās descēdit: & excepit illū gaudēs. Et cū viderēt omnes murmurabant dicētes: q̄ ad hoiez peccatorē diuertisset. Stās aūt zacheus dixit ad dn̄m. Ecce dimidiū bonor̄ meor̄ dne do pauperibo & si quid aliquez defraudaui reddo quadruplum. Ait ihesus ad eum. Quia hodie salus domui huic facta ē: eo q̄ & ipe filiꝰ sit abrahe. Venit enim filius hominis querere & saluum facere quod perierat. Hec illis audientibus adiciens dixit parabolam: eo q̄ esset p̄pe iherusalem: & q̄ existimarēt q̄ cōtestim regnū dei manifestaretur. Dixit g̃ homo q̄dam nobilis abiit in regionem longinquā accipere sibi regnū: & reuerti. Vocatis aūt decē seruis. dedit eis decē mnas: & ait ad illos. Negociamini dū venio. Cives aūt eius oderant eum: & miserūt legatōez post illum dicentes. Nolumus hūc regnare sup nos. Et factum est vt rediret accepto regno: & iussit vocari seruos quibo dedit pecunīā: vt sciret quantū quisq̄ negotiatus esset. Venit aūt primus dicēs. Dne: mna tua decē mnas acquisiuit. Et ait illi. Euge bone serue: q̄ in modico fuisti fidelis: eris p̄fatez hns sup decē ciuitates. Et alt̄ venit dicēs. Dne: mna tua fecit q̄nq̄ mnas. Et huic ait. Et tu esto sup q̄nq̄ ciuitates Et alt̄ venit dicēs. Dne ecce mna tua: quā habui repositā in sudario. Timui em̄ te q̄ homo austerus es: tollis quod non posuisti & metis q̄d̄ non seminasti. Dixit ei. De ore

tuo te iudico serue nequam. Sciebas q̄ ego homo austerus sum: tollēs quod nō posui: & metens quod nō seminaui. Et quare non dedisti pecuniam meam ad mensam. & ego veniens cum vsuris vtiq; egissem illud. Et astātibo dixit. Auferte ab illo mnam: & date illi qui decem mnas habet. Et dixerūt ei. Dñe: habet decem mnas. Dico aūt vobis: q̄ omni habenti dabit̄ & abūdabit: ab eo aūt q̄ non habet. & q̄ḋ habet. auferetur ab eo. Verūtamen inimicos meos illos qui noluerunt me regnare sup se adducite huc: & interficite ante me. Et hīs dictis precedebat ascendēs iherosolimā. Et factū est cū appropinquasset ad bethphage & bethaniā. ad mōtē qui vocat̄ oliueti: misit duos discipulos suos dicēs Ite in castellū quod contra vos est. In quod introeuntes inuenietis pullū afine alligatū: cui nemo vnq̄ hominū sedit. Soluite illum: & adducite. Et si quis vos interrogauerit q̄re solvitis: sic dicetis ei. Quia dñs operā ei? desiderat. Abierūt aūt qui missi erant: & inuenerunt sicut dixit illis stantem pullum. Soluentibus autē illis pullum: dixerūt domī eius ad illos. Quid solvitis pullū? At illi dixerūt. Quia dñs eū necessariū habet. Et duxerūt illū ad ihesū. Et iactantes vestimenta sua supra pullū imposuerūt ihesū. Cūte aūt illo substernebāt vestimēta sua in via. Et cū appropinq̄ret iam ad descensū montis oliueti: ceperūt omēs turbe descendentiū gaudentes laudare deū voce magna sup omnibo quas viderāt virtutibo dicētes. Benedictus q̄ venit rex in nomine domini: pax in celo: & gloria in excelsis. Et quidā phariseorū de turbis dixerūt ad illum. Magister increpa discipulos tuos. Quibus ipe ait. Dico vob̄: q̄ si hi tacuerīt lapides clamabūt. Et vt appropinq̄uit: videns ciuitatē flevit sup illam dicens. Quia si cognouisses & tu. Et q̄ḋē i hac die tua q̄ ad pacē tibi: nūc aūt abscōdita sūt ab oculis tuis. Quia venient dies in te. & circūdabūt te inimici tui vallo: & circūdabūt te. & coangustabūt te vndiq̄: & ad terā pternēt te: & filios tuos qui in te sūt. Et nō relinquent in te lapidē sup lapidem: eo q̄ non cognoueris tempus visitatōnis tue. Et ingressus in templū cepit eicere vēdētes & emētes i illo dicēs illis. Scriptū est: quia domus mea domus oratōnis est. Vos aūt fecistis illam speluncam latronū. Et erat docēs quotidie in templo. Principes aūt sacerdotū & scribe & pncipes plebis querebāt illū pdere: & nō inueniebāt quid facerēt illi. Omnis enim populus suspensus erat audiens illum. Ca. XX

Et factū est in vna dierū docente illo populū in templo & euangelizante: cōuenerūt pncipes sacerdotū & scribe cū senoribo: & aiūt dicentes ad illū. Dic nobis in q̄ pōtate hec facis. Aut q̄s ē q̄ dedit tibi hanc potestatē? Respondēs aūt iheſus dixit ad illos. Interrogabo vos & ego vnum verbum. Rndete michi. Baptismū iohānis de celo erat: an ex hominbo? At illi cogitabāt inter se dicentes. Quia si dixerimus de celo dicet. Quare ergo nō credidistis illi. Si aūt dixerimus ex hominibus: plebs vniuersa lapidabit nos. Certi sunt enim iohannē prophetam esse. Et responderunt se nescire vnde esset. Et iheſus ait illis. Neq; ego dico vobis in qua potestate hec facio. Cepit autem dicere ad plebem parabolam hanc. Homo plantauit vineā & locauit eam colonis: & ipse peregre fuit multis tpibo. Et in tpe misit ad cultores seruū: vt de fructu vinee darēt illi. Qui cesū dimiserūt eum inanē. Et addidit alterum seruū mittere. Illi aūt hūc q̄s cedētes. & afficietes otumelia: dimiserūt inanē. Et addidit terciū mittere: q̄ & illum vulnerātes eiecerūt. Dixit aūt dñs vinee. Quid faciā? Mittā filiū meum dilectū: forsitan cū hūc viderint verebūt̄. Quem cum vidissent coloni: cogitauerūt intra se dicentes. Hic est heres. Occidam? illū vt nostra fiat hereditas. Et eiectū illum extra vineā occiderūt. Quid ergo faciet illis dñs vinee? Veniet & pdet colonos istos: & dabit vineam alīs. Quo audito dixerunt illi Absit. Ille autē aspiciens eos ait. Quid est ergo hoc quod scriptū est. lapidē quē reprobauerūt edificātes hic factꝰ est i caput anguli? Omnis qui ceciderit supra illū lapidem cōquassabit̄: sup quē aūt ceciderit. comminuet illū. Et querebāt pncipes sacerdotū & scribe mittere in illū manus illa hora: & timuerunt populū. Cognouerunt enim q̄ ad ipsos dixerit similitudinem hanc. Et obseruantes

miserunt insidiatores qui se iustos simularẽt · vt capent eum in sermone: vt traderẽt illũ pncipatui & ptati pfidis. Et interrogauerũt eũ dicẽtes · Magister scim? qr recte dicis & doces: & nõ accipis psonã hoĩs: s viã dei i veritate doces. Licet nobis tributũ dare cesari an nõ? Cõsideras aũt dolũ illoy dixit ad eos. Quid me tẽptatis? Ostẽdite michi denarium. Cui? habet imaginẽ & inscriptionẽ? Rndentes dixerũt · Cesaris · Et ait illis · Reddite ergo que sunt cesaris cesari: & que sunt dei deo · Et nõ potuerunt verbum eius reprehendere corã plebe: & mirati in rñso eius tacuerũt. Accesserũt aũt quidã saduceoy · qui negãt esse resurrectionem: & interrogauerũt eũ dicentes. Magister · moyses scripsit nob: si frater alicui? mortu? fuerit habẽs vxorẽ · & hic sine liberis fuerit vt accipiat eam frater eius vxorem: & suscitet semẽ fratri suo · Septem ergo fratres erãt: & prim? accepit vxorem & mortuus ẽ sine liberis · Et sequẽs accepit illã: & ipe mortuus est sine filio. Et tertius accepit illam: similiter & omnes septem & non reliquerunt semen: & mortui sũt nouissime omniũ mortua est & mulier · In resurrectiõe cuius eoy erit vxor? Siquidem septem habuerunt eam vxorem · Et ait illis ihesus · Filij huius seculi nubũt · & tradũt ad nuptias: illi vero q̃ digni habebuntur seculo illo · & resurrectione ex mortuis neq; nubent neq; ducẽt vxores: neq; em̃ vltra mori poterunt. Equales em̃ angelis sunt: & filij sunt dei · cũ filij sint resurrectõis. Quia vero resurgant mortui · & moyses oñdit secus rubũ: sicut dicit dñm deũ abrahã & deũ ysaac · & deũ iacob · ipe? aũt non est mortuoy sed viuoy · Omnes em̃ viuunt ei. Respõdẽtes aũt q̃dam scribarum dixerũt ei · Magister bene dixisti · Et amplius nõ audebant eum quicq̃ interrogare · Dixit aũt ad illos · Quõ dicũt cristum filium esse dauid: & ipse dauid dicit in libro psalmorũ · dixit dñs dño meo sede a dextris meis · donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuoy? Dauid ergo dñm illũ vocat: & quõ filius? ei? est: Audiẽte autez oĩ populo dixit discipulis suis · Attẽdite a scribis q̃ volũt ambulare in stolis · & amant salutationes in foro: & primas cathedras in sinagogis: & primos discubitus in cõuiuijs · Qui deuorant domos viduarũ: simulantes lõgam orationẽ. Hij accipiẽt dãnacõem maiorẽ. Ca. XXI

Respiciẽs aũt vidit eos qui mittebãt munera sua in gazophilacium diuites. Vidit aũt & quãdã viduã pauperculã mittẽtem era minuta duo. Et dixit · Vere dico vobis: qr vidua hec paup plus q̃ oẽs misit · Nam omnes hij ex abũdãti sibi miserũt in munera dei: hec aũt ex eo qd deest illi oẽz victũ suũ quẽ habuit misit · Et q̃busdã dicentibus de tẽplo q̃ bonis lapidibo & donis ornatum esset · dixit · Hec que videtis: venient dies in quibo non relinquetur lapis supra lapidẽ qui nõ destruat̃ · Interrogauerũt aũt illũ dicẽtes · Preceptor quãdo hec erũt: & quod signũ cum fieri incipient? Qui dixit · Videte ne seducamini · Multi em̃ venient in nomine meo dicentes qr ego sũ: & tps appropinquabit · Nolite ire post eos · Cũ aũt audieritis prelia & seditões: nolite terreri · Oportet primũ hec fieri: sed nõdum statim finis · Tũc dicebat illis · Surget gẽs cõtra gẽtem & regnũ aduersus regnũ: & terremot? magni erũt p loca & pestilẽtie & fames: terroresq̃ de celo · et sig̃ magna erũt · Sed ante hec omnia imicient vobis man? suas · & psequentur tradẽtes ĩ synagogas et custodias: trahẽtes ad reges & pfides ꝓpt̃ nomẽ meũ: Cõtinget aũt vobis in testimoniũ · Ponite ergo in cordibus vestris non premeditari quemadmodum respondeatis · Ego ei dabo vobis os et sapientiam: cui non poterũt resistere et cõtradicere oẽs aduersarij vestri · Trademi aũt a parẽtibo & frĩbo & cognatis & amicis: & morte afficient ex vobis · Et eritis odio omnibus hominibus ꝓpter nomen meũ · Et capillus de capite vestro non pibit · In pacientia vra possidebitis aias vestras · Cũ aũt videritis circũdari ab exercitu iherusalẽ: tũc scitote qr appropinq̃bit desolatõ eius · Tunc q̃ in idea sunt fugiãt ad montes: & qui in medio eius discedãt · & qui in regionibo non intrẽt in eam: qr dies vlcionis hij sũt vt impleãtur omnia que scripta sũt · Ve aũt pregnãtibus & nutriẽtibo in illis diebo · Erit enĩ pssura magna sup terrã: et ira populo huic · Et cadẽt in ore gladij: & captiui ducent̃ in omnes gẽtes ·

Et iherusalem calcabitur a gentibus: donec impleantur tempora nationū. Et erūt signa in sole & luna & stellis: et ī terris pressura gēcium p cōfusiōe sonit? maris et fluctuū: arescētibo hoībo p timore & expectatōe que supuenient vniuerso orbi. Nam virtutes celorū mouebunt. Et tūc videbunt filiū hoīs venientē ī nube cū potestate magna & maiestate. Hīs aūt fieri incipientibo. respicite & leuate capita vestra: qm̄ appropinquat redēptio vestra. Et dixit illis similitudinem. Videte ficulneam & omēs arbores: cū pducūt iam ex se fructum: scitis qm̄ prope est estas. Ita & vos cū videritis hec fieri: scitote qm̄ ꝑpe ē regnū dei. Amen dico vobis: q nō ꝑteribit generatio hec donec oīa fiant. Celum & terra trāsibūt: verba aūt mea nō trāsibūt. Attendite autez vobis ne forte grauent corda vestra in crapula & ebrietate & curis hui? vite: & superueniat in vos repētina dies illa. Tanq̄ laqueus em̄ superueniet in omnes: qui sedent super faciem oīs terre. Vigilate ergo oī tpe orantes: vt digni habeamini fugere ista omnia que futura sūt: & stare añ filiū hoīs. Erat aūt diebo docens in templo: noctibo vero exiens morabat in mōte q vocatur oliueti. Et oīs populus manicabat ad eum in templo audire eum.

Ca. XXII.

Appropinquabit aūt dies festi azimorum qui dicit pascha. Et querebāt principes sacerdotū et scribe quō eum interficerent: timebant vero plebem. Intrauit aūt sathanas in iudā qui cognominabat scarioth. vnū de duodecim: & abiit & locut? est cum principibo sacerdotum & magistratibo quēadmodum illum traderet eis. Et gauisi sūt: & pacti sūt pecuniā illi dare. Et spopondit. Et q̄rebat oportunitatē: vt traderet illū sine turbis. Venit autem dies azimoz: in qua necesse erat occidi pascha. Et misit petrum & iohannem dicēs. Euntes parate nob pascha: vt manducemus. At illi dixerunt. Vbi vis paremus? Et dixit ad eos. Ecce introeuntibus vobis ī ciuitatem occurret vobis hō amphorā aque portās: sequimini eum in domum ī quam intrat: & dicetis patrifamilias domus. Dicit tibi magister. Vbi est diuersoriuz vbi pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse ostendet vobis cenaculum magnū stratū: & ibi parate. Euntes aūt inuenerunt sicut dixit illis: & parauerūt pascha. Et cū facta eēt hora discubuit: & duodecim apostoli cū eo. Et ait illis. Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum: anteqū paciar. Dico em̄ vobis: quia ex hoc non manducabo illud donec impleatur in regno dei. Et accepto calice gracias egit & dixit. Accipite & diuidite inter vos. Dico em̄ vobis: q̄ non bibā de generatōne vitis donec regnum dei veniat. Et accepto pane gracias egit & fregit: & dedit eis dicēs. Hoc est corpus meū: quod pro vobis tradet. Hoc facite in meā cōmemoratōez. Similiter & calicem postq̄ cenauit dicens. Hic est calix nouum testamentū in sanguine meo: q̄ p vobis fundetur. Verūtamen ecce manus tradentis me mecum est in mēsa. Et quidē filius hominis secm̄ q̄ diffinitū est vadit. Verūtamen ve hoī p quē tradetur. Et ipi ceperūt querē inter se: quis esset ex eis qui hoc facturus essz. Facta est aūt & cōtencio inter eos: quis eorum videretur esse maior. Dixit autē eis. Reges gentiū dominant eoz: et qui potestatē habēt sup eos benefici vocant. Vos aūt nō sic. Sz qui maior est in vobis fiat sicut minor: & q̄ pcessor ē sicut ministrator. Nam quis maior est: Qui recūbit: an qui ministrat? Nōne qui recumbit? Ego aūt in medio vestr̄ sum sicut qui ministrat. Vos aūt estis qui pmānistis mecū in temptatōibus meis. Et ego dispono vobis sicut disposuit michi pat̄ meus regnū: vt edatis & bibatis sup mensam meaz in regno meo: & sedeatis sup thronos duodecim iudicantes duodecim tribo israhel. Ait autē dominus simoni. Simon: ecce sathanas expetiuit vos. vt cribraret sicut triticum. Ego aūt rogaui p te: vt nō deficiat fides tua. Et tu aliquādo cōuersus: cōfirma fratres tuos. Qui dixit ei. Domine: tecum paratus sum & in carcerē & in mortē ire. Et ille dixit. Dico tibi petre: non cantabit hodie gallus. donec ter abneges nosse me. Et dixit eis. Quando misi vos sine sacculo & pera et calciamentis: nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt. Nichil. Dixit ergo eis. Sed nunc qui habet saccum tollat: similiter & perā. Et qui

non habet: vendat tunicam suã & emat gladium. Dico enim vobis: qm̃ adhuc hoc quod scriptũ est oportet impleri in me: & cũ iniquis deputatus ẽ. Etenim ea q̃ sũt de me finem habẽt. At illi dixerũt. Dñe: ecce duo gladij hic. At ille dixit eis. Satis est. Et egressus ibat scd̃m cõsuetudinẽ in montem olivarum. Secuti sũt aũt illũ & discipuli. Et cũ pueĩssz ad locũ dixit illis. Orate: ne ĩtretis intẽptationẽ. Et ipse avulsus est ab eis quantũ iactus est lapidis: & positis genibus orabat dicẽs. Pater: si vis: transfer calicẽ istum a me. Verũtamen nõ mea volũtas: sed tua fiat. Apparuit aũt illi angelus de celo cõfortans eũ. Et factus in agonia plixius orabat. Et factus est sudor eius. sicut gutte sanguinis decurrentis in terrã. Et cũ surrexissẽt ab oratõne & venissz ad discipulos suos: invenit eos dormientes pre tristitia. Et ait illis. Quid dormitis? Surgite & orate: ne intretis ĩ temptationẽ. Adhuc eo loquente: ecce turba. & qui vocabatur iudas vnus de duodecim antecedebat eos: & appropinquavit ihesu. vt oscularetur eũ. Jhesus aũt dixit illi. Juda. osculo filiũ hominis tradis? Videntes autez hi qui circa ipm erant quod futurũ erat: dixerunt ei. Domine si pcutimus in gladio? Et percussit vnus ex illis seruũ principis sacerdotũ & amputavit auriculam eius dexterã. Respondens aũt ihesus ait. Sinite. Vsq̃ huc. Et cũ tetigissẽt auriculam eius. sanavit eum. Dixit autem ihesus ad eos qui venerant ad se principes sacerdotum & magistratus templi & seniores. Quasi ad latronẽ existis cum gladijs & fustibo. Cũ quotidie vobiscũ fuerim in templo: nõ extendistis manus in me. Sed hec est hora vra: & potestas tenebraz. Comprehendentes autem eum. duxerunt ad domũ principis sacerdotũ: petrus vero sequebat alonge. Accenso autem igne in medio atrio. & circũsedẽtibo illis: erat petrus ĩ medio eoz. Quem cum vidisset ancilla quedam sedentẽ ad lumẽ: & eum fuisset intuita dixit Et hic cũ illo erat. At ille negavit eũ dicens Mulier: non novi illũ. Et post pusillũ alius videns eum dixit. Et tu de illis es. Petrus vero ait. O homo nõ sum. Et interuallo facto q̃si horz vnius: alius quidam affirmabat dicẽs. Vere & hic cũ illo erat: nã & galileꝰ est. Et ait petrus. Homo: nescio quid dicis. Et cõtinuo adhuc illo loquẽte cantavit gallus. Et cõversus dñs respexit petrũ. Et recordat? ẽ petrus vbi dominꝰ sicut dixerat: quia prius q̃ gallꝰ cãtet. ter me negab. Et egressus foras petrus flevit amare. Et viri qui tenebant illum: illudebãt ei cedẽtes. Et velaverũt eũ: & percutiebãt faciẽ eiꝰ: & interrogaverũt eum dicẽtes. Prophetiza. Quis est qui te percussit? Et alia multa blasphemantes dicebant in eum. Et vt factus est dies. convenerũt seniores plebis & principes sacerdotũ & scribe: & duxerũt illũ ad cõsiliũ suũ dicentes Si tu es christꝰ? dic nobis. Et ait illis. Si vobis dixero non credetis mihi: si autem & interrogavero nõ respõdebitis mihi: neq̃ dimittetis. Ex hoc aũt erit filiꝰ hominis sedẽs a dextris virtutis dei. Dixerũt aũt omnes. Tu ergo es filius dei? Qui ait. Vos dicitis: q̃ ego sũ. At illi dixerũt. Quid adhuc desideramꝰ testimoniũ? Ipi enim audivimꝰ de ore eiꝰ.

Surgẽs omis multi- Ca. XXIII.
tudo eoz duxerunt illũ ad pilatum
Ceperũt aũt accusare illũ dicentes.
Hũc invenimꝰ subvertẽtem gentez nrãm: & prohibentẽ tributa dari cesari: & dicẽtem se christum regem esse. Pilatus aũt interrogavit eum dicẽs. Tu es rex iudeoz? at ille respõdens ait. Tu dicis. Ait aũt pilatus ad principes sacerdotum & turbas. Nichil invenio cause ĩ hoc hoie. At illi invalescebãt dicẽtes Cõmovit populũ docẽs p vniversam iudeã: incipiens a galilea vsq̃ huc. Pilatus autẽ audiẽs galileam: interrogavit si homo galileus esset. Et vt cognovit q̃ de herodis potestate esset. remisit eũ ad herodem: qui & ipse iherosolimis erat illis diebꝰ. Herodes autem viso ihesu: gavisus est valde. Erat enim cupiens ex multo tpe videre eũ: eo q̃ audiret multa de eo: & sperabat signũ aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat aũt eũ multis sermonibus: at ipse nichil illi respõdebat. Stabant aũt principes sacerdotũ & scribe cõstãter accusantes eũ. Sprevit aũt illũ herodes cũ exercitu suo: & illusit indutũ veste alba: & remisit ad pilatꝰ. Et facti sũt amici herodes & pilatꝰ in ipa die: nam antea inimici erant

admiracz. Pilat? aũt conuocatis principibus sacerdotum & magistratibꝫ & plebe: dixit ad illos. Obtulistis michi hũc hoiez. q̃si auertentem populum: & ecce ego coꝛã vobis interrogans. nullam causam inuenio in hoie isto: ex hiꝭ in quibꝫ eũ accusatis. Sed neq; herodes. Nam remisi vos ad illũ: & ecce michil dignum morte actum est ei. Emendatũ ergo illum dimittã. Necesse aũt habebat dimittere eis per diem festum vnũ. Exclamauit aũ simul vniuersa turba dicẽs. Tolle hũc & dimitte nobis barraban. qui erat ꝓpter seditiõez quandam factam in ciuitate & homicidium missus in carcerem. Iterũ aũt pilatus locutus est ad eos: volens dimittere ihesum. At illi succlamabãt dicentes. Crucifige crucifige eũ. Ille aũt tercio dixit ad illos. Quid enim mali fecit iste? Nullã causã mortis inuenio in eo. Coꝛripiã ergo illum & dimittã. At illi instabãt vocibꝫ magnis postulantes vt crucifigeꝛẽ: & inualescebãt voces eoꝝ. Et pilatus adiudicauit fieri petitiõez eoꝝ. Dimisit aũt illis eũ: qui ꝓpt̃ homicidium & seditiõez missus fuerat ĩ carcerẽ quẽ petebãt: ihesũ vero tradidit voluntati eoꝝ. Et cũ ducerent eũ apprehẽderũt simonẽ quendam cyrenensem venientem de villa: & imposuerũt illi crucem portare post ihesum. Sequebatur aũt illum multa turba populi et mulieꝝ: q̃ plangebant & lamentabãtur eũ. Conuersus aũt ad illas ihesus dixit. Filie iheruſalẽ nolite flere sup me: sed sup vosipsas flete & super filios vestros. Quoniã ecce veniẽt die in quibꝫ dicent. Beate steriles. & ventres qui nõ genuerũt: & vbera que non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibꝫ cadite super nos: & collibꝫ operite nos. Quia si in viridi ligno hec faciunt: in arido quid fiet? Ducebãtur aũt & alij duo nequã cũ eo: vt interficerent̃. Et postq̃ venerũt ĩ locũ q̃ võcat̃ caluarie. ibi crucifixerũt eũ: & latrones: vnũ a dextris & alterũ a finistris. Ihesus aũt dicebat Pater dimitte illis: qꝛ nesciunt quid faciunt Diuidentes vero vestimenta eius miserũt sortes. Et stabat populus expectans: & deridebant eum principes cũ eis dicẽtes. Alios saluos fecit: seipm saluũ faciat. si hic ẽ chriſt? dei electus. Illudebant autem ei & milites accedentes: & acetum offerentes ei dicentes. Si tu es rex iudeoꝝ saluũ te fac. Erat aũt et suꝑscriptio scripta sup eum litteris grecis & latinis & hebraicis: hic ẽ rex iudeoꝝ. Vnus aũt de hiꝭ qui pendebant latrombo blasphemabat eũ dicẽs. Si tu es xp̃s salnũ fac temetipm & nos. Rndens aũt alt̃ increpabat eum dicẽs. Neq; tu times deũ: q̃ in eadẽ dãnatõe es. Et nos quidẽ iuste: nã digna factis recipimus. Hic vero michil mali gessit. Et dicebat ad ihesum. Dñe: memẽto mei cum veneris in regnũ tuũ. Et dixit illi ihesus. Amẽ dico tibi: hodie mecũ eris ĩ paradiso. Erat aũt fere hora sexta: & tenebre facte sũt in vniuersam terram vsq; in horam nonam. Et obscuratus est sol & velum templi scissum est medium. Et clamans voce magna ihesus ait. Pater: in manus tuas cõmendo spiritũ meũ. Et hec dicens expiravit. Videns aũt centurio quod factũ fuerat: glorificauit deũ dicẽs. Vere hic homo iustus erat. Et omnis turba eoꝝ̃ qui simul aderant ad spectaculũ istud. & videbant que fiebãt: pcutiẽtes pectora sua reuertebantur. Stabant aũt omnes noti eiꝰ alonge: & mulieres que secute eum erãt a galilea hec vidẽtes. Et ecce vir nomine ioseph qui erat decurio: vir bonus & iustus: hic nõ cõsenserat cõsilio & actibꝫ eoꝝ ab arimathia ciuitate iudeẽ: q̃ expectabat & ipe regnũ dei hic accessit ad pilatuꝫ et petiꝭt corpꝰ ihesu: & depositũ inuolvit syndone: & posuit eum in monumento exciso: in quo nondũ quisq̃ positus fuerat. Et dies erat parasceues: & sabbatũ illucescebat. Subsecute autẽ mulieres que cũ eo venerãt de galilea viderũt monumẽtum: & quemadmodũ positũ erat corpus eiꝰ: & reuertentes parauerũt aromata & vnguẽta: & sabbato quidem siluerũt scdm mãdatũ.

Una aũt sabbati val Ca. XXIIII. de diluculo venerũt ad monumentũ portãtes q̃ parauerãt aromata: & inuenerũt lapidẽ reuolutũ a monumento: & ingresse nõ inuenerũt corpꝰ dñi ihesu. Et factũ est dũ mẽte cõsternate essent & isto: ecce duo viri steterũt secus illas in veste fulgẽti. Cũ timerẽt autẽ & declinarẽt vultũ in terrã: dixerũt ad illas. Quid queritis viuẽtez cũ mortuis? Nõ ẽ hic: sꝫ surrexit. Recordamĩ q̃liter

locutus est vobis: cum adhuc in galilea esset
dicēs. Quia oportet filium hominis tradi in
manus hoim peccatorum: & crucifigi. & die
tercia resurgē. Et recordate sūt verboꝝ eiꝰ:
& regresse a monumēto nunciauerūt hec oīa
illis vndecim & ceteris ommibo. Erat aūt ma
ria magdalene. & iohāna. & maria iacobi.
& cetere q̄ cū eis erant: que dicebant ad apo
stolos hec. Et visa sūt āte illos sicut deli
mentū vba ista: & non crediderūt illis. Pe
trus aūt surgens cucurrit ad monumētum:
et pcumbens vidit lintheamīa sola posita:
et abiit secum mirās quod factū fuerat. Et
ecce duo ex illis ibant ipsa die in castellum
quod erat in spacio stadiorum sexaginta ab
iherusalem nomine emaus: & ipsi loquebāt
admūicem de hijs ommibo que acciderant. Et
factum est dū fabularētur & secum q̄rerēt:
& ipe ihesus appropinquās ibat cū illis. Ocu
li aūt illoꝝ tenebātur: ne eū agnoscerent. Et
ait ad illos. Qui sūt hij sermones quos cōfer
tis admūicem ambulantes: & estis tristes?
Et respōdēs vnus cui nomē cleophas: dixit
ei. Tu solus peregrin? es in iherusalē & nō
cognouisti que facta sunt in illa hijs diebo?
Quibus ille dixit. Que? Et dixerūt. De ihe
su nazareno qui fuit vir ꝓpheta: potēs in ope
& sermone: corā deo & oīi populo. Et quō
eum tradiderūt summi sacerdotes & p̄nci pes
nostri in damnatōnem mortis: & crucifixerūt
eum. Nos aūt sperabamus quia ipe esset re
dēpturus israhel. Et nūc super hec oīa ter
cia dies est hodie: q̄ hec facta sunt. Sed &
mulieres quedā ex nostris terruerūt nos. q̄
ante lucem fuerunt ad monumentum: & non
inuento corpore eius. venerunt dicentes se eti
am visionem angelorum vidisse: qui dicunt
eum viuere. Et abierūt quidā ex nostris ad
monumentum: & ita inuenerunt sicut mulie
res dixerunt: ipm vero nō inuenerūt. Et ipe
dixit ad eos. O stulti & tardi corde ad credē
dum in ommbo q̄ locuti sūt ꝓphete. Nōne hec
oportuit pati christū & ita intrare in gloriā
suā? Et incipiēs a moyse & oībo ꝓphetis: int
ꝑtabatur illis ī oībo scꝑturis q̄ de ipo erant.
Et appropinquauerūt castello quo ibant: &
ipse se finxit longius ire. Et coegerunt illuz
dicentes. mane nobiscum qm̄ aduesperascit:
& inclinata est iam dies. Et intrauit cuz illis
Et factum ē dū recumberet cum eis accepit
panem: & benedixit ac fregit: & porrigebat
illis. Et apti sunt oculi eoꝝ: & cognouerūt eū:
& ipe euanuit ex oculis eoꝝ. Et dixerūt ad
inuicem. Nōne cor nostrū ardēs erat in nobis
dum loqueret in via: & aperiret nobis scri
pturas? Et surgentes eadem hora regressi sūt
in iherusalem: & inuenerūt congregatos vn
decim. & eos qui cum illis erant dicentes q̄
surrexit dominꝰ vere: & apparuit simoni. Et
ipsi narrabant que gesta erāt in via: & quō
cognouerūt eum in fractione panis. Dū au
tem hec loquerent: stetit ihesus in medio eo
rū & dixit eis. Pax vobis. Ego sum: nolite
timere. Conturbati vero & cōterriti. existi
mabant se spiritū videre. Et dixit eis. Quid
turbati estis: & cogitatōes ascēdunt in corda
vestra? Videte manꝰ meas & pedes meos: q̄
egoipse sum. Palpate & videte: quia spiritꝰ
carnem & ossa nō habet: sicut me videtis ha
bere. Et cum hoc dixisset: ostendit eis manꝰ
& pedes. Adhuc aūt illis non credētibus &
mirātibus pre gaudio. dixit. Habetis hic ali
quid quod manducetur? At illi obtulerunt ei
partez piscis assi: & fauum mellis. Et cū mā
ducasset coram eis: sumens reliquias dedit eis
Et dixit ad eos. Hec sunt verba que locutꝰ
sum ad vos cum adhuc essem vobiscum: quo
niam necesse ē impleri omnia que scripta sūt
in lege moysi & ꝓphetis & in psalmis de me
Tūc aperuit illis sensū. vt intelligerēt scri
pturas: & dixit eis. Quoniā sic scriptum est
& sic oportebat christum pati & resurgere a
mortuis tercia die: & p̄dicare in noīe eius pe
nitenciam et remissionē peccatoꝝ in omēs gē
tes: incipiētibo ab iherosolima. Vos aūt te
stes estis horum. Et ego mittam promissum
patris mei in vos: vos autem sedete in ciuita
te. quoadusq̄ induamini vtute ex alto. Edu
xit aūt eos foras ī bethaniā: & eleuatis ma
nibus suis benedixit eis. Et factum est dum
benediceret illis recessit ab eis: & ferebatur in
celum. Et ipsi adorantes regressi sunt in ihe
rusalem cum gaudio magno: & erant semp
in templo laudātes & benedicētes deū amen.

Explicit euangelium scōm Lucam:

Incipit ꝓlogꝰ in euāgeliū scd̄m iohānē.

Iceſt iohannes euangeliſta vnꝰ ex diſcipulis dñi: qui virgo a deo electꝰ eſt: quē de nupcijs volentes nubere vocauit deus. Cui virginitatis in hoc duplex teſtimoniū datꝰ i euāgelio: qꝫ & p̄ ceteris dilectꝰ a deo dicit̄: & huic mr̄es suā de cruce cōmēdauit dñs. vt vginē vgo ſeruaret Demiꝫ maīfeſtās i euāgelio qꝫ erat ipe incorruptibilis vbi opꝰ inchoās. ſolꝰ vbū caro factū ee. nec lume a tnbris ꝓrebēſū fuiſſe teſtatur: primū ſignū ponens quod in nupcijs fecit dominus oſtendens qꝫ ipſe erat: vt legē tibꝰ demōſtraret qꝫ vbi dñs inuitatus ſit deficere nuptiaꝝ vinū debeat: & veteribus immutatis. noua omnia que a chriſto inſtituū tur appareant. Hoc autem euangelium ſcripſit in aſia. poſteaq̄ impathmos inſula apocalipſim ſcripſerat: vt cui in p̄ncipio canonis incorruptibile principium prenotatur in geneſi: ei etiam incorruptibilis finis per virginem in apocalipſi redderetur dicente chriſto ego ſū alpha & o. Et hic eſt iohānes: q̄ ſciens ſupuemiſſe diē receſſus ſui. cōuocatis diſcipulis ſuis i epheſo. per multa ſignoꝝ experimenta promēs xp̄m deſcendens in defoſſum ſepulture ſue locū facta oratōe. poſitus ē ad patres ſuos: tam extrane? a dolore mortis q̄ a corruptione carnis inuenitur alienus. Tamen poſt omnes euangelium ſcripſit: & hoc virgini debebat̄. Quoꝝ tamen vel ſcriptoꝝ tpis diſpoſitō. vel librorꝝ ordinatō ideo a nobis p̄ ſingula nō expomit̄: vt ſciendi deſiderio collato & q̄rētibꝰ fructꝰ laboris: & deo magiſterij doctrina ſeruetur. Explicit ꝓlogꝰ. Incipit euāgeliū scd̄m iohānē.

In principio erat verbum: & verbū erat apud deum: & deus erat verbū. Hoc erat in principio apud deū. Oīa per ipſum facta ſūt: & ſine ipō factū eſt michil. Quod factum eſt. in ipſo vita erat: & vita erat lux hoīm: & lux in tenebris lucet. & tenebre am non cōprehenderūt. Fuit homo miſſus a deo: cui nomen erat iohannes. Hic venit in teſtimonium vt teſtimonium perhiberet de lumine: vt oēs crederēt p illū. Nō erat ille lux: ſed vt teſtimoniū phiberet de lumine. Erat lux vera q̄ illumīat oēm hominē veniētē in hūc mundū. In mūdo erat: & mūdꝰ p ipm factus eſt: & mūdus eū non cognouit In ꝓpria venit: & ſui eū nō receperūt. Quotquot aūt receperūt eum. dedit eis poteſtatem filios dei fieri: hīs qui credūt in nomine eiꝰ. Qui non ex ſanguinibꝰ neq̄ ex voluntate carnis. neq̄ ex voluntate viri: ſed ex deo nati ſūt Et verbū caro factū eſt: & habitauit in nob Et vidimus gloriā eius. gloriā quaſi vnigeniti a patre: plenū gratie & veritatis. Johānes teſtimoniū perhibet de ipō: & clamat dicēs. Hic erat quē dixi: qui poſt me venturꝰ eſt. ante me factus eſt: q̄a prior me erat Et de plenitudine eius nos omnes accepimus & grāz pro gratia: qꝫ lex per moyſen data eſt: gratia & veritas p ihesū chriſtū facta eſt. Deū nemo vidit vnquā. Vnigenitus filiꝰ q̄ eſt in ſinu patris: ipe enarrauit. Et hoc eſt teſtimoniū iohannis: quando miſerūt iudei ab iheroſolimis ſacerdotes et leuitas ad eum vt interrogarēt eū. Tu qs es? Et cōfeſſus ē: & nō negauit. Et cōfeſſus eſt: quia non ſum ego chriſtus. Et interrogauerūt eum. Quid ergo? Helias es tu? Et dixit non ſum. Propheta es tu? Et rndit. Nō. Dixerūt ergo ei. Quis es vt reſponſū demus hīs qui miſerūt nos? Quid dicis de teipſo? Ait. Ego vox clamātis in deſerto dirigite viā domini: ſicut dixit yſaias ꝓpheta. Et qui miſſi fuerāt erant ex phariſeis. Et interrogauerūt eū: & dixerūt ei. Quid ergo baptizas ſi tu non es xp̄s: neq̄ helias neq̄ ꝓpheta? Rndit eis iohannes dicens. Ego baptizo in aqua: medi? aūt veſtrum ſtetit quem vos neſcitis. Ipſe eſt qui poſt me venturꝰ eſt qui ante me factus eſt: cuius ego non ſum dignus vt ſoluam eius corrigiam calciamēti. Hec in bethania facta ſūt trans iordanem: vbi erat iohānes baptizans. Altera die vidit iohānes ihesū venientem ad ſe: & ait. Ecce agnꝰ dei: ecce qui tollit peccata mūdi. Hic eſt de quo dixi. Poſt me venit vir qui ante me factus ē quia prior me erat: & ego neſciebā eū. Ideꝫ vt maīfeſtet

in israhel: ꝓpterea veni ego in aqua baptizãs
Et testimoniũ phibuit iohãnes dicens. Quia
vidi spiritum descendẽtem quasi colũbam de
celo: & mãsit super eum. Et ego nesciebã eũ:
sed qui misit me baptizare in aq̃: ille michi
dixit. Sup quẽ videris spiritũ descẽdentem.
& manẽtem sup eum: hic est qui baptizat in
spiritu sancto. Et ego vidi & testimoniũ pꝛ-
hibui: quia hic est filiꝰ dei. Altera die iterum
stabat iohãnes: & ex discipulis eius duo. Et
respiciẽs ihm ambulantẽ dixit. Ecce agnus
dei. Et audierũt eũ duo discipuli loquentem:
& secuti sũt ihesum. Cõuersus aũt ihesus &
vidẽs eos sequẽtes se: dicit eis. Quid q̃ritis?
Qui dixerũt ei. Rabbi quod dicit̃ interp̃tatũ
magister, vbi habitas? Dicit eis. Venite &
videte. Venerunt & viderunt vbi maneret:
& apud eum mãserũt die illo. Hora aũt erat
quasi decima. Erat aũt andreas frater simo-
nis petri. vnꝰ ex duobꝰ qui audierat a iohã
ne: & secuti fuerãt eum. Inuenit hic pmũ
fratrem suũ simonẽ: & dicit ei. Inuenimus
messiam: quod est interpretatũ christus. Et
adduxit eũ ad ihesum. Intuit? aũt eũ ihesus
dixit. Tu es simon filius iohãna: tu vocabe
ris cephas. quod interpretat̃ petrus. In cra-
stinũ aũt voluit exire in galileam: & inuenit
philippũ. Et dicit ei ihesus. Sequẽre me. Erat
aũt philippus a bethsaida ciuitate andree &
petri. Inuenit philippus nathanael: & dicit
ei. Quem scripsit moyses in lege & ꝓphete:
inuenimus ihesum filium ioseph a nazareth
Et dixit ei nathanael. A nazareth potest ali
quid boni esse. Dicit ei philipp?. Veni & vi
de. Vidit ihesus nathanael vementem ad se:
& dicit de eo. Ecce vere israhelita: in quo do-
lus nõ est. Dicit ei nathanael. Vnde me no-
sti? Rñdit ihesus: & dixit ei. Priusq̃ te phi
lipp? vocaret cũ esses sub ficu vidi te. Rñdit
ei nathanael & ait. Rabbi: tu es filius dei: tu
es rex israhel. Rñdit ihesus & dixit ei. Quia
dixi tibi vidi te sub ficu credis: maiꝰ hꝫs vi
debis. Et dicit ei. Amen amẽ dico vobis: vi-
debitis celũ apertũ: & angelos dei ascendẽtes
& descendẽtes sup̃ filium hominis. ¶ Ca. II.

Et tercia die nuptie facte sũt in cha-
na galilee: & erat mr̃ ihesu ibi. Vo-
cat? ẽ aũt & ihesus & discipuli ei?
ad nuptias. Et deficiente vino: dicit mater
ihesu ad eũ. Vinũ non habẽt. Et dicit ei ihe
sus. Quid michi & tibi ẽ mulier? Nondũ ve-
nit hora mea. Dicit mr̃ ei? ministris. Quod-
cũq̃ dixerit vobis facite. Erãt aũt ibi lapidee
ydrie sex posite scdm purificatõez iudeoꝝ: ca
pientes singule metretas binas vel ternas. Di-
cit eis ihesus. Implete ydrias aqua. Et im-
pleuerũt eas vsq̃ ad summũ. Et dicit eis ihe
sus. Haurite nũc: & ferte architriclino. Et
tulerũt. Vt aũt gustauit architriclin? aquã
vinũ factã & nõ sciebat vnde esset: ministri
aũt sciebant qui hauserãt aquam: vocat spõ
sum architriclinus & dicit ei. Omnis homo
primũ bonũ vinũ ponit: et cũ inebriati fuerit
tũc id quod deterius est. Tu aũt seruasti bo
num vinũ vsq̃ adhuc. Hoc fecit initium si
gnoꝝ ihs in chana galilee: & manifestauit glo
riam suam: & crediderunt in eũ discipuli ei?
Post hoc descendit capharnaum ipse & ma
ter eius & frẽs eiꝰ. & discipuli eiꝰ: & ibi mã
serunt non multis diebꝰ. Et ꝓpe erat pascha
iudeoꝝ: & ascendit ihesus ihierosolimam: &
inuenit in templo vendẽtes oues & boues &
columbas. & nummularios sedẽtes. Et cũ fe
cisset q̃si flagellũ de funiculis omnes eiecit de
templo: oues q̃q̃ & boues. & nummulariorũ
effudit es: & mẽsas subuertit. Et hꝫs qui co
lũbas vendebãt dixit. Auferte ista hinc: & no
lite facere domum patris mei domum negoti-
ationis. Recordati sũt vero discipuli eius
q̃ scriptum est: zelus domus tue cõedit me.
Responderũt ergo iudei & dixerũt ei. Quod
signum ostendis nobis q̃ hec facis? Respõ-
dit ihesus: & dixit eis. Soluite templũ hoc:
& in tribꝰ diebꝰ excitabo illud. Dixerunt g̃
iudei. Quadraginta & sex ãnis edificatũ ẽ tẽ
plũ hoc. & tu in tribꝰ diebꝰ excitabis illud?
Ille aũt dicebat de templo corporis sui. Cum
ergo resurrexisset a mortuis. recordati sũt di
scipuli eiꝰ q̃ hoc dicebat de corpe suo: & cre-
diderũt scripture: et sermoni quẽ dixit ihs.
Cũ aũt eẽt ihierosolimis in pascha in die festo:
multi crediderũt in noĩe eius videntes signa
eius que faciebat. Ipse aũt ihesus non crede
bat semetipsũ eis. eo q̃ ipe nosset omnes: & q̃
opus ei nõ erat. vt quis testimoniũ phiberet
de homine. Ipe em̃ sciebat q̃d esset in homine.

Erat aũt homo ex phari- Ca·III
seis·nycodemus noĩe:princeps iude
oꝝu. Hic venit ad ihesũ nocte:& di-
xit ei·Rabbi:scim? qꝛ a deo venisti mgr̃. Ne
mo eñ potest hec sig̃ facẽ q̃ tu facis:nisi fue-
rit deus cũ eo·Rñdit ihesus:& dixit ei.Amẽ
amẽ dico tibi:nisi q̃s renat? fuerit denuo:nõ
pt̃ videre regnũ dei·Dicit ad eũ nycodem?·
Quõ potest homo nasci cũ sit senex? Nunq̃d
potest in ventrem matris sue iterato introire
& renasci? Rñdit ihesus·Amẽ amẽ dico tibi
nisi quis renatus fuerit ex aqua & spũ san-
cto:non potest introire in regnuz dei·Quod
natum est ex carne caro est: & quod natum
est ex spũ spũs est. Nõ mireris qꝛ dixi tibi:
oportet vos nasci denuo. Spiritus vbi vult
spirat:& vocẽ eius audis:sed nescis vnde ve
niat aut quo vadat·Sic est omnis qui nat?
est ex spiritu·Respõdit nicodemus:& dixit
ei·Quomodo possunt hec fieri? Rñdit ihesus:
& dixit ei. Tu es magister in israhel & hec
ignoras? Amẽ amẽ dico tibi:qꝛ qõ scim? lo-
quimur·& quod vidimus testamur:& testi
monũ nostrũ nõ accipitis·Si terrena dixi
vobis & non creditis: quõ si dixero vobis
celestia credetis? Et nemo ascendit in celum
nisi qui descendit de celo:filius hominis qui
est in celo. Et sicut moyses exaltauit serpẽ-
tem ī deserto·ita exaltari oportet filiũ homi-
nis: vt omnis qui credit in ipso non pereat:
sed habeat vitam eternam. Sic enim deꝰ dile-
xit mũdum vt filium suũ vnigenitum daret:
vt omnis qui credit in eũ nõ pereat:sed ha-
beat vitã eternam. Non enim deus misit filium
suũ in mundũ vt iudicet mundũ: sed vt sal-
uetur mundus per ipsũ·Qui credit in eũ nõ
iudicatur·Qui aũt non credit iam iudicatus
est quia nõ credit in noĩe vnigeniti filij dei·
Hoc est aũt iudicium:quia lux venit in mũ
dum: & dilexerũt homines magis tenebras
q̃ lucem·Erãt enim eoꝝ mala opera·Omnis eĩ
qui male agit odit lucem: & nõ venit ad lu-
cem: vt non arguant̃ opera eius·Qui aũt fa-
cit veritatem venit ad lucem vt manifesten-
tur opera eius:qꝛ in deo sunt facta.Post hec
venit ihesus & discipuli eius in iudeã terrã:
& illic demorabat̃ cũ eis & baptizabat·Erat
aũt & iohãnes baptizãs ī enon iuxta salim:
quia aque multe erant illic·& veniebant &
baptizabantur. Nondũ enim missus fuerat io-
hãnes in carcerẽ·Facta ẽ aũt questio ex di-
scipulis iohãnis cũ iudeis de purificatõe.Et
venerũt ad iohãnez & dixerũt ei·Rabbi:qui
erat tecum trans iordanem·cui tu testimoniũ
perhibuisti:ecce hic baptizat:& omnes veni-
unt ad eũ·Rñdit iohãnes & dixit·Non pt̃
homo accipere quicq̃:nisi fuerit ei datum de
celo:Ipsi vos michi testimonium perhibetis
qꝛ dixerim·nõ sum ego chriſt?:sed qꝛ missus
sum añ illum·Qui habet spõsam spõsus est:
amic? aũt spõsi qui stat & audit eũ·gaudio
gaudet ꝓpter vocẽ sponsi. Jn hoc ergo gau-
dium meũ impletum est. Illum oportet cre-
scere:me aũt minui·Qui desursũ venit super
omnes est·Qui est de terra de terra ẽ & de ter
ra loquitur:qui ỽ celo venit sup omnes ẽ·Et
qỽ vidit & audiuit hoc testat̃:& testimoniũ
eius nemo accipit·Qui aũt acceperit eius te-
stimoniũ signauit:qꝛ deus verax est·Quem
enim misit deus·verba dei loquit̃. Nõ enim ad
mẽsurã dat deꝰ spũm. Pater diligit filiũ:&
oĩa dedit in manu ei?·Qui credit in filiũ habet
vitã eternã:q̃ aũt incredul? ẽ filio·nõ videbit
vitã etnã:ꝫ ira dei manz sup eũ. Ca·IIII.

Ut ergo cognouit ihesus quia audi-
erunt pharisei qꝛ ihesus plures di-
scipulos facit & baptizat q̃ iohan-
nes:quamq̃ ihesus non baptizaret sed disci
puli eius:reliquit iudeam & abiit iterum in
galileam·Oportebat autez eum transire per
samariam. Venit ergo in ciuitatẽ samarie q̃
dicit̃ sychar:iuxta prediũ qỽ dedit iacob io-
seph filio suo. Erat aũt ibi fons iacob· Jhs
aũt fatigat? ex itinere·sedebat sic supra fon
tem·Hora autez erat quasi sexta·Venit mu
lier de samaria haurire aquam·Dicit ei ihe-
sus·Da michi bibere. Discipuli enim ei? abi-
erant in ciuitatem vt cibos emerent·Dicit ei
mulier illa samaritana·Quomõ tu iudeus cuz
sis bibere a me poscis:que sum mulier sama-
ritana? Non enim cotuntur iudei samaritanis
Rñdit ihesus & dixit ei· Si scires donũ dei
& q̃ ẽ qui dicit tibi da michi bibere: tu forsi-
tã petisses ab eo:& dedisset tibi aquã viuam
Dicit ei mulier·Dñe:neq̃ ī quo haurias ha-
bes: & puteus altus est· Vnde ergo habes

aquam viuam? Nunquid tu maior es patre
nostro iacob qui dedit nobis puteū: & ipe ex
eo bibit. & filij eius. & pecora eius? Respon
dit ihesus: & dixit ei. Omnis qui bibit ex aq̄
hac sitiet iterum. qui aūt biberit ex aqua quā
ego dabo ei. non sitiet in eternum: sed aqua
quam ego dabo ei. fiet in eo fons aque salie
entis in vitā eternā. Dicit ad eū mulier. Do
mine da mihi hāc aquā: vt nō sitiā neq̄ veni
am huc haurire. Dicit ei ihesus. Vade voca
virū tuū: & veni huc. Rndit mulier & dixit
Nō habeo virū. Dicit ei ihesus. Bene dixi
sti: q̄ nō habeo virū. Quinq̄ em̄ viros habu
isti: & nunc quē habes non est tuus vir. Hoc
vere dixisti. Dicit ei mulier. Domine video
quia pheta es tu. Patres nostri in monte
hoc adorauerunt: & vos dicitis quia iherosoli
mis est locus vbi adorare oportet. Dicit ei
ihesus. Mulier crede michi: quia veniet hora
quando neq̄ in monte hoc. neq̄ in iherosoli
mis adorabitis patrē. Vos adoratis quod ne
scitis: nos adoramus quod scim⁹: q̄ salus ex
iudeis est. Sed venit hora & nūc est: quādo
veri adoratores adorabūt patrem in spiritu et
veritate. Nam & pater tales querit: qui ador
rent eum. Spūs est deus: & eos qui adorāt
eum. in spiritu & veritate oportet adorare.
Dicit ei mulier. Scio q̄a messias venit: qui
dicitur christus. Cum ergo venerit: ille nob
annunciabit omnia. Dicit ei ihesus. Ego sū:
qui loquor tecum. Et cōtinuo venerūt disci
puli eius: & mirabātur q̄ cū muliere loq̄bat
Nemo tamē dixit: quid queris aut quid loq̄
ris cum ea. Reliquit ergo ydriam suam mu
lier & abijt in ciuitatem: & dicit illis homi
nibo. Venite & videte hominē q̄ dixit michi
oīa quecūq̄ feci. Nūquid ipe est christus?
Exierunt de ciuitate: & venebāt ad eū. In
terea rogabant eū discipuli dicētes. Rabbi
manduca. Ille aūt dixit eis. Ego cibum ha
beo māducare quē vos nescitis. Dicebant g̃
discipuli ad inuicem. Nūquid aliquis attu
lit ei manducare? Dicit eis ihesus. Meus ci
bus est. vt faciam voluntatem eius qui mi
sit me: vt perficiā opus eius. Nonne vos di
citis q̄ adhuc q̄tuor menses sūt & messis ve
nit? Ecce dico vob: leuate oculos vr̄os & vi
dete regiones: quia albe sunt iam ad messem.
Et qui metit mercedem accipit et congregat
fructum in vitam eternā: vt qui seminat si
mul gaudeat & qui metit. In hoc enim ē ver
bum verū: q̄ alius est qui seminat: & alius ē
qui metit. Ego misi vos metere: quod vos
non laborastis. Alij laborauerunt: & vos in
labores eor̄ introistis. Ex ciuitate aūt illa
multi crediderunt in eū samaritanorū ꝓpter
verbum mulieris testimoniū perhibentis: q̄
dixit michi omnia quecūq̄ feci. Cum venis
sent ergo ad illū samaritani. rogauer̄t eū vt
ibi manēt. Et mānsit ibi duos dies. Et mul
to plures crediderūt ꝓpter sermonem eius.
Et mulieri dicebant q̄ iam nō ꝓpter tuam lo
quelam credimus. Ipsi enim audiuimus &
scimus: q̄ hic est vere saluator mūdi. Post
duos aūt dies exijt inde & abijt in galileam
Ipse enim ihesus testimoniū phibuit: quia
pheta in sua patria honorem nō habet. Cū
ergo venisset in galileā acceper̄t eum galilei
cum omnia vidissent q̄ fecerat iherosolimis
in die festo. Et ipsi enim venerat ad diem fe
stū. Venit ergo iteruz in chana galilee: vbi
fecit aquam vinum. Et erat quidam regul⁹
cuius filius infirmabat capharnaū. Hic cū
audisset q̄ ihesus aduenīret a iudea ī galileā
abijt ad eum: & rogabat eum: vt descenderet
& sanaret filium eius. Incipiebat enim mori
Dixit ergo ihesus ad eū. Nisi sig̃ & ꝓdigia
videritis non creditis. Dicit ad eum regul⁹
Dñe: descende prius q̄ moriatur filius meus
Dicit ei ihesus. Vade fili⁹ tuus viuit. Cre
didit hō sermoni quē dixit ei ihesus: & ibat.
Jam aūt eo descendēte serui occurrerūt ei: &
nūciauerunt dicentes: q̄ filius eius viueret
Interrogabat ergo horā ab eis in qua melius
habuerit. Et dixerūt ei: q̄ heri hora septima
reliquit eum febris. Cognouit g̃ pater q̄ illa
hora erat ī q̄ dixit ei ihesus fili⁹ tuus viuit: &
credidit ipe: & dom⁹ eius tota. Hoc iteruz fecū
dū signū fecit ihs: cū venisset a iudea ī galileā

Post hec erat dies Ca. V.
festus iudeorum: & ascendit ihesus
iherosolimā. Est aūt iherosolimis
ꝓbatica piscina q̄ cog̃minat hebraice beth
saida: q̄nq̄ porticus habēs. In hijs iacebat mul
titudo magna lāguentium cecor̄ claudorum
aridor̄: expectātium aque motum. Angelus

autem dñi descendebat scd̄m tempus in piscinaz: & mouebatur aqua. Et qui prim⁹ descendisset in piscinā post mocionē aque: sanus fiebat a quacūq; detinebat infirmitate. Erat aūt quidam homo ibi triginta & octo annos habens in infirmitate sua. Hunc cum vidisset ihesus iacentem: & cognouisset quia iam multū tēpus haberet dicit ei. Vis sanus fieri? Respondit ei langwidus. Dñe: hominē non habeo vt cū turbata fuerit aq̄ mittat me in piscinam. Dū venio em̄ ego: alī⁹ ante me descendit. Dicit ei ihesus. Surge tolle grabatum tuum & ambula. Et statim san⁹ fact⁹ est homo ille: & sustulit grabatū suū & ambulabat. Erat aūt sabbatū in die illo. Dicebant ergo iudei illi qui sanatus fuerat. Sabbatū est: nō licet tibi tollere grabatum tuum Rñdit eis. Qui me sanum fecit ille michi dixit: tolle grabatū tuū & ambula? Interrogauerūt ergo eum. Quis est ille homo: q̄ dixit tibi tolle grabatum tuū & ambula? Is autem qui sanus fuerat effectus nesciebat quis esset Ihesus em̄ declinauit a turba ostituta in loco. Postea inuenit eum ihesus in tēplo & dixit illi. Ecce sanus fact⁹ es iā noli peccare. ne deterius tibi aliquid cōtingat. Abijt ille homo: & nunciauit iudeis quia ihesus esset qui fecit eū sanū. Propterea psequebātur iudei ihesum: q̄ hec faciebat in sabbato. Ihesus aūt rñdit eis. Pater meus vsq; modo operat̄ & ego operor. Propterea ergo magis quere bant eum iudei interficere: q̄ non solum soluebat sabbatum: sed & patrem suū dicebat deum equalem se faciēs deo. Rñdit itaq; ihesus: & dixit eis. Amen amē dico vobis non potest filī⁹ a se facere quicq̄: misi q̄ viderit patrē facientem. Quecumq; em̄ ille fecerit: hec filius similit̄ facit. Pat̄ em̄ diligit filiū. & omnia demōstrat ei. q̄ ipe facit: & maiora hijs demonstrabit ei opera: vt vos miremini. Sicut em̄ pater suscitat mortuos & viuificat: sic & filius quos vult viuificat: Neq; em̄ pater iudicat quem q̄: sed omne iudicium dedit filio: vt omnes honorificent filium. sicut honorificat patrem. Qui non honorificāt filium: non honorificat patrem qui misit illum Amen amen dico vobis: q̄ qui verbum meū audit & credit ei q̄ misit me: habet vitā et nā

Et in iudiciū non venit: sed trānsiet a morte in vitam. Amē amen dico vobis: q̄ venit hora & nunc est qñ mortui audiēt vocez filij dei: & qui audierint viuent. Sicut em̄ pater habet vitam in semetipo: sic dedit & filio habere vitaz in semetipo. Et potestatē dedit ei & iudicium facere: q̄ filī⁹ hominis ē. Nolite mirari hoc: quia venit hora ī qua oēs q̄ in monumentis sūt audiēt vocē filij dei: & p̄cedent qui bona fecerūt in resurrectōez vite: qui vero mala egerūt in resurrectōez iudicij. Non possum ego facere a meipo quicq̄. Sicē audio iudico: & iudicium meū iust̄ū est quia nō quero volūtatē meā: sed voluntatē eius q̄ misit me patris. Si ego testimoniū phibeo de me: testimoniū meū non est verū Alius ē qui testimoniū phibet de me: & scio q̄ verū est testimoniū eius qđ perhibet de me Vos misistis ad iohānez: & testimoniū perhibuit veritati. Ego aūt nō ab hoīe testimoniū accipio: sed hec dico: vt vos salui sitis. Ille erat lucerna ardens & lucēs. Vos aūt voluistis ad horam exultare in luce eius. Ego autem habeo testimonium maius iohanne. Opera em̄ que dedit michi pater vt perficiā ea: ipa opera q̄ ego facio testimoniū perhibēt de me: q̄ pater misit me. Et qui misit me pater ipe testimoniū perhibuit de me. Neq; vocez eius vnq̄ audistis: neq; speciez eius vidistis. Et verbū eius nō habetis in vobis manēs: quia quē misit ille huic vos nō creditis. Scrutamini scripturas: q̄ vos putatis ī ipis vitam eternā habere. Et ille sūt q̄ testimoīm phibēt de me: & nō vultis venire ad me vt vitā habeatis. Claritatē ab hoīb⁹ nō accipio: sed cognoui vos: q̄ dilectionē dei non habetis in vobis. Ego veni in nomine patris mei: & nō accepistis me. Si alius venerit in nomine suo: illum accipietis. Quomodo vos potestis credere q̄ gloriā abinuicem accipitis: & gloriam q̄ a solo deo ē nō q̄ritis? Nolite putare q̄a ego accusaturus sim vos apud patrē. Est qui accusat vos: moyses in q̄ vos speratis. Si enī crederetis moysi: crederetis forsitā & michi de me em̄ ille scripsit. Si aūt illis litteris nō creditis: quō meis verbis credetis?

Post hec abijt ihs trās ma- Ca. VI.
re galilee: qđ ē tiberiadis. Et seq̄bat

Hamech

eum multitudo magna: quia videbant signa que faciebat sup hīs q̄ infirmabāt. Subiit ergo in montē ihesus: & ibi sedebat cū discipulis suis. Erat autē proximū pascha: dies festus indeoꝝ. Cū subleuasset oculos ihesus & vidisset quia multitudo maxima venit ad eum: dicit ad philippū. Vnde ememus panes vt manducent hīi? Hoc aūt dicebat temptās eum. Ipse enim sciebat quid esset facturus. Respondit ei philippus. Ducentorum denariorum panes nō sufficiunt eis: vt vnus q̄sq̄ modicum quid accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis eius andreas frater simonis petri. Est puer vnus hic qui habet quinq̄ panes ordeaceos & duos pisces. Sed hec quid sunt inter tantos? Dicit ergo ihesus. Facite homines discumbere. Erat aūt fenum multum in loco Discubuerunt ergo viri. numero q̄si quinq̄ milia. Accepit ergo ihesus panes: & cū gratias egisset distribuit discumbentibus. Similiter & ex piscibus quantū volebāt. Vt aūt impleti sūt: dixit discipulis suis. Colligite q̄ superauerūt fragmēta ne peant. Collegerūt ergo: & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinq̄ panibus ordeaceis & duobus piscibus: que supfuerūt hīis qui māducauerant. Illi ergo homines cū vidissent qđ fecerat signū dicebāt. Quia hic est vere propheta qui venturus est in mūdum. Ihesus g̃ cum cognouisset q̄ venturi essent vt raperēt eū & facerent eum regem: fugit iterū in mōtem ipe solus. Vt aūt sero factū est: descenderūt discipuli eius ad mare. Et cū ascēdissent nauim: venerūt trās mare in capharnaū Et tenebre iam facte erant: & nō venerat ad eos ihesus. Mare aūt vēto magno flāte exurgebat. Cū remigassent ergo quasi stadia viginti quinq̄ aut triginta: vidēt ihesum ambulātem supra mare & proximū navi fieri: & timuerūt. Ille aūt dicit eis. Ego sum: nolite timere. Voluerūt ergo accipere eū in navim: & statim navis fuit ad terrā quā ibāt. Altera die turba que stabat trās mare. vidit quia navicula alia non erat ibi nisi vna: & q̄ non introisset cū discipulis suis ihesus in navim: sed soli discipuli eius abissent. Alie vero superuenerūt naues a tyberiade iuxta locum vbi manducauerāt panē: grās agentes deo.

Cum ergo vidisset turba q̄ ihesus nō esset ibi neq̄ discipuli eius ascenderūt in naviculas: & venerūt capharnaū querētes ihesum. Et cū inuenissent eū trās mare: dixerunt ei. Rabbi. quādo huc venisti? Rndit eis ihesus & dixit. Amē amē dico vobis: q̄ritis me nō q̄ vidistis signa. sed q̄ māducastis ex panibus: & saturati estis. Operamini nō cibū q̄ perit: sed qui pmanet in vitā eternā: quē filius hominis dabit vobis. Hunc em̄ pater signauit deus. Dixerūt ergo ad eum. Quid faciemus vt operemur opera dei? Respōdit ihesus: & dixit eis. Hoc est opus dei vt credatis in eū quē misit ille. Dixerunt ergo ei. Quod ergo tu facis signū: vt videam⁹ & credam⁹ tibi? Quid operaris? Patres nostri manducauerūt manna in deserto sicut scriptum est. Panem de celo dedit eis manducare. Dixit ergo eis ihesus. Amen amen dico vobis: non moyses dedit vobis panem de celo: sed pater meus dat vobis panem de celo verum. Panis em̄ ver⁹ est qui de celo descendit: & dat vitam mūdo. Dixerūt ergo ad eum. Domine semp da nobis panem hunc. Dixit aūt eis ihesus. Ego sū panis vite. Qui venit ad me nō esuriet: & qui credit ī me nō sitiet vnq̄. Sed dixi vob quia & vidistis me: & nō credidistis. Omē qđ dat michi pater ad me veniet: & eū q̄ venit ad me nō eiciam foras: q̄ descendi de celo nō vt faciam voluntatem meā sed volūtatem eius qui misit me. Hec est em̄ voluntas eius qui misit me patris: vt omne quod dedit michi nō perdam ex eo: sed resuscitē illud in nouissimo die. Hec est em̄ voluntas patris mei qui misit me. vt oīs qui videt filiū & credit in eū habeat vitam eternā: & ego resuscitabo eū in nouissimo die. Murmurabant ergo iudei de illo. q̄a dixisset ego sū panis viuus: qui de celo descendi. Et dicebant. Nonne hic est filius ioseph cuius nos nouimus patrem & matrē? Quō ergo dicit hic. q̄ de celo descēdi? Rndit g̃ ihesus: & dixit eis. Nolite murmurare ī inuicē. Nemo potest venire ad me: nisi pater q̄ misit me traxerit eū: & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Est scriptū in pphetis. Erunt oēs docibiles dei. Omnis q̄ audiuit a patre & didicit venit ad me. Nō q̄ patrē vidit quisq̄: nisi is qui est a deo: hic

vidit patrem · Amen amen dico vobis : qui credit in me habet vitã eternã. Ego sũ panis vite · Patres vestri manducauerunt mãna in deserto: & mortui sũt. Hic est panis de celo descendens: vt si quis ex ipo mãducauerit non moriatur · Ego sum panis viuus: qui de celo descendi · Si quis mãducauerit ex hoc pane viuet in eternũ · Et panis quẽ ego dabo caro mea est: pro mũdi vita · Litigabant ergo iudei adinuicẽ dicẽtes · Quomõ potest hic nob carnem suam dare ad mãducandũ ? Dixit g eis ihesus · Amen amen dico vobis: nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem: non habebitis vitã in vob · Qui manducat meam carnez & bibit meum sanguinem habet vitã eternam: & ego resuscitabo eum in nouissimo die · Caro enim mea vere est cibus: & sanguis me? vere ẽ potus · Qui manducat meam carnẽ & bibit meũ sanguinẽ: in me manet · & ego in illo · Sicut misit me viuẽs pater & ego viuo ꝓpter patrẽ: & qui manducat me: et ipse viuet ꝓpter me · Hic est panis qui de celo descẽdit · Non sicut mãducauerũt patres vestri mãna: et mortui sũt · Qui mãducat hunc panem: viuet in eternum · Hec dixit in synagoga docẽs in capharnaũ · Multi ergo audiẽtes ex discipulis eius dixerũt · Durus ẽ hic sermo · & quis potest eum audire? Sciens aũt ihesus apud semetipsũ ꝙa murmurarent de hoc discipuli eius: dixit eis · Hoc vos scandalizat? Si ergo videritis filium hominis ascendẽtem vbi erat prius? Spiritus est qui viuificat: caro nõ prodest quicq̃ · Verba que ego locutus sum vobis : spiritus & vita sunt · Sed sũt quidã ex vobis qui non credunt · Sciebat enim ab initio ihesus qui essent credentes: & quis traditurus esset eum. Et dicebat · Propterea dixi vobis: ꝙ nemo potest venire ad me : nisi fuerit ei datũ a patre meo · Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retro: & iam non cum illo ambulabãt · Dixit ergo ihesus ad duodecim · Numquid & vos vultis abire ? Respõdit ergo ei simon petrus. Dñe ad quem ibimus ? Verba vite eterne habes · Et nos credimus & cognouimus: ꝙ tu es xp̃s filius dei · Rñdit ei ihesus. Nonne ego vos duodecim elegi & ex vobis vnus dyabolus ẽ ? Dicebat autẽ de iuda simonis scariothis · Hic em̃ erat trãditurꝰ eũ cũ eẽt vnꝰ ex duodecim ·

Ca·VII·

Post hec aũt ambulabat ihesus in galileam · Nõ em̃ volebat in iudeã ambulare: ꝙ q̃rebãt eũ iudei interficere

Erat autẽ in proximo dies festus iudeorum scenophegia · Dixerũt aũt ad eũ fratres eiꝰ · Trãsi hinc in iudeã: vt & discipuli tui videant opera tua que facis · Nemo quippe in occulto quid facit: & querit ipse in palam esse · Si hec facis : manifesta teipsum mundo · Neq; enim fratres eius credebant in eum · Dicit ergo eis ihesus · Tempus meum nondum aduenit: tempus autez vestrum semper est paratum · Non potest mundus odisse vos · Me aũt odit: ꝙ ego testimoniũ perhibeo de illo: ꝙ opera eius mala sunt · Vos ascẽdite ad diẽ festum hunc · Ego non ascendam ad diem festum istum: ꝙ meus tempꝰ nõdum impletus ẽ · Hec cũ dixisset: ipe mansit in galilea · Vt autem ascẽderunt fratres eius · tũc & ipse ascẽdit ad diem festum nõ manifeste: sed quasi in occulto · Judei ergo querebãt eũ in die festo & dicebant · Vbi est ille? Et murmur multus de eo erat inturba · Quidam enim dicebant quia bonus est: Alij dicebant nõ · sed seducit turbas · Nemo tamen palã loquebatur de illo: ꝓpter metum iudeoꝝ · Jam aũt die festo mediante: ascendit ihesus in templum & docebat · Et mirabantur iudei dicentes · Quomõ hic litteras scit cũ nõ didicerit? Rñdit eis ihesus: & dixit · Mea doctrina nõ est mea: sed eiꝰ qui misit me · Si quis voluerit volũtatẽ eius facere: cognoscet de doctrina vtrũ ex deo sit: an ego a meipo loquar · Qui a semetipso loq̃tur gloriam propriã querit · Qui aũt querit gloriam eius qui misit eum · hic verax est: & iniusticia in illo non est · Nonne moyses dedit vobis legem? Et nemo ex vobis facit legẽ Quid me queritis interficere? Respondit turba & dixit · Demonium habes · Quis te querit interficere? Respõdit ihesus : & dixit eis Vnũ op? feci : & oẽs miramini · Propterea moyses dedit vobis circũcisionem : nõ ꝙ ex moyse est: sed ex pribo · Et in sabbato circumciditis hominem · Si circumcisionem accipit hõ in sabbato vt nõ soluat lex moysi · michi idigmi ꝙ totũ hoiez sanũ feci in sabbato ?

Nolite iudicare scd̃m faciem: sed iustum iudicium iudicate. Dicebant ergo quidam ex iherosolimis. Nonne hic est quē querūt interficere? Ecce palam loquitur et nichil ei dicūt Nunquid vere cognouerunt principes quia hic est christus? Sed hunc scim? vnde sit: christus aūt cum venerit. nemo scit vnde sit Clamabat ergo ihesus docēs in templo et dicens. Et me scitis. & vñ sim scitis: & a meipso non veni: sed est verus qui misit me quez vos nescitis. Ego scio eum: & si dixero quia nescio eū: ero similis vobis mendax. Et ego scio eum: quia ab ipso sum: & ipse me misit. Querebant ergo eū apprehēdere: & nemo misit in illum manus: quia nondū venerat hora ei?. De turba aūt multi crediderūt in eū. Et dicebant. Xp̃us cum venerit: nūqd plura signa faciet q̃p que hic facit? Audierunt pharisei turbam murmurātem de illo hec: & miserunt principes & pharisei ministros vt apprehēderēt eū. Dixit ergo eis ihesus. Adhuc modicū tēpus vobiscum sū: & vado ad eū qui me misit. Queretis me & non inuenietis & vbi ego sum vos nō potestis venire. Dixerunt ergo iudei ad semetipsos. Quo hic iturus est. quia non inueniemus eum? Nunquid in dispersiōez gētiuz iturus ē. & doctur? gentes? Quis est hic sermo quē dixit. queretis me & non inuenietis: & vbi sum ego vos non potestis venire? In nouissimo aūt die magno festiuitatis stabat ihesus: & clamabat dicēs. Si quis sitit: veniat ad me & bibat. Qui credit in me sicut dicit scriptura: flumina de vētre eius fluent aque viue. Hoc autē dixit de spiritu: quē accepturi erāt credentes in eum. Nondū em̃ erat spūs datus q̃ ihesus nondū erat glorificatus. Ex illa ergo turba cū audissent hos sermōes eius dicebant. Hic ē vere pphēta. Alij dicebant. Hic est christus. Quidam aūt dicebant. Nūquid a galilea venit christus? Nonne scriptura dicit: q̃ ex semine dauid. & de bethleem castello vbi erat dauid venit christus? Dissensio itaq; facta ē in turba pter eum. Quidā aūt ex ipsis volebant apprehendere eum: sed nemo misit sup eum manus. Venerūnt ergo ministri ad pōtifices & pharisēos: & dixerūt eis illi. Quare nō adduxistis eū? Rñderūt ministri. Nunq̃

hannes

sic locutus est homo: sicut hic homo. Respōderūt ergo eis pharisei. Nūquid & vos seducti estis? Nūquid aliq̃s ex pncipibo credidit ī eu: aut ex phariseis? Sed turba hec que non nouit legez maledicti sūt. Dixit nycodemus ad eos ille qui venit ad eum nocte: qui vn? erat ex ip̃is. Nūquid lex nostra iudicat hominem: misi prius audierit ab ipso & cognouerit quid faciat? Respondērūt: & dixerūt ei Nūquid & tu galileus es? Scrutare scripturas & vide: q̃ a galilea pphēta nō surgit. Et reuersi sunt vnusquisq; in domum suam.

Ihesus aūt perrexit in montem Ca. VIII. oliueti: & diluculo iterum venit in templu: & omnis populus venit ad eum: & sedēs docebat eos. Adducunt ergo scribe & pharisei mulierē deprehensam ī adulterio: & statuērt eam in medio: & dixerūt ei. Magister: hec mulier modo deprehēsa est in adulterio. In lege aūt moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc autez dicebant tēptantes eum: vt possent accusare eum. Ihesus autē inclinās se deorsum: digito scribebat in terra. Cū aūt perseuerarēt intergantes eū: erexit se & dixit eis. Qui sine peccato est vestrū. prim? in illā lapidē mittat. Et iterū se inclinās scribebat in terra. Audientes aūt hec vn? post vnū exibāt incipientes a seniorib: & remānsit sol? ihs & mulier ī medio stās. Erigēs aūt se ihesus: dixit ei. Mulier: vbi sūt q̃ te accusabāt? Nemo te odemnauit. Que dixit. Nemo dom̃ie. Dixit autē ihesus. Nec ego te cōdemnabo. Vade & iam amplius noli peccare. Iterū ergo locūtus est eis ihesus dicēs. Ego sū lux mūdi. Qui sequitur me nō ambulat in tn̄bris: sed habebit lumē vite. Dixerūt ergo ei pharisei. Tu de teipso testimoniū phibes: testimoniū tuū nō ē verum. Rñdit ihesus & dixit eis. Et si ego testimoniū phibeo de meipo. verz ē testimonium meuz: q̃ scio vñ veni & quo vado. Vos aūt nescitis vnde veniō: aut quo vado. Vos scd̃m carnez iudicatis: ego non iudico quēq̃. Et si iudico ego. iudicium meum verz est quia solus nō sū. sed ego & q̃ misit me pater Et in lege vra scriptū est: q̃ duoz hoīm testimoniū verū ē. Ego sū qui testimoniū perhibeo de meipo: & testimoniuz phibet de me

qui misit me pater · Dicebant ergo ei · Vbi est pater tuus ? Respondit ihesus · Neq; me scitis: neq; pꝛez meū. Si me sciretis: forsitā & patrē meū sciretis · Hec verba locutus est ihesus in gazophilatio: docens in tēplo · Et nemo apprehendit eum: quia necdū venerat hora eius · Dixit ergo iterū eis ihesus · Ego vado: & queritis me: & in peccato vestro moriemini · Quo ego vado: vos non potestis venire · Dicebant ergo iudei · Nūquid interficiet semetipsum: quia dicit quo ego vado vos nō potestis venire ? Et dicebat eis · Vos deorsū estis ego de supernis sum · Vos de mūdo hoc estis · ego non sum de hoc mundo · Dixi ergo vobis : quia moriemini in peccatis vestris · Si em̄ non crediderit̄is qꝛ ego sū moriemini ī peccato vestro. Dicebāt g̊ ei · Tu quis es? Dicit eis ihesus · Principium : qui & loquor vobis · Multa habeo de vobis loq̄ & iudicare sed qui me misit verax est: & ego que audiui ab eo hec loquor in mundo · Et nō cognouerūt: quia patrem eius dicebat deum · Dixit ergo eis ihesus · Cum exaltaueritis filiū hominis tunc cognoscetis quia ego sum: & a meipso facio michil · sed sicut docuit me pater hec loqꝛ Et qui me misit mecum est : & non reliquit me solum: qꝛ ego que placita sūt ei facio semper · Hec illo loquēte: multi crediderūt in eū Dicebat ergo ihesus ad eos · qui crediderāt ei iudeos · Si vos manseritis in sermone meo · vere discipuli mei eritis : & cognoscetis veritatem: & veritas liberabit vos · Rñderūt g̊ ei iudei · Semen abrahe sumus: & nemini seruiuimus vnq̄ · Quō tu dicis liberi eritis? Respōdit eis ihesus · Amen amē dico vobis: q̄a oīs qui facit peccatū seruꝰ est peccati · Seruus autē non manet in domo in eternū: filius manet in eternū · Si ergo vos filius liberauerit vere liberi eritis · Scio qꝛ filij abrahe estis : sed queritis me interficere : q̄a sermo meus non capit in vobis · Ego quod vidi apud patrem loquor: & que vidistis apud patrez vestrum facitis · Respōderunt & dixerunt ei · Pater noster abraham est · Dicit eis ihesus Si filij abrahe estis : opera abrahe facite · Nunc aūt queritis me interficere : hominem qui veritatem vobis locutus sum: quam audiui a deo · Hoc abrahā nō fecit · Vos facitis opera patris vestri · Dixerunt itaq; ei · Nos ex fornicatōe non sumus nati · Vnum patrē habemus deū · Dixit ergo eis ihesus · Si deꝰ pater vester esset · diligeretis vtiq; me · Ego em̄ ex deo processi & veni · Neq; em̄ a meipso veni: sed ille me misit · Quare loquelam meā non cognoscitis? Quia nō potestis audire sermonē meū · Vos ex patre dyabolo estis : & desideria patris vestri vultis facere · Ille homicida erat ab initio: & in veritate nō stetit: qꝛ non est veritas in eo · Cū loquitur mēdacium · ex ppis loquit̄ : qꝛ mēdax ē & pater eiꝰ Ego autez quia veritatem dico: non creditis michi · Quis ex vob̄ arguet me de peccato Si veritatem dico quare vos nō creditis michi ? Qui ex deo est : verba dei audit · Propterea vos non auditis: qꝛ ex deo non estis · Respōderunt ergo iudei: & dixerunt ei · Nonne bene dicimus nos · quia samaritanus es tu · & demoniū habes? Respondit ihesus · Ego demonium nō habeo: sed honorifico patrē meū: & vos inhonorastis me · Ego autez non quero gloriā meā · Est q̄ querat et iudicet · Amen amen dico vobis: si q̄s sermonē meū seruauerit mortē nō videbit in eternū · Dixerunt g̊ iudei · Nunc cognouimus: qꝛ demoniū habes Abraham mortuꝰ est & pphete : & tu dicis si quis sermonē meum seruauerit nō gustabit mortē in eternū? Nūquid tu maior es patre nostro abraham qui mortuꝰ est? Et prophete mortui sunt · Quē teipm̄ facis ? Rñdit ihesus · Si ego glorifico meipsū: gloria mea michil est · Est pater meꝰ qui glorificat me: quē vos dicitis qꝛ deus nr̄ ē & ñ cognouistis eum · Ego aūt noui eū · Et si dixero quia nō scio eum: ero similis vobis mendax · Sed scio eum: & sermonē eius seruo · Abrahā pater vester exultauit vt videret diē meū: et vidit & gauisus est · Dixerūt ergo iudei ad eū · Quinquaginta annos nōdū habes: & abrahā vidisti? Dixit eis ihesus · Amē amē dico vobis: anteq̄ abrahā fieret ego sū · Tulerūt ergo lapides vt iacerēt ī eū · Ihesus aūt abscondit se & exiuit de templo.

Capitu · IX ·

ET preteriēs ihesus vidit hominē cecū a natiuitate: et interrogauerūt eū discipli ei? · Rabbi · q̄s peccauit · hō parētes ei? : vt cecꝰ nasceret? Rñdit ihesus ·

Lamech

vt consolarentur eas de fratre suo. Martha ergo vt audiuit q̄ ihesus venit occurrit illi: maria aũt domi sedebat. Dixit ergo martha ad ihesũ. Domine: si fuisses hic frater meus nõ fuisset mortuus. Sed & nunc scio: q̄ quecũq̄ poposceris a deo dabit tibi deus. Dicit illi ihesus. Resurget frat tu?. Dicit ei martha. Scio q̄ resurget. in resurrectione in nouissimo die. Dicit ei ihesus. Ego sũ resurrectio & vita. Qui credit in me etiaz si mortu? fuerit viuet: & oms qui viuit & credit ī me non morietur in eternũ. Credis hoc? Ait illi. Vtiq̄ domine. Ego credidi q̄ tu es christus filius dei: q̄ in hũc mũdũ venisti. Et cuz hec dixisset: abijt & vocauit mariam sorores suã silentio dicens. Magister adest: & vocat te. Illa vt audiuit surgit cito: & venit ad eum. Nondũ eñ venerat ihesus in castellum: sed erat adhuc ī illo loco vbi occurrerat ei martha. Judei ergo qui erant cũ ea in domo & cõsolabantur eam cũ vidissent mariã quia cito surrexit & exijt: secuti sũt eã dicẽtes. Quia vadit ad monumentũ vt ploret ibi. Maria g̃ cum venisset vbi erat ihesus: videns eum cecidit ad pedes eius & dixit ei. Dñe: si fuisses hic non esset mortuus frater meus. Ihesus ergo vt vidit eam plorantẽ & iudeos qui venerãt cũ ea plorãtes infremuit spũ: & turbauit seipm & dixit. Vbi posuistis eũ? Dicunt ei. Domine: veni & vide. Et lacrimat? ẽ ihesus. Dixerũt ergo iudei. Ecce quomõ amabat eũ. Quidam aũt ex ipis dixerũt. Non poterat hic q̄ aperuit oculos ceci nati: facere vt hic non moreretur? Ihesus ergo rursum fremẽs in semetipo venit ad monumẽtum. Erat aũt spelunca: & lapis suppositus erat ei. Ait ihesus. Tollite lapidẽ. Dicit ei martha. soror eius qui mortuus fuerat. Domine iam fetet: quadriduanus est eñ. Dicit ei ihesus. Nõne dixi tibi: quoniam si credideris videbis gloriam dei? Tulerũt ergo lapidem. Ihesus aũt eleuatis sursum oculis dixit. Pater gracias ago tibi quoniam audisti me. Ego autẽ sciebam q̄a semp me audis: sed ꝓpter populum qui circũstat dixi: vt credant q̄a tu me misisti. Hec cum dixisset: voce magna clamauit Lazare veni foras. Et statim prodijt qui fuerat mortuus ligatus man? & pedes institis: & facies illius sudario erat ligata. Dixit eis ihesus. Soluite eum: & sinite abire. Multi ergo ex iudeis q̄ venerant ad mariã & martham & viderãt que fecit ihesus: crediderunt in eum. Quidam aũt ex ipis abierũt ad phariseos: & dixerũt eis que fecit ihesus. Collegerũt ergo pontifices & pharisei cõcilium: & dicebant. Quid facim? Quia hic homo multa signa facit. Si dimittimus eum sic: oms credẽt in eum. Et venient romani: & tollent locum nostrum & gentez. Vnus aũt ex ipis cayphas nomine: cũ esset pontifex ãni illius dixit eis. Vos nescitis q̄cq̄ nec cogitatis: q̄ expedit vobis vt vnus moriatur homo ꝓ populo: & non tota gens pereat. Hoc aũt a semetipso non dixit: sed cũ esset pontifex ãni illius prophetauit: q̄ ihesus moriturus erat pro gente. Et non tantũ ꝓ gẽte: sed vt filios dei qui erãt dispersi cõgregaret ī vnũ. Ab illo ergo die cogitauerũt vt interficerẽt eum. Ihesus g̃ iam nõ in palam ambulabat apud iudeos: sed abijt in regionẽ iuxta desertũ in ciuitatem que dicit effrem: & ibi morabatur cũ discipulis suis. Proximũ aũt erat pascha iudeoz: & ascenderũt multi ierosolimam de regione añ pascha: vt sanctificarẽt seipsos. Querebant ergo ihesũ: & colloquebãtur adinuicem in templo stantes. Quid putatis q̄a non venit ad diem festum? Dederãt aũt pontifices & pharisei mandatum: vt si quis cog̃uerit vbi sit indicet: vt apprehendant eum.

Ihesus g̃ ante sex dies pasche Ca. XII. venit bethaniam vbi lazarus fuerat mortuus quem suscitauit ihesus. Fecerũt aũt ei cenaz ibi & martha ministrabat: lazar? vero vn? erat ex discumbentibus cum eo. Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pistici preciosi & vnxit pedes ihesu: & extersit pedes eius capillis suis: & domus impleta est ex odore vnguenti. Dixit ergo vnus ex discipulis eius iudas scariothis qui erat eum traditurus. Quare hoc vnguentum non venijt trecentis denarijs: & datum est egenis? Dixit autem hoc non quia de egenis pertinebat ad eum: sed quia fur erat: & loculos habens ea que mittebãtur portabat. Dixit ergo ihesus. Dime illam: vt in diez sepulture mee seruet illud. Pauperes eñ semper habetis vobiscuz;

me autez non semp habetis. Cognouit ergo turba multa ex iudeis q illic ē: & venerunt non ꝓpter ihesum tm̄: sed vt lazarū viderent quē suscitauit a mortuis. Cogitauerūt autē principes sacerdotū vt & lazarū interficerent q multi ꝓpter illum abibāt ex iudeis: et credebāt in ihesum. In crastinū aūt turba mlta q venerāt ad diē festū cuz audissent qa venit ihesus iherosolimā acceperūt ramos palmaz: & processerūt obuiā ei & clamabāt: osanna benedictus qui venit in noīe dn̄i rex israhel. Et inuenit ihesus asellū: et sedit sup eū sicut scriptū est. Noli timere filia sion: ecce rex tuus venit sedens sup pullum asine. Hec non cognouerūt discipuli eius primū: sed quādo glorificatus ē ihesus tūc recordati sunt quia hec erāt scripta de eo: & hec fecerūt ei. Testimoniū ergo phibebat turba q erat cū eo quādo lazarū vocauit de monumento: & suscitauit eum a mortuis. Propterea & obuiā veīt ei turba: q audierunt eū fecisse hoc signum. Pharisei ergo dixerūt ad semetipsos. Videtis q nichil proficimus? Ecce mūd? totus post eum abīt. Erāt aūt quidam gētiles ex hīs qui ascenderrant vt adorarent in die festo. Hij ergo accesserunt ad philippum qui erat a bethsaida galilee: & rogabant eum dicentes. Dn̄e: volum? ihesum videre. Venit philippus: & dicit andree. Andreas rursū & philippus dixerūt ihū. Ihesus aūt rn̄dit eis dicens. Venit hora vt clarificetur filius hoīs Amen amē dico vobis: nisi granū frumenti cadēs in terrā mortuū fuerit: ipm̄ solum manet. Si aūt mortuū fuerit: multū fructū affert. Qui amat aīaz suā: pdet eā. Et qui odit aīaz suā in hoc mūdo: in vitā eternā custodit eā. Si quis michi ministrat: me sequatur. Et vbi sum ego: illic & minister meus erit. Si quis michi ministrauerit: honorificabit eū pat meus. Nunc aīa mea turbata est. Et quid dicam? Pater salui fica me ex hac hora Sed ꝓpterea veni in horā hanc. Pater clarifica nomen tuū. Venit ergo vox de celo dicēs Et clarificaui: & iterū clarificabo. Turba g̃ q stabat & audierat dicebat tonitruū esse factum. Alij aūt dicebant. Angelus ei locut? est. Rn̄dit ihesus: & dixit. Nō ꝓpter me hec vox venit: sed ꝓt vos. Nūc iudiciū ē mūdi Nunc princeps hui? mundi eicietur foras. Et ego si exaltat? fuero a tra: oīa trahā ad meipm̄. Hoc aūt dicebat: significās q̃ morte esset moritur? Respōdit ei turba. Nos audiuimus ex lege: quia xp̃s manet in eternum. Et quō tu dicis oportet exaltari filiū hom̄is? Et quis ē iste filius hominis? Dixit ergo eis ihesus. Adhuc modicū lumen est in vobis. Ambulate dū lucem habetis: vt nō vos tenebre cōprehendāt. Et qui ambulat in tenebris nescit quo vadit. Dū lucem habetis credite in lucem: vt filij lucis sitis. Hec locutus est ihesus: & abīt & abscōdit se ab eis. Cū aūt tāta signa fecisset coraz eis: nō credebāt i eū: vt sermo ysaie impleretur quē dixit. Domine q̃s credidit auditui nr̄o: et brachiū dn̄i cui reuelatū est? Propterea nō poterāt credere: q iterū dixit ysaias. Excecauit oculos eoz & indurauit coz eoz: vt nō videāt oculis & intelligāt corde & conuertāt et sanē eos. Hec dixit ysaias quādo vidit gloriam eius: & locutus est de eo. Verūtamen & ex p̄cipibus multi crediderūt in eū: sed ꝓpt̃ pharisēos non cōfitebant̃: vt & synagoga nō eicerent̃. Dilexerūt em̄ gloriā hominū magis q̃ gloriam dei. Ihesus aūt clamauit & dixit. Qui credit in me: nō credit in me: sed i eum q̃ misit me. Et qui videt me: videt eum qui misit me. Ego lux in mundū veni: vt om̄is q̃ credit in me in tenebris non maneat. Et si quis audierit verba mea & nō custodierit: ego nō iudico eum. Nō em̄ veni vt iudicem mundū: sed vt saluificez mūdū. Qui spernit me & nō accipit verba mea: habet q̃ iudicet eū. Sermo quem locutus sum: ille iudicabit eū i nouissimo die. Quia ego ex meipo nō su locutus sed qui misit me pater ipe michi mādatum dedit: quid dicā & quid loquar. Et scio: quia mādatū ei? vita eterna ē. Que ergo ego loqr: sic dixit michi pat̃ sic loquor. Ca. XIII.

Ante diez festum pasche sciēs ihesus q venit hora ei? vt transeat ex hoc mūdo ad pātez: cū dilexisset suos qui erāt i mūdo: i finē dilexit eos. Et cena facta cū dyabol? iā misisset i cor vt tradet eū iudas simōis scariothis: sciēs q oīa dedit ei pat̃ in manus et q a deo exiuit et ad deū vadit: surgit a cena & ponit vestimenta sua: et cū accepisset

lintheū ꝑcinxit se. Deinde misit aquam in
peluim: & cepit lauare pedes discipulorū: &
extergere lintheo quo erat ꝑcinctus. Venit
ergo ad simonem petrū. Et dicit ei petrus.
Dñe tu mihi lauas pedes? Respondit ihesus
& dixit ei. Quod ego facio tu nescis modo:
scies aūt postea. Dicit ei petr?. Nō lauabis mi
hi pedes ī eternū. Rñdit ei ihesus. Si nō la
uero te: nō habebis partē mecū. Dicit ei si-
mon petrus. Domine: nō tantū pedes meos
sed & manus & caput. Dicit ei ihesus. Qui
lotus est nō indiget nisi vt pedes lauet: sed est
mundus totus. Et vos mūdi estis: sed non
omnes. Sciebat em̄ q̄snā esset q̄ traderet eū.
Propterea dixit: nō estis mūdi oēs. Post
q̄ ergo lauit pedes eorū accepit vestimenta
sua: & cū recubuisset iterū dixit eis. Scitis
quid fecerim vobis? Vos vocatis me ma-
gister & domine: & bene dicitis. Sū etem̄.
Si ergo ego laui pedes vestros dominus &
magister. & vos debetis alter alterius laua-
re pedes. Exemplū em̄ dedi vobis: vt quem
admodum ego feci vobis ita & vos faciatis.
Amen dico vobis: non est seruus maior do-
mino suo neq; apostolus maior est eo qui
misit illū. Si hec scitis: beati eritis si fece-
ritis ea. Nō de ommbs vob dico. Ego scio q̄s
elegerim. Sed vt adimpleat scriptura: qui
manducat mecū panē leuabit cōtra me cal-
caneum suum. Amodo dico vobis priusq̄ fi-
at: vt cū factū fuerit credatis quia ego sum
Amen amen dico vobis: qui accipit si quez
misero me accipit. Qui aūt me accipit: acci-
pit eū qui me misit. Cū hec dixisset ihesus
turbatus est spū: & ꝓtestatus est & dixit:
Amē amē dico vobis: q̄ vnus ex vobis tra-
det me. Aspiciebāt ergo adinuicē discipuli:
hesitātes de quo diceret. Erat ergo recūbēs
vnus ex discipulis eius in sinu ihesu: quem
diligebat ihesus. Innuit ergo huic simō pe-
trus: & dixit ei. Quis est de quo dicit? Itaq;
cū recubuisset ille supra pect? ihesu: dicit ei
Dñe q̄s est? Rñdit ihesus. Ille est cui ego
intinctū panez porrexero. Et cū intinxisset
panē dedit inde simonis scariothis. Et post
bucellam introiuit in eū sathanas. Et dicit
ei ihesus. Quod facis fac citius. Hoc autem
nemo scuit discūbentiū: ad quid dixerit ei.

hamec

Quidā em̄ putabant quia loculos habebat
iudas q̄ dixisset ei ihesus. eme ea q̄ opus sūt
nob ad diez festū: aut vt egenis aliq̄d daret
Cū ergo accepisset ille bucellam: exiuit cō-
tinuo. Erat autē nox. Cum ergo exisset: di-
xit ihesus. Nūc clarificatus est filius hois:
& deus clarificatus est in eo. Si deus clari-
ficatus est in eo: & deus clarificabit eū in se
metipo: & cōtinuo clarificabit eū. Filioli:
adhuc modicū vobiscū sū. Queretis me: & sic
dixi iudeis q̄ ego vado vos nō potestis veni-
re. Et vobis dico modo. Mandatum nouū do
vobis: vt diligatis inuicez sicut dilexi vos:
vt & vos diligatis inuicem. In hoc cogno
scēt oēs q̄ discipuli mei estis: si dilectōz ha-
bueritis adinuicē. Dicit ei simō petr?. Dñe
quo vadis? Rñdit ihesus. Quo ego vado nō
potes me mō seq̄ sequeris aūt postea. Dicit ei pe-
tr?. Quare nō possuz te seq̄ mō? Aiaz meā p
te ponā. Rñdit ei ihesus. Animā tuā p me
pones? Amen amē dicotibi: nō cātabit gal-
lus donec ter me negabis.

Ca. XIIII.

Et ait discipulis suis. Nō turbet cor
vestrū neq; formidet. Creditis ī deū
& in me credite. In domo patris mei
mansiones multe sūt. Si quo minus: dixissez
vobis q̄ vado parare vobis locū. Et si abie-
ro & ꝓparauero vobis locū: iterū veniam et ac
cipiā vos ad me ipm: vt vbi ego sū & vos si-
tis. Et q̄ ego vado scitis & viā scitis. Dicit ei
thomas. Dñe nescim? q̄ vadis. Et quō pos-
sumus viam scire? Dicit ei ihesus. Ego sum
via & veritas. & vita. Nemo venit ad patrem
nisi p me. Si cognouissetis me: & patrem meū
vtiq; cognouissetis. Et amodo cognoscetis
eum: & vidistis eū. Dicit ei philipp?. Dñe
ostende nobis patrē & sufficit nobis. Dicit
ei ihesus. Tanto tempore vobiscum sū & nō co
gnouistis me. Philippe: qui videt me videt
& patrem. Quō tu dicis ostende nobis pa-
trē? Non credis q̄a ego in patre: & pater in
me est. Verba q̄ ego loquor vobis: a meipo
nō loquor. Pater aūt in me manens: ipe fe
cit opera. Nō creditis q̄ ego in patre: & pa-
ter in me est. Alioquin ꝓpter opa ipsa cre-
dite. Amen amē dico vobis: qui credit in me
opera que ego facio & ipse faciet: & maiora
horum faciet. Quia ego ad patrem vado:

& quodcūq petieritis patrē in nomine meo
hoc faciā: vt glorificet pater in filio. Si qd
petieritis me in nomine meo hoc faciaz. Si
diligitis me: mandata mea seruate. Et ego
rogabo patrem & aliū paraclitū dabit vo-
bis vt maneat vobiscū in eternū spiritū ve-
ritatis: quē mundus nō potest accipere: qa
nō videt eum nec scit eū. Vos autē cogno-
scetis eū: quia apud vos manebit: & in vo-
bis erit. Non relinquam vos orphanos: ve
niam ad vos. Adhuc modicū: & mundus
me iam nō videt. Vos aūt videtis me: quia
ego viuo & vos viuetis. In illo die vos co-
gnoscetis quia ego sum in patre meo: et vos
in me & ego ī vobis. Qui habet mādata mea
& seruat ea: ille est qui diligit me. Qui au-
tem diligit me: diliget a patre meo. Et ego
diligam eū: & manifestabo ei meipsum. Di-
cit ei iudas: non ille scariotis. Dñe quid fa-
ctum est qz manifestaturus es nobis teipm
& nō mūdo; Respondit ihesus & dixit ei. Si qs
diligit me sermonem meū seruabit: & pater
meus diliget eū. & ad eū veniem⁹: & mansi-
onē apud eū faciemus. Qui non diligit me:
sermones meos nō seruat. Et sermonē quē
audistis non est meus. sed eius qui misit me
patris. Hec locutus sū vobis: apud vos ma
nens. Paraclitus aūt spiritus sanctus quez
mittet pater in nomine meo ille vos doce-
bit omnia: & suggeret vobis oīa quecūq di-
xero vobis. Pacez reliquo vobis: pacē meā
do vobis. Non quomodo mundus dat: ego
do vobis. Nō turbet cor vestrū: neq formi-
det. Audistis qz ego dixi vob: vado & venio
ad vos. Si diligeretis me. gauderetis vtiq qz
vado ad patrem: quia pater maior me est.
Et nūc dixi vobis priusq fiat: vt cū factuz
fuerit credatis. Jam nō multa loqr vobiscū.
Venit enī pnceps mūdi huius: & in me nō
habet quicq. Sed vt cognoscat mundus qz
diligo patrem: & sicut mandatū dedit mihi
pī sic facō. Surgite eam⁹ hīc.

Ca. XV.

Ego sum vitis vera: & pater meus
agricola ē. Oēz palmitē in me nō fe
rentez fructū tollet eū: & oēm q fert
fructū purgabit eū: vt fructū plus afferat
Jā vos mūdi estis. ppt smonē quē locut⁹ sū
vob. Manete in me: & ego in vobis. Sicut
palmes nō potest ferre fructū a semetipso ni
si manserit in vite: sic nec vos nisi in me ma
seritis. Ego sū vitis: vos palmites. Qui ma
net in me & ego in eo hic fert fructū multū
quia sine me nihil potestis facere. Si quis
in me non manserit mittetur foras sicut
palmes & arescet: & colligēt eū & in ignem
mittēt & ardet. Si manseritis in me & ver
ba mea ī vob māserint: quodcūq volueritis
petetis: & fiet vobis. In hoc clarificat⁹ ē pa
ter me⁹ vt fructū plurimū afferatis: & ef-
ficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pr̄
& ego dilexi vos. Manete in dilectione mea
Si precepta mea seruaueritis manebitis in
dilectione mea: sicut & ego patris mei pce-
pta seruaui: & maneo ī ei⁹ dilectōe. Hec lo
cutus sū vobis: vt gaudiū meū in vob sit: &
gaudiū vestrum impleat. Hoc est pceptum
meū: vt diligatis inuicē sicut dilexi vos. Ma
iorē hac dilectōz nemo habet: vt animā suā
ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei
estis: si feceritis que ego pcipio vobis. Jam
non dicam vos seruos: qa seruus nescit qd
faciat dominus eius. Vos aūt dixi amicos:
quia omnia quecūq audiui a patre meo no-
ta feci vobis. Non vos me elegistis sed ego
elegi vos: & posui vos vt eatis & fructū af-
feratis: & fructus vester maneat: vt qd cūq
petieritis patrē in noīe meo det vobis. Hec
mando vobis: vt diligatis inuicem. Si mū
dus vos odit: scitote quia me priorem vobis
odio habuit. Si de mundo fuissetis: mūdus
quod suū erat diligeret. Quia vero de mundo
non estis: sed ego elegi vos de mundo: pte-
rea odit vos mundus. Memētote sermonis
mei: quem ego dixi vobis. Non est seruus
maior domino suo. Si me persecuti sunt: &
vos psequent. Si sermonez meū seruaue-
rūt: & vestrū seruabūt. Sed hec omnia fa-
cient vob propt nomē meū: quia nesciūt eū qui
misit me. Si nō venissem & locutus fuissem
eis peccatū nō haberēt. Nūc aūt excusatōz
non habent de peccato suo. Qui me odit: &
patrē meū odit. Si opera nō fecissem in eis
q nemo alius fecit: peccatū nō haberēt. Nūc
aūt & viderūt & oderūt: & me & patrē meū
Sed vt adimpleatur sermo qui in lege eor
scriptus est: qz odio habuerunt me gratis.

Cum aũt venerit paraclitus quẽ ego mittam vobis a patre ſpm̃ veritatis q̃ a patre p cedit ille teſtimoniũ phibebit ꝺ me. Et vos teſtimoniũ phibebitis: quia ab imcõ mecũ

Hec locut? ſũ vob̃ Ca. XVI. eſtis vt nõ ſcãdalizemini. Abſq; ſinagogis facient vos. Sed venit hora: vt oĩs qui interficit vos arbitret obſequiũ ſe p̃ſtare deo. Et hec facient vob̃: q̃ nõ nouerũt patrẽ neq; me. Sed hec locutus ſum vobis: vt cum venerit hora eor̃. reminiſcamini: q̃a ego dixi vobis. Hec aũt vobis ab icio non dixi. quia vobiſcũ eram. Et nũc vado ad eũ qui miſit me: & nemo ex vobis interrogat me quo vadis. Sed quia hec locutus ſum vobis: triſticia implebit cor veſtrum. Sed ego veritatem dico vobis expedit vobis vt ego vadam. Si em̃ non abiero: paraclitus non veniet ad vos. Si aut̃ abiero: mittam eũ ad vos. Et cũ venerit: ille arguet mũdũ de peccato & de iuſticia & de iudicõ. De peccato quidẽ: q̃ nõ crediderũt in me. De iuſticia vo: q̃ ad patrẽ vado: et iam nõ videbitis me. De iudicio aũt: q̃ princeps huius mũdi iam iudicatus eſt. Adhuc multa habeo vobis dicere: ſed nõ poteſtis portare modo. Cum aũt venerit ille ſpiritus veritatis: docebit vos omnẽ veritatẽ. Non em̃ loquet a ſemetipo: ſed quecũq; audiet loquetur: & que ventura ſũt annũciabit vobis. Ille me clarificabit: q̃ de meo accipiet: et annũciabit vob̃ omnia quecũq; habet pater mea ſunt. Propterea dixi q̃ de meo accipiet: & annũciabit vob̃. Modicũ & iã nõ videbitis me: & iterũ modicũ & videbitis me: q̃ vado ad patrez. Dixerũt ergo ex diſcipulis eius adinuicez. Quid eſt hoc q̃ dicẽ nob̃ modicũ & nõ videbitis me: & iterum modicũ & videbitis me quia vado ad patrem? Dicebant ergo. Quid eſt hoc quod dicit modicũ. Neſcimus quid loquit. Cognouit aũt ihesus q̃ volebant eũ interrogare dixit eis. De hoc queritis inter vos quia dixi modicũ & non videbitis me: & iterũ modicũ & videbitis me. Amẽ amẽ dico vobis: q̃ plorabitis & flebitis. vos mũdus autẽ gaudebit. Vos autẽ cõtriſtabimini: ſ triſticia veſtra vertet in gaudiũ. Mulier cũ parit triſticiã habz: q̃ venit hora ei?

Hames

Cum autem peperit puerũ iam nõ memini triſſure ꝓpter gaudium: q̃ natus eſt homo in mundũ. Et vos igit nũc quidez triſticiã habetis. Iterũ autẽ videbo vos & gaudebit cor veſtrũ: & gaudiũ veſtrum nemo tollet a vobis. Et in illo die me nõ rogabitis quicq̃ Amẽ amẽ dico vobis: ſi quid petieritis p̃z in nomine meo dabit vobis. Vſq; modo nõ petiſtis quicq̃ in noie meo. Petite & accipietis: vt gaudium veſtrum ſit plenũ. Hec in ꝓuerbiis locutus ſũ vobis. Venit hora: cum iam nõ in ꝓuerbiis loquar vobis: ſed palam de p̃re meo annũciabo vob̃. in illo die in noie meo petetis. Et nõ dico vobis: q̃ ego rogabo patrẽ de vob̃. Ipſe em̃ pater amat vos q̃a vos me amaſtis: & credidiſtis q̃a a deo exiui. Exiui a p̃re & veni in mundũ: iterũ relinquo mundũ: & vado ad patrẽ. Dicũt ei diſcipuli ei? Ecce nũc palã loqueris: & ꝓuerbiũ nullũ dicis. Nũc ſcim? q̃ ſcis oĩa: & nõ opus eſt tibi vt q̃s te interroget. In hoc credimus: quia a deo exiſti. Rñdit eis ihesus. Modo creditis. Ecce venit hora: & iã venit vt diſpergamini vnuſq̃ſq; in ꝓpria: & me ſolũ relinq̃tis. Et nõ ſũ ſol? q̃ p̃ mecũ ẽ. Hec locutus ſũ vobis: vt in me pacem habeatis. In mundo preſſuram habebitis: ſed cõfidite: ego vici mundũ.

Capi. XVII.

Hec locut? eſt ihesus: & ſubleuatis oculis dixit. Pater venit hora: clarifica filiũ tuũ: vt filius tuus clarifi cet te. Sicut dediſti ei poteſtatẽ oĩs carnis vt oẽ q̃ dediſti ei det eis vitã eternã. Hec ẽ aũt vita eterna: vt cognoſcant te ſolũ deum verũ: & quẽ miſiſti ihesũ criſtũ. Ego te clarificaui ſup terrã: opus conſumaui: q̃ dediſti mihi vt faciã. Et nũc clarifica me tu pater apud temetipm: claritate quã habui priuſq̃ mũdus eſſet aput te. manifeſtaui nomẽ tuũ hominibus: quos dediſti mihi de mũdo. Tui erant: & mihi eos dediſti: & ſermonem tuũ ſeruauerunt. Nunc cognouerũt: quia oĩa que dediſti mihi abs te ſũt Quia v̂ba q̃ dediſti mihi dedi eis: & ipi acceperũt & cognouerũt vere q̃ a te exiui: & crediderũt q̃ tu me miſiſti. Ego p eis rogo. Nõ p mũdo rogo: ſ p his q̃s dediſti mihi: q̃ tui ſũt. Et mea omnia tua ſũt: & tua mea ſũt: & clarificat?

sum in eis. Et iã nõ sũ in mũdo: & hij in mũ
do sũt: & ego ad te venio. Pater sãcte serua
eos in nomine tuo quos dedisti mihi: vt sint
vnum sicut & nos. Cum essem cum eis: ego
seruabam eos in nomine tuo. Quos dedisti
mihi ego custodiui: & nemo ex eis perijt ni
si filius pditionis: vt scriptura impleatur.
Nũc aũt ad te venio: & hec loquor in mũdo:
vt habeãt gaudiũ meũ impletũ in semetipis
Ego dedi eis sermonẽ tuũ: & mũdus eos o-
dio habuit: q non sũt de mundo sicut & ego
non sũ de mundo. Non rogo vt tollas eos de
mũdo: sed vt tuues eos a malo. De mũdo nõ
sunt: sicut & ego non sum de mundo. San-
ctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas
est. Sicut tu me misisti in mũdũ: ita & ego
misi eos in mũdum. Et p eis ego sanctifico
meipm: vt sint & ipi sanctificati in veritate
Nõ p eis aũt rogo tantũ: s & p eis q credi-
turi sũt p verbũ eorũ in me: vt omnes vnũ sint
sicut tu pr in me & ego in te. vt & ipi in no-
bis vnũ sint: vt credat mũdus q tu me mi-
sisti. Et ego claritatem quã tu dedisti mihi
dedi eis: vt sint vnũ sicut & nos vnũ sum?.
Ego in eis & tu in me: vt sint cõsũmati in vnũ
& cognoscat mũdus q tu me misisti: & dilexi
sti eos sicut & me dilexisti. Pater: qs dedisti
mihi volo vt vbi sũ ego & illi sint mecũ: vt
videãt claritatẽ meã quã dedisti mihi: q di
lexisti me añ cõstitutõ mũdi. Pater iuste:
mũdus te nõ cognouit. Ego aũt te cognoui
& hij cognouerũt q tu me misisti. Et notũ fe
ci eis nomẽ tuũ et notũ faciã: vt dilectõ q di
lexisti me in ipis sit: & ego in ipis.

Hec cũ dixisset ihesus Ca. XVIII.
egressus ẽ cũ discipulis suis trãs torrẽtem
cedrõ vbi erat ortus in quẽ introiuit
ipe & discipuli eius. Sciebat aũt & iudas
q tradebat eũ locũ: q frequẽt ihesus cõvene-
rat illuc cũ discipulis suis. Judas g cũ accepis
set cohortẽ & a pontificibus & phariseis minis
tros: venit illuc cũ lanternis & facibus & ar-
mis. Jhesus itaq sciẽs oia q ventura erãt su
per eũ pcessit & dixit eis. Quẽ quritis? Rñderũt
ei. Jhesũ nazarenũ. Dicit eis ihesus Ego sũ
Stabat aũt & iudas q tradebat eũ cũ ipsis.
Vt ergo dixit eis ego sũ: abierũt retrorsũ.
& ceciderũt in terrã. Jterũ ergo interrogauit
eos. Quẽ queritis? Illi aũt dixerũt. Ihesum
nazarenũ. Respondit ihesus. Dixi vobis: qa
ego sũ. Si g me quritis: sinite hos abire. Vt
impleret sermo quem dixit: quia qs dedisti
mihi non pdidi ex eis quenq. Simon ergo
petrus habens gladiũ eduxit eũ: & percussit
pontificis seruũ. & abscidit eius auriculam
dextrã. Erat aũt nomen seruo malchus. Di-
cit g ihesus petro Mitte gladiũ tuũ in vagi-
nã. Calicẽ quem dedit mihi pr: nõ vis vt bi-
bam illũ. Coors aũt & tribunus & ministri
iudeorũ cõphenderũt ihesũ: & ligauerunt eũ
& adduxerũt eũ ad annã primũ. Erat enim so
cer cayphe: q erat pontifex anni illius. Erat
aũt cayphas qui cõsiliũ dederat iudeis: quia
expedit vnum hoiem mori p populo. Seque
batur aũt ihesũ simon petrus: & alius discipu-
lus. Discipulus aũt ille erat notus põtifici.
& introiuit cũ ihu in atriũ põtificis. Petrus
aũt stabat ad hostiũ foris. Exiuit g alius di
scipulus qui erat notus põtifici: & dixit hos-
tiarie: & introduxit petrũ. Dicit g petro
ancilla hostiaria. Nũquid & tu ex discipu-
lis es hois istius? Dicit ille. Nõ sũ. Stabant
aũt serui & ministri ad prunas q frigus erat
& calefaciebãt se Erat aũt cũ eis & petrus:
stãs & calefaciẽs se. Pontifex g interroga-
uit ihesũ de discipulis suis: & doctrina eius.
Rñdit ei ihesus. Ego palam locutus sũ mũ-
do. Ego semp docui in synagoga. & in tẽplo
q omnes iudei cõuenerũt: & in occulto locutus
sũ nihil. Quid me interrogas? Interroga eos
qui audierunt: quid locutus sim ipsis: Ecce
hij sciũt: que dixerim ego. Hec autẽ cũ di-
xisset: vnus assistens ministrorũ dedit ala-
pam ihesu dicẽs. Sic respondes põtifici? Rñ
dit ei ihesus. Si male locutus sũ: testimoniũ
phibe de malo. Si autem bñ: quid me cedis?
Et misit eũ annas ligatum ad cayphan põ-
tificẽ. Erat aũt simon petrus stans: & cale-
faciẽs se. Dixerũt ergo ei. Nũquid & tu ex
discipulis eius es? Negauit ille & dixit. Nõ
sũ. Dicit ei vnus ex seruis põtificis: cogna-
tus eius cuius abscidit petrus auriculam.
Nonne ego te vidi in orto cũ illo. Jterũ er-
go negauit petrus: & statim gallus cãtauit.
Adducũt g ihm ad caiphã in prtoriũ. Erat
autem mane. Et ipsi nõ introierũt in prtoriũ

vt non cõtaminarent: sed manducarent pascha. Exiuit ergo pilatus ad eos foras & dixit. Quam accusationez affertis aduersus hominẽ hunc? Rñderũt: & dixerunt ei. Si nõ esset hic malefactor: nõ tibi tradidissem? eũ Dicit ergo eis pilatus. Accipite eũ vos: & scd̃m legez vestrã iudicate eũ. dixerũt ergo ei iudei. Nobis non licet interficere quenq̃. vt sermo ihesu impleret quẽ dixit: signifi cans q̃ morte esset moriturꝰ. Introiuit ergo iterũ in ptoriũ pilatus: & vocauit ihesum: & dixit ei. Tu es rex iudeoꝝ? Rñdit ihesus A temetipso hoc dicis: an alij dixerũt tibi de me? Rñdit pilatus. Nũquid ego iudeus sum Gens tua & pontifices tradiderũt te mihi. Quid feci sti? Respondit ihesus. Regnũ meum nõ est hinc. Si ex hoc mũdo esset regnũ meũ: ministri mei vtiq; decertarent vt nõ traderer iudeis. Nunc autẽ regnũ meum nõ est hinc. Dixit itaq; ei pilatus. Ergo rex es tu? Rñdit ihesus. Tu dicis: qꝛ rex sũ ego. Ego in hoc natus sũ: & ad hoc veni in mundũ: vt testimoniũ phibeã veritati. Oĩs q̃ ẽ ex veritate audit vocẽ meã. Dicit ei pila tus. Quid est veritas. Et cũ hoc dixisset: iterũ exiuit ad iudeos: & dicit eis. Ego nullam inuenio in eo causam. Est autẽ cõsuetudo vobis: vt vnũ dimittã vobis in pascha. Vultis ergo dimittam vobis regẽ iudeoꝝ? Clamauerũt q̃ rursũ oẽs dicẽtes. Nõ hũc sed barraban Erat autẽ barrabas latro. Ca. XIX.

Vnc ergo apprehendit pilatus ihesum: & flagellauit. Et milites plectẽtes coronã de spinis imposuerunt capiti ei?: & veste purpurea circũdederũt eũ Et veniebãt ad eũ: & dicebãt. Aue rex iudeoꝝ. Et dabãt ei alapas. Exiuit iterꝝ pilat? foras & dicit eis Ecce adduco vob̃ eũ foras: vt cognoscatis quia nullã inuenio in eo causã. Exiuit ergo ihesus portans spineã coronã: & purpureũ vestimentũ. Et dicit eis. Ecce homo. Cum ergo vidissent eum põtifices & ministri clamabant dicẽtes. Crucifige: crucifige eũ. dicit eis pilatus. Accipite eũ vos: & crucifigite. Ego enim non inuenio in eo causam. Responderũt ei iudei. Nos legẽ habem?: & scd̃m legẽ debet mori: qꝛ filiũ dei se fecit. Cũ ergo audisset pilatus hũc sermonẽ: magis timuit. Et ingressus est in ptoriũm iterũ: & dicit ad ihesu. Vnde es tu? Ihesus aũt responsũ nõ dedit ei. Dicit ergo ei pilat? Mihi non loqueris? Nescis quia potestatem habeo crucifigẽ te: & potestatẽ habeo dimittere te? Respondit ihesus. Nõ haberes potestatẽ aduersũ me vllã: nisi tibi datũ esset desuper. Propterea q̃ me tradidit tibi maius peccatũ habet. Et exinde querebat pilat? dimittere eũ. Iudei aũt clamabãt dicẽtes. Si hũc dimitis nõ es amicus cesaris. Omnis enim qui se regem facit contradicit cesari. Pilatus autẽ cũ audisset hos sermones adduxit foras ihesũ & sedit pro tribunali in loco q̃ dicit lithostratos. hebraice autez gabatha. Erat autẽ parasceue pasche: hora quasi sexta: & dicit iudeis. Ecce rex vester. Illi autẽ clamabant. Tolle tolle crucifige eũ. Dicit eis pilat?. Regẽ vestrum crucifigã. Rñderunt pontifices. Nõ habemus regẽ: nisi cesarẽ. Tũc ergo tradidit eis illũ: vt crucifigeret. Susceperũt aũt ihesũ: & eduxerũt. Et bajulãs sibi crucẽ exiuit in eũ qui dicit calvarie locũ hebraice golgotha. Vbi crucifixerũt eum: & cum eo alios duos hinc & hinc: medium aũt ihesũ. Scripsit aũt & titulũ pilatus: & posuit sup crucem. Erat aũt scriptũ: ihesus nazarenus rex iudeoꝝ. Hũc ergo titulũ multi iudeoꝝ legerũt: qꝛ prope ciuitatez erat locus vbi crucifixus est ihesus. Et erat scriptum hebraice grece et latine. Dicebãt q̃ pilato põtifices iudeorum. Noli scribere rex iudeoꝝ: sed quia ipse dixit: rex sum iudeoꝝ. Rñdit pilat?. Quod scripsi scripsi. Milites ergo cũ crucifixissent eũ acceperũt vestimenta eius: & fecerũt q̃tuor partes: vnicuiq; militi ptẽ: & tunicã. Erat aũt tunica incõsutilis: desup cõtexta p totũ. Dixerũt ergo ad inuicẽ. Nõ scindam? eam. sed sortiamur de illa cuius sit. Vt scriptura impleret dicẽs. Partiti sũ vestimẽta mea sibi: & in vestem meã miserũt sortẽ. Et milites quidez hec fecerũt. Stabãt aũt iuxta crucẽ ihesu mater eius & soror matris eius maria cleophe & maria magdalene. Cũ vidisset q̃ ihesus matrẽ & discipulũ stantẽ quẽ diligebat: dicit matri sue. Mulier: ecce filius tuus. Deinde dic discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam

Johannes

discipulus in sua. Postea sciēs ihesus quia omnia cōsūmata sūt: vt cōsumaret scriptura dicit. Dicio. Vas g erat positū aceto plenū Illi aūt plenā aceto spongiā ysopo circūponentes: obtulerunt ori eius. Cum ergo accepisset ihesus acetum dixit. Consummatū est. Et inclinato capite tradidit spiritū. Judei g qm parasceue erat vt non remanerēt in cruce corpa sabbato: erat em magn? dies ille sabbati: rogauerūt pilatū vt frangerēt eor crura & tollerēt. Venerūt g milites & pmi quidē fregerūt crura: & alteri? q crucifixus est cū eo. Ad ihesū cū venissent vt viderūt eū iam mortuū nō fregerūt eius crura: sed vnus militū lancea lat? eius aperuit: & cōtinuo exiuit sanguis & aqua. Et qui vidit testimoniū phibuit & verū est testimoniū ei?. Et ille scit quia vera dicit: vt & vos credatis. Facta sūt em hec: vt scriptura impleret. Os nō cominuetis ex eo. Et itrū alia scriptura dicit. Videbūt i quē trās fixerūt. Post hec aūt rogauit pilatū ioseph ab arimathia eo q eēt discipulus ihesu: occultus aūt pter metū iudeor: vt tolleret corpus ihesu. Et pmisit pilat?. Venit g: & tulit corpus ihesu. Venit aūt & nicodem? qui venerat ad ihesum nocte pmū: ferens mixturam mirre & aloes quasi libras centum. Acceperūt ergo corpus ihesu: & ligauerūt eū limtheis cū aromatibo sicut mos ē iudeis sepelire. Erat aūt in loco vbi crucifixus est ortus: & in orto monumentū nouū in q nō: dū quisq positus erat. Ibi g pt parasceuē iudeor: q iuxta erat monumentū posuert

Ia aūt sabbati. Ca. XX. ihm. maria magdalene venit mane cū adhuc tenebre eēnt ad monumētuz: & vidit lapidē sublatū a monumento. cucurrit ergo & venit ad simonē petrū & ad aliū discipulū quē amabat ihesus: & dic illis. Tulerūt dnm de monumēto: & nescim? vbi posuerūt eū. Exit g petrus & ille alius discipulus: & venert ad monumentū. Currebāt aūt duo simul: & ille alius discipulus precucurrit citius petro: & venit pmus ad monumentū Et cū se inclinasset vidit posita limtheamina: nō tamē intrauit. Venit ergo simō petrus sequēs eū: & intrauit in monumētū.

Et vidit limtheamina posita: & sudariū qđ fuerat sup caput eius non cū limtheaminibo positū: sed separatiz: inuolutū in vnū locū. Tūc ergo intrauit & ille discipul? q venerat primus ad monumentū: & vidit & credidit. Nondū em sciebant scripturā: q oportuerat eū a mortuis resurgere. Abierunt ergo iterz discipuli ad semetipsos. Maria aūt stabat ad monumentū foris plorans. Dū ergo fleret: inclinauit se & pspexit in monumentū. Et vidit duos angelos in albis sedentes vnū ad caput & vnū ad pedes: vbi positum erat corpus ihesu. Dicūt ei illi. Mulier quid plorasi Dicit eis. Quia tulerūt dnm meū: & nescio vbi posuert eū. Hec cū dixisset cōuersa est retrorsū: & vidit ihesū stātez: & non sciebat q ihesus ē. Dic ei ihesus. Mulier qđ plorasi Quē qris. Illa existimās q ortulan? eēt: dic ei. Dne: si tu sustulisti eū dicito mihi vbi posuisti eū: & ego eū tollam. Dicit ei ihesus. Maria. Cōuersa illa dic ei. Rabboni qđ dicit mgr. Dic ei ihesus. Noli me tāgere. Nōdū em ascēdi ad pārez meū. Vade autē ad frēs meos: & dic eis. Ascendo ad pārez meū & patrem vestrū: deū meū & deum vestrū. Venit maria magdalene anūcians discipulis qa vidi dnm: & hec dixit mihi. Cum ergo sero eēt die illo vna sabbatoz & fores essent clause vbi erant discipuli congregati pter metum iudeor: venit ihesus & stetit in medio & dixit eis. Pax vob. Et cū hoc dixisset: ondit eis man? & latus. Gauisi sūt ergo discipuli: viso dño. Dixit ergo eis iterū. Pax vobis. Sicut misit me pat: & ego mitto vos. Hec cū dixisset insufflauit: & dic eis. Accipite spiritū sanctū. Quor remiseritis peccata remittūt eis: et quor retinueritis retenta sūt. Thomas aūt vnus ex duodecim qui dicit didimus nō erat cū eis quādo venit ihesus. Dixerūt ei alii discipuli. Vidimus dominū: Ille aūt dixit eis. Nisi videro in manibo eius fixurā clauor & mittā digitū meum in locū clauor: & mittā manū meam in latus eius: nō credā. Et post dies octo iterz erant discipuli eius intus: & thomas cū eis. Venit ihesus ianuis clausis: & stetit in medio & dixit eis. Pax vob. Deide dic thome Infer digitū tuū huc et vide manus meas: et

affer manū tuā & mitte in lat⁹ meū: & noli esse incredulus sed fidelis. Rñdit thomas & dixit ei. Dominus meus: & deus meus. Dicit ei ihesus. Quia vidisti me thoma credidisti: beati q̄ nō viderūt & crediderūt. Multa quidem & alia signa fecit ihesus in cōspectu discipulorū suorū: q̄ nō sūt scripta ī libro hoc Hec aūt scripta sūt vt credatis quia ihesus est xp̄us filius dei: & vt credentes vitā habeatis in nomine eius.

Capi. XXI.

Postea manifestauit se iterū ihesus ad mare tiberiadis. Manifestauit aūt sic. Erant simul simon petrus & thomas q̄ dicit̄ didim⁹ & nathanael q̄ erat a chana galilee: & filij zebedei: & alij ex discipulis eius duo. Dicit eis simō petr⁹. Vado piscari. Dicūt ei. Venim⁹ & nos tecū. Et exierūt & ascēderūt ī nauim: & illa nocte nihil prēdiderūt. Mane aūt iā facto stetit ihesus in littore: nō tn cognouerūt discipuli q̄ ihesus est. Dicit g̃ eis ihesus. Pueri: nūq̄d pulmētariū habetis? Rñderūt ei. Nō. Dicit eis. Mittite in dexterā nauigij rete: & inuenietis. Miserūt ergo: & iam nō valebāt illud trahere pre multitudine pisciū. Dicit ergo discipulus ille quē diligebat ihesus petro. Dñs est. Simon petr⁹ cum audisset q̄ dñs est. tunica succinxit se erat em̃ nudus) & misit se in mare. Alij aūt discipuli nauigio venerūt. Non em̃ longe erant a terra sed quasi cubitis ducētis trahentes rete piscium. Vt ergo descēderūt in terrā viderūt prunas positas: & piscē suppositū & panē. Dicit eis ihesus. Afferte de piscibus quos prēdidistis nūc Ascendit simon petrus & traxit rete in terrā: plenū magnis piscibus centū quinq̄ginta tribus. Et cū tanti essent: nō est scissum rete. Dicit ei ihesus. Venite prādete & nemo audebat discumbentiū interrogare eū tu quis es: sciētes q̄ dñs est. Et venit ihesus & accepit panē & dabat eis: & piscē similiter. Hoc iā tercio manifestatus est ihesus discipulis suis: cū resurrexisset a mortuis. Cū g̃ prādissent dixit simoni petro ihesus. Simon iohānis diligis me plus hijs? Dicit ei. Etiā dñe tu scis: q̄ amo te. dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit iterum. Simon iohannis diligis me? Ait illi. Etiā domine tu scis: quia amo te. Dicit ei iterū. Pasce agnos meos. Dicit ei tercō. Simon iohannis amas me? Contristatus est petrus q̄ dixit ei tercio amas me & dicit ei. Dñe tu omnia nosti: tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce oues meas. Amen dico tibi: cū esses iunior cingebas te & ambulabas vbi volebas. Cū aūt senueris extendes manus tuas: & alius te cinget: & ducet quo tu nō vis. Hoc aūt dixit: significās qua morte clarificaturus eēt deū. Et cū hoc dixisset: dicit ei. Sequere me. Conuersus petrus vidit illū discipulū quē diligebat ihesus sequentē q̄ & recubuit in cena sup pectus ei⁹ & dixit: dñe q̄s est q̄ tradet te. Hūc ergo cū vidisset petr⁹: dicit ihesu. Dñe: hic aūt quid Dicit ei ihesus. Sic eū volo manere: donec veniam. Quid ad te. Tu me sequere. Exiit g̃ ꝑmo iste inter fratres: q̄ discipulus ille nō moriet̃. Et nō dixit ei ihesus nō moriet̃: ꝟ sic eū volo manē donec veniā. q̄d ad te Hic est discipul⁹ ille q̄ testimoniū phibet de hijs & scripsit hec. Et scimus: q̄ verū ē testimoniū ei⁹. Sūt aūt & alia mlta q̄ fecit ihesus: q̄ si scribāt̃ p singula nec ipm arbitror mū dū capere posse eos qui scribendi sūt libros

Explicit euāgeliū scd̄m iohannē. Incipit pfacō scī hieronimi ī oēs epl̄as scī pauli

Primū queriē: q̄re post euangelia q̄ supplementū legis sūt & in quibus nobis exēpla & p̄cepta viuendi plenissime digesta sunt: voluerit apostolus has epistolas ad singulas ecc̄ias destinare. Hac aūt causa factū videt̃ vt scī initia nascētis ecc̄ie nouis causis existētibus p̃uenirēt & vt p̃ntia atq̄ oriētia resecaret vicia: & p⁹ futuras excluderet q̃stiones: exēplo ꝓpheta rū. q̄ post editā legē moysi in q̄ oīa dei mandata legebant̃ nihilominus tamen doctrina sua reduiua semp populi cōpressere peccata & ꝓpter exemplū viuendi libros ad nostrā etiam memoriam transmiserunt. Deinde q̃ritur: cur nō amplius q̃ decem epistolas ad ecclesias scripserit. Decem sūt em̃ cum ea q̄ dicit̃ ad hebreos: nā reliquę quatuor ad discipulos specialiter sūt porrecte. Vt oñderet nouū nō discrepare a veteri testamēto. et se contra legē nō facere moysi ad numerum

primoꝝ decalogi mandatoꝝ suas epistolas destimauit: & quot ille p̃ceptis a pharaone instituit liberatos: totidez epistolis a diabo li & ydolatrie seruitute edocet acquisitos. Nam & duas tabulas lapideas: duoꝝ testa mentoꝝ figurā habuisse. viri eruditissimi tra diderunt. Epistolam sane que ad hebreos scribit quidā pauli nō esse affirmant. eo qꝫ nō sit eius noīe titulata. & ꝓpter ꝑmonis sti ligꝫ distantiā: sed aut barnabe iuxta tertul: lianū aut luce iuxta quosdam: vel certe cle mētis discipuli apostoloꝝ & episcopi roma ne ecclesie post apostolos ordinati. Quibo re spōdendū est: si ꝓpterea pauli nō erit qꝫ eius nō habet nomē: g̃ nec alicuius erit: qꝫ nulli? nomine titulatur. & si inconueniens absur: dūꝫ est: ipsius magis eē credenda est q̃ tā: to doctrine sue fulget eloq̃o. Sed qm̃ apud hebreoꝝ ecclesias quasi destructor legis fal: sa suspicione habebat: voluit tacito nomine de figuris legis. & veritate cristi reddere ra tiōz: ne odiū noīs. fronte p̃lati. vtilitatē ex: cluderet lectionis. Nō est sane mirū si eloquē tior videt in ꝓprio: id est ebreo qꝫ in peg̃no id est in greco: quo cetere epistole sūt scri: pte ꝑmone. Mouet etiā quosdam quare ro: manoꝝ epistola in primo sit posita: cū eā nō p̃mo scriptā ratio manifestet. Nā hāc sep: ficiscētē iherosolimā scripsisse testat cū corī thios et alios iā añ vt ministeriū quod secū portaturus erat colligerent litteris adhor: tus sit. Qꝫ inde intelligi quidā volūt ita om nes epistolas ordinatas: vt prima poneret quamuis posterior fuerit destimata: vt per singulas epistolas gradibo ad pfectiora ve: niret. Romanoꝝ namqꝫ plericꝫ tam rudes erāt: vt nō intelligerēt dei se gratia. & nō su is meritis eē saluatos: & ob hoc duo inter se populi cōflictarēt. Idcirco illos indigē as: serit corrigi. vitia gentilitatis p̃ora cōme: morans. Corinthijs aūt iam dicit scientie gratiam eē cōcessam: & non tam oēs increpat: q̃ cur peccātes increpauerūt reꝓhendit sicut ait. Audit inter vos formicatio. Et ite rū. Congregatis vobis cū meo spū tradere huiusmodi sathane. In scda vero laudant: & vt magis ac magis ꝓficiant cōmonent. Galathe vero iā nullius crimīis arguūt: nisi hoc tantū. qꝫ callidissimis pseudo apostolis credidērūt. Ephesij sane nulla reprehen sione sed multa laude sūt digni: qꝫ fidez apo: stolicā seruauerūt. Philipenses etiā multo magis collaudantur: qui nec audire quidem falsos apostolos voluerūt. Thessalonicēses nihilomin? in duabo epistolis omni laude ꝓ sequit: eo qꝫ nō solū fidem inconcussam ser: uauerint veritatis: sed etiā in psecutione ci uiū fuerint constantes inuenti. Colossenses aūt tales erāt: vt cū ab apostolo visi corpora liter nō fuissent: hac laude digni haberent. Et si corpore inquit absens sum: sed spiritu vobiscū sum gaudens. & videns ordinē vīm De hebreis vero quid dicendum est. quoꝝ thessalonicenses q̃ plurimū laudati sūt. imi: tatores facti eē dicunt: Sicut ipse ait. Et vos fratres imitatores facti estis ecclesiaꝝ dei que sūt in iudea: eadem em̃ passi estis & vos a cōtribulibo vestris: que & illi a iudeis Apud ipsos qꝫ hebreos eadez cōmemorat di cēs. Nā & victis cōpassi estis: & rapinā bo noꝝ vīoꝝ cū gaudio suscepistis: cognoscē: tes vos habē meliorē & manentē substātiā.

Explicit plog? generalis in oēs epistolas.
Incip̃. plog? specialis i epistolā ad roma.

Romani sūt qui ex iudeis & gē tibo crediderūt. Iō ꝫ supba cō: tētōe volebāt se alterutꝝ sup: ponē. Nā iudei dicebāt. Nos sum? popul? dei. qꝫ ab initio dilexit & fouit: nos circūcisi ex genē abra: hā. sācta descēdim? ex stirpe: & notus retro apud iudeā tantū de?. Nos de egipto figmis dei & vtutibo liberati mare sicco ptrāsiim? pede cū inimicos nros g̃uissimi fluct? inolu erūt. Nob̃ pluit māna dñs i deserto: & q̃si fi lijs suis celeste pabulū ministrauit Nos die noctuꝫ i colūna nub̃ igniſq̃ p̃cessit: vt nob̃ in muio iter oñderet. Atqꝫ vt cetera eius cir ca nos immēsa bñficia taceamus: nos soli de gmi fuim? dei legē accipe. & vocē dei loquē: tis audire: eiusqꝫ cognoscē voluntatē. In q̃ lege nobis ꝓmissus est cristus: ad q̃s etiam ipse se venisse testatus est dicens: non veni nisi ad oues q̃ pierāt dom? israhel: cū vos ca nes potius q̃ homines appellauerit. Equz

ne ergo est vt ydola hodie deserentes quibo ab incio deseruistis. nobis comparemini: & non pocius in pselitorum locū ex legis auctoritate & cōsuetudine deputemini. Et hoc ipm nō merebamini: nisi qa larga semp dei clementia voluit vos ad nostrā imitationez admittere. Gentes etiā ecōtrario respondebant. Quanto em maiora erga vos dei bnficia narraveritis. tanto maioris vos criminis reos eē monstrabitis. Semp em hīs ommibus extitistis ingrati. Nam ipsis pedibo quibus aridū mare transistis. ludebatis añ ydola que fecistis: & ipso ore quo paulo añ obnecē aduersariorū domino cātaueratis simulacra vobis fieri poposcistis: illis oculis quibus venerādo deū in nube vel igne cōspiscere solebatis: simulacra intuebamini. Manna qđ vob fastidio fuit: & semp ī defto cōtra dominū murmurastis: ad egiptū vñ vos mañ valida eiecerat redire cupientes. Quid plura. Ita patres vestri crebra ꝓuocatione dominū irritauerunt: vt omnes in heremo morerent: nec plus ex semoribo eoz qđ duo homines terrā repromissionis intrarēt. Hoc qđ antiqua replicamus: cū etiā si illa minime fecissetis. đ hoc solo. nemo vos dignos venia iudicaret. quod dñm cristū ꝓphetaz semp vobis vocibo repromissum nō solū suscipere noluistis sed etiam morte pessima pemistis. Quē vt nos cognouimus statim credidim?. cum nobis de eo antea non fuerit ꝓdicatū. Vnde ꝓbat: qđ ydolis seruiuimus: non obstinationi mētis: sed ignorātie deputandū. Qui enim cognitū ilico sequimur: olim vtiqđ seqremur si antea cognouissem? Dic autez vos de generis nobilitate iactatis: quasi nō morū imitacio magis qđ carnalis natiuitas filios vos faciat eē sanctoz. Demde esau et ysmahel cū de stirpe sint abrahe: minime tñ in filios reputant. Hīs taliter altercātibo. apostolus se mediū interponens: ita partiū dirimit questiones: vt neutrū eoz sua iusticia salutem meruisse confirmet: ambos vero populos & scienter & ignāter deliquisse: imdeos qđ ꝓ ꝓuaricationē legis deū inhonorauerint. gētes vo qđ cū cognitū de creatura creatorē vt deū debuerint venerari. gloriā ei? in manufacta mutauerint simulacra: vtrosqđ etiam similiter veniam cōsecutos. equales eē veracissima ratōe demōstrat: ꝑsertim cum in eadez lege ꝓdictū & iudeos & gentes ad xp̄i fidem vocandos esse oñdat. Quāobrē vicissim eos humilias ad pacē & cōcordiā cohortat.

Epl. plog? spālis. Incipit argumētū

Romani sūt partis ytalie. Hi ꝓuenti sūt a falsis apostolis: & sub noīe domini nostri ihesu cristi in legem & ꝓphetas erāt indocti. Hos reuocat apostolus ad veram & euangelicam fidem scribens eis a corintho.

Explicit argumentū. Incipit epistola beati pauli apostoli ad romanos.

Paulus seruus ihesu cristi vocatus apostol? segregatus in euangeliū dei. qđ añ ꝓmiserat ꝑ ꝓphetas suos ī scripturis sāctis de filio suo qui factus est ei ex semine dauid scđm carnem qui predestinatus est filius dei in virtute scđm spiritū sanctificationis ex resurrectione mortuoz ihesu cristi dñi nri: ꝑ quē accepimus gratiā & apostolatū ad obediendū fidei in ommibo gentibus ꝓ nomine eius: in quibo estis & vos vocati ihesu cristi: ommibo qui sūt rome dilectis dei vocatis sanctis. Gratia vobis & pax a deo patre nostro & domino ihesu cristo. Primū q̄dem gratias ago deo meo ꝑ ihesū cristū pro ommibo vobis. quia fides vra annūciatur in vniuerso mūdo. Testis em mihi est de? cui seruio in spiritu meo in euangelio filij eius. qđ sine intermissione memoriam vestri facio semp in orationibus meis obsecrans si quo mō tādez aliquādo ꝓsperū iter habeā in voluntate dei veniendi ad vos. Desidero em videre vos: vt aliquid impertiar vob gratie spiritualis ad confirmandos vos id est simul consolari in vobis per eam que inuicem est fidem vestrā atqđ meā: Nolo aūt vos ignorare fratres: quia sepe ꝓposui venire ad vos & ꝓhibitus sū vsqđ adhuc: vt aliquē fructū habeā in vobis sicut & in ceteris gētibo. Grecis ac barbaris sapientibo et insipientibus debitor sum: itaqđ quod in me ꝓmptū est & vobis q̄ rome estis euangelizare. Non enim erubesco

euangeliũ. Virtus em̃ dei est in salute omi credenti : iudeo primũ & greco · Justicia em̃ dei ī eo revelat̃ ex fide ī fidē: sicut scriptũ est. Justus aũt ex fide vivit · Revelat̃ em̃ ira dei de celo sup oēz impietatē & iniusticiā hominũ: eoz qui veritatē dei in iniusticia detinēt: q̃ qđ notũ est dei manifestũ est in illis. Deus em̃ illis revelavit · Invisibilia enim ip̃i? a creatura mũdi p ea q̃ facta sũt intellecta cōspiciunt̃: sempiterna q̃ eius virt? & divinitas: ita vt sint inexcusabiles · Quia cũ cognovissent deũ nō sicut deũ glorificarunt aut gratias egerūt: s̃ evanuerũt in cogitationibus suis : & obscuratum est insipiens cor eoz · Dicētes em̃ se eē sapientes: stulti facti sũt. & mutavervnt glorią incorruptibilis dei in similitudinē imaginis corruptibilis hoīs: & volucrũ & quadrupedũ & serpētiũ. Propter qđ tradidit illos deus in desideria cordis eoz in immundiciam: vt cōtumelijs afficiāt corpora sua in semetipsis · Qui commutaverūt veritatē dei in mendatiũ: & coluerũ & servierũ creature potius q̃ creatori: q̃ est bñdictus in secula amē. Propterea tradidit illos de? in passiones ignominie · Nā femīe eoz immutaverũ naturalē vsũ in eaz vsũ qui est contra naturā. Similit aũt & masculi relicto naturali vsu femine exarserũt in desideriis suis in invicē: masculi in masculos turpitudinē operantes: & mercedem quā oportuit erroris sui in semetipsis recipientes · Et sicut nō probaverũt deum habere ī noticia · tradidit illos deus in reprobũ sensũ : vt faciāt ea que nō cōvenit̃: repletos omni iniquitate · malicia · formicatōne · avaricia · nequitia · plenos invidia · homicidijs · cōtētione · dolo malignitate · susurrones · detractores · deo odibiles · cōtumeliosos · superbos · elatos · inventores malor · parētibo nō obedientes · insipientes incompositos · sine affectione · absq̃ fedre: sine misericordia · Qui cũ iusticiā dei cognovissent nō intellexerũt qm̃ q̃ talia agũt digni sunt morte: nō solũ qui ea faciũt: s̃ etiaz qui consentiũt facientibus.

Capi · II.

Igitur ſi coſurrexiſtis cu xpo q ſurſu ſunt querite vbi xpus eſt in dextera dei ſedens: que ſurſu ſunt ſapite: non que ſuper terram Mortui enim eſtis & vita vra abſcondita e cum xpo in deo: cu aut xps apparuerit vita vra tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria Mortificate ergo membra veſtra que ſunt ſup terra. fornicacone immundicia. libidine. cocupiſcecia mala. & auaricia. que eſt ſimulacroru ſeruitus. pter que venit ira dei ſup filios incredulitatis. i qbo et vos abulaſtis aliqn cum viueretis in illis. Nunc autez deponite & vos omia: ira indignacone maliciam blaſphemia turpem ſmone de ore veſtro Nolite mentiri inuice: expoliantes vos veterem hominem cum actibo ſuis & induentes nonu eu qui renouat in agnicone dei ſom ymagine eius qui creauit eu: vbi no e maſculus & femina getilis & iude?: circuciſio & ppucin. barbarus & ſcita. ſeruus & liber. ſ oia & in oibo xps. Induite vos ergo ſicut electi dei ſeti & dilecti viſcera miſericordie benignitatem: humilitate. modeſtiam. paciecia. ſuportates inuice & donates vobiſmetipſis ſi qs aduerſus aliqe ht querela: ſicut et dns donauit vobis ita & vos. Super oia aut hec caritate habete qd eſt vinculu perfectois. & pax xpi exultet in cordibo vris. in qua et vocati eſtis in vno corpore: & grati eſtote Verbum criſti habitet in vobis abundanter. in omi ſapiecia docetes & comonetes vosmetipſos in pſalmis ymnis & caticis ſpiritalibo in gra cantates in cordibo veſtris deo. Ome quodcumq facitis in verbo aut in opere: oia in nomine domini noſtri ihesu xpi: gracias agetes deo & patri p ipm. Mulieres ſubdite eſtote viris. ſicut oportet in domino. Viri diligite vxores vras: & nolite amari ee ad illas. Filii obedite paretibo p omnia. hoc em placitum eſt in domino Patres nolite ad iracundia prouocare filios veſtros: vt non puſillo animo fiant. Serui obedite p oia dnis canalibo: no ad oculu ſeruientes quaſi hominibus placentes. ſed in ſimplicitate cordis timentes deum. Quodcumq facitis ex animo operamini. ſicut domino & non hominibo: ſcientes qp a dno accipietis retribuconez hereditatis. Dno xpo ſeruite. Qui em iniuriam facit recipiet id quod inique geſſit: & non eſt perſonaru accepco apud deu Capitu. IIII.

Omini qd iuſtu eſt & equu: ſuis p ſtate: ſcietes qp & vos dnm habetis i celo. Orони inſtate vigilates i ea in gracia actione: orantes ſimul & pro nobis. vt deus aperiat nobis hoſtiu ſermois ad locundum miſteriu xpi: pter qd etiam vinctus ſu: vt manifeſtem illud ita vt oportet me loqui. In ſapia ambulate ad eos q foris ſunt: tempus redimentes. Sermo vr ſemper in gracia ſale ſit conditus: vt ſciatis quomodo oporteat vos vnicuiq reſpondere. Que circa me ſunt omnia vobis nota faciet tychicus cariſſimus frater & fidel mniſter

et cõseruus in domino: quem imsi ad vos ad hoc ipm vt cognoscat q circa vos sũt: & consolet corda vra cuz onesimo carissimo & fideli fratre q ex vob est: qui omnia q hic agũtur nota facient vobis. Salutat vos aristarcus cõcaptiuus meus. & marcus consobrinus barnabe. de quo accepistis mandata. Si venerit ad vos: suscipite illum. Et ihesus qui dicitur iustus: qui sunt ex circũcisione. Hij soli sũt adiutores mei in regno dei: q mihi fuerũt solacõ. Salutat vos epafras q ex vobis est seruus xpisti ihesu: semp solicitus p vob in orõibus: vt stetis perfecti & pleni in omni voluntate dei. Testimonium enim illi phibeo: q habet multũ laborem p vobis & p hijs q sũt laodicie & qui ierapoli. Salutat vos lucas medicus carissimus: & demas. Salutate fratres q sunt laodicie & nymphan: & q in domo eius est ecclesiã. Et cum lecta fuerit apud vos epistola hec. facite vt & in laodicẽsium ecclesia legatur. & eam que laodicẽsiũ est vobis legatur. Et dicite archippo. Vide ministerium qd accepisti in dño: vt illud impleas. Salutacõ mea: manu pauli. Memores estote vinculoz meoz. Gra dñi ibu vobiscuz amẽ. Expl. epla ad colosenses Incip. argumẽtũ in epistolã ad thessalonicẽses prmã.

Thessalonicenses sunt macedones: qui accepto verbo veritatis pstiterũt in fide: etiã in psecutõne ciuiũ suoz. Sceptea nec recepert falsos apl̃os: nec ea q a falsis aplis dicebant. Nos collaudat apl̃us scribẽs eis ab athenis: p tithicũ diaconũ. & onesimũ acolitũ. Expl. argumẽtũ Incip epistola prima ad thessalonicenses.

Paulus & siluanus & thimotheus: eccie thessalonicẽsiũ in deo pre nro & dño ihu ẽ sto: gra vob & pax. Gras agim? deo semp p oibus vobis memoriã vri faciẽtes in oracõnibus nris sine intermissione: memores operis fidei vestre & laboris. & caritatis. & sustinencie spei dñi nri ihesu xpi: ante deũ & patrem nostrũ. Sciẽtes fratres dilecti a deo electionez vestram: q euangelium nostrum nõ fuit ad vos in pmone tantũ sed & in virtute & in spũ sancto & in plenitudine multa: sicut scitis quales fuerimus in vobis pter vos. Et vos imitatores nri facti estis & dñi: excipientes verbũ in tribulacõne multa cum gaudio spirit? sancti: ita vt facti sitis forma omnibus credentibus in macedonia & in achaia. A vobis em diffamatus ẽ pmo dñi nõ solũ in macedonia & in achaia: sed & in omni loco fides vestra que ẽ ad deũ pfecta est. ita vt n sit nobis necesse quicq loqui. Ipsi enim de nobis anũciant qualem introitũ habuerim? ad vos: & quomodo conuersi estis ad deum a simulacris seruire deo vivo & vero: & expectare filium ei? de celis quẽ suscitauit ex mortuis ihesũ: q eripuit nos ab ira vtura.

Ca. II.

Am ipi scitis frẽs introitũ nostruz ad vos: q nõ inanis fuit: s ante passi multa & otumelijs affecti sic scitis in philippis. fiduciã habuim? in deo nro loq ad vos euãgeliũ dei in multa sollicitudine. Exhortacõ em nostra nõ de errore neq de immundicia neq in dolo: s sicut pbati sumus a deo vt crederet nobis euangeliũ ita loqmur: nõ quasi hominibus placentes. s deo q pbat corda nostra. Neq enim aliqn fuim? in pmone adulacõis sicut scitis: neq in occasione auaricie deus testis est: nec querentes ab hominibus gloriã neq a vobis neq ab alijs cum possemus vobis oneri ee vt xpisti apostoli. Sed facti sumus paruuli in medio vestrũ tanq si nutrix foueat filios suos: ita desiderantes vos cupide. volebamus tradere vobis non solum euangelium dei s etiã animas nostras: qm carissimi nobis facti estis. Memores enim facti estis fratres laboris nostri & fatigacõnis: nocte ac die operãtes. ne quem vestrũ grauaremus. predicauim? in vobis euãgeliũ dei. Vos testes estis & deus: q̃p sancte & iuste & sine querela vob q credidistis fuimus sicut scitis. qualiter vnũquẽq vrm sicut pater filios suos depcantes vos & cõsolantes: testificati sumus vt ambularetis digne deo qui vocauit vos in suũ regnũ & gloriam. Ideo & nos gracias agimus deo sine intermissione: qm cum accepisset is a nob verbũ auditus dei. accepistis illud nõ vt verbũ

hominũ sed sicut est vere vbũ dei: qui operatur in vob q credidistis. Vos enim imitatores facti estis fratres ecclesiaꝝ dei que sũt in iudea in xpo ihu: qz eadem passi estis & vos a tribulibo vestris sicut & ipi a iudeis: q et dominũ occiderũt ihm & pphetas & nos persecuti sunt: & deo non placent. & omibo hominibo aduersant: phibentes nos gentibus loq vt salue fiant: vt impleant pcta sua semper. Preuenit eñ ira dei sup illos vsq in finem. Nos aũt frẽs desolati a vobis ad tẽpus ore. aspectu non corde: abũdancius festinauim? faciem vestram videre cum multo desiderio. quoniam voluimus venire ad vos. ego quidem paulus & semel & iterũ. sed impediuit nos sathanas. Que est enim nostra spes aut gaudiũ aut corona glorie. Nonne vos ante dominũ nrm ihm xpm in aduẽtu ei? Vos eñ estis gloria nostra & gaudiũ. Capi. III.

Propter qd non sustinẽtes amplius placuit nobis remanere athenis solis & misimꝰ thimotheũ frẽm nrm & ministrũ dei in euãgelio xpi ad cõfirmãdos vos & exhortãdos p fide vra: vt nemo moueat in tribulacõibo istis. Ipsi enim scitis. q in hoc positi sumus. Nam & cum apud vos eẽmus predicebamus vobis passuros nos tribulacões: sicut & factũ est & scitis. Propterea & ego amplius non sustinẽs misi ad cognoscendã fidem vram: ne forte temptauerit vos is q temptat: & inanis fiat labor nr. Nũc aũt veniẽte thimotheo ad nos a vobis & annũciante nobis fidem & caritatẽ vraz: & q memoriã nostri habetis bonã. semp desiderantes nos videre. sicut & nos qz vos. ideo cõsolati sumus fratres. in vobis in omni necessitate & tribulacõne nra p fidem vram quoniã nũc viuimus: si vos statis in domino. Quam enim graciarum actionem possumus deo retribuere pro vobis in omni gaudio quo gaudemus ppter vos ante deũ nostrũ: nocte ac die abũdancius orantes vt videamus faciem vram & cõpleamus ea q desunt fidei vestre. Ipse aute dns & pater noster & dominꝰ ihus xps dirigat viã nrã ad vos. Vos aũ dns multiplicet: & abũdare faciat caritatez vraz in inuicẽ & in omnes: quẽadmodum & nos in vob ad confirmãda corda vra sine querela in sctitate ãte deum & patrem nrm in aduentu dñi nri ihu xpi cũ omibo sanctis eius amen

Ceterogꝫ frẽs rogam? Ca. IIII. vos & obsecramus in dño ihu: vt quẽadmodũ accepistis a nob quo oporteat vos ãbulare & placere deo sic & ãbulatis: vt abũdetis magis. Scitis enim que pcepta dederim vobis p dñm ihesum. Hec e eĩ voluntas dei sanctificacõ vestra. vt abstineatis vos a fornicacõne: vt sciat vnusquisq vestrũ vas suũ possidere in sanctificatõne & honore: nõ in passione desiderij sicut & gentes que ignorant deũ. Et ne quis supergrediatur neq circũueniat in negocio fratrẽ suũ: qm vindex est dns de hijs omibo sicut pdiximus vobis & testificati sumus. Non eñ vocauit nos deꝰ in immũdiciã: sed in sanctificacõz Itaq qui hec spernit nõ hominẽ spernit sed deũ qui etiam dedit spiritũ suũ sanctũ in nobis. De caritate aũt fraternitatis non necesse habuimus scribere vobis. Ipsi eñ vos a deo didicistis: vt diligatis inuicẽ. Etenim illud facitis in omnes fratres: in vniuersa macedonia. Rogamus autem vos fratres vt abundetis magis: & operã detis vt quieti sitis: & vt vestrũ negociũ agatis. & operamini manibo vestris sicut pcepimus vob: & vt honeste ambuletis ad eos qui foris sũt. & nullius aliqd desideretis. Nolumus aũ vos ignorare fratres de dormientibus: vt non cõtristemini sicut & ceteri qui spem non habent. Si enim credimus q ihesus mortuus e & resurrexit. ita & deus eos qui dormierũt p ihesũ adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo dñi. quia nos qui viuimus q residui sumus: in aduentu dñi nõ pueniemus eos qui dormierũt. Quoniam ipse dominus in iussu & in voce archangeli & in tuba dei descendet de celo: & mortui qui in xpisto sũt resurgẽt pmi. Deinde nos qui viuimus qui relinqmur siul rapiemur cũ illis in nubibo obuiã xpo in aera: & sic semp cum domino erimus. Itaq consolamini inuicẽ in verbis istis. Capi. V.

De tẽporibo aũt et momẽtis frẽs nõ indigetis vt scribam? vob. Ipi eñ diligẽter scitis: qz dies dñi sicut fur in nocte ita veniet. Cũ enim dixerint pax & securitas. tunc repẽtinꝰ eis supueniet interitus

ficut dolor in vtero habentis: & non effugient. Vos aũt frēs non estis in tenebris: vt vos dies illa tanq̃ fur comprehendat. Omnes enim vos filij lucis estis: & filij diei. Non estis noctis neq; tenebraꝝ. Igitur non dormiamus sicut & ceteri: ſ vigilem⁹ & sobrij simus. Qui enim dormiunt nocte dormiũt. & qui ebrij sunt nocte ebrij sũt. Nos aũt qui diei sumus sobrij simus: induti loricam fidei & caritatis & galeã spem salutis: qm̃ non posuit nos deus in irã sed in acquisitionẽ salutis p dominũ nr̃m ihesũ christũ qui mortuus ē p nobis: vt siue vigilemus siue dormiamus: simul cũ illo viuam⁹. Propter qd̃ cõsolamini inuicẽ: & edificate alterutrũ: sicut & facitis. Rogam⁹ aũt vos fratres vt noueritis eos qui laborãt inter vos & p̃sunt vobis in domino & monẽt vos: vt habeatis illos abundantius in caritate & pter opus illorum: & pacem habete cũ eis. Rogamus aũt vos fratres: corripite inquietos: cõsolamini pusillanimes. suscipite infirmos. patiẽtes estote ad omnes. Videte ne quis malũ pro malo alicui reddat: sed semp qd̃ bonum est sectamini in inuicem & in omnes. Semp gaudete: sine intermissione orate: in ommbo grãs agite. Hec ẽ enim voluntas dei in xp̃o ihesu: in ommibus vobis. Spiritũ nolite extinguere: pphetias nolite spernere. Omnia aũt pbate: qd̃ bonum est tenete: ab omni specie mala abstinete vos. Ipse aũt deus pacis sanctificet vos p omnia: vt integer spiritus vester & anima & corp⁹ sine querela in aduentu domini nr̃i ihesu christi seruetur. Fidelis ẽ deus qui vocauit vos q̃ eciã faciet. Fratres: orate p nobis. Salutate fratres omnes: in osculo sancto. Adiuro vos per dominum: vt legat epistola hec omnibo sanctis frib⁹. Gra dñi nr̃i ihu xp̃i vobiscũ amẽ.

Expl. epla pma ad thessalonicẽses Incipit argumentum in secundam epistolam.

AD thessalonicenses secundam scribit epistolam apostolus. et notũ facit eis de tpibo nouissimis & de aduersarij electoe Scribit hãc epla⁹ ab athenis p titũ dyacone & onesimum acolitum.

Explicit argumentum. Incipit epistola scda ad thessalonicẽses.

PAulus & siluanus & thimotheus: ecclesie thessalonicensium in deo patre nr̃o & domino ihesu xp̃o gratia vob̃ & pax a deo patre nostro & domino ihesu cristo

Gratias agere debemus semp deo pro vobis fratres itavt dignũ est qm̃ supercrescit fides vr̃a & abũdat caritas vnius cuiusq; vr̃m in inuicẽ: ita vt & nos ipi in vobis gloriemur in ecclesijs dei p pacietia vr̃a & fide & in omnibo psecucõmbo vestris & tribulacõmbo quas sustinetis in exẽplũ iusti iudicij dei: vt digni habeamini in regno dei pro quo & patimini si tamen iustum est apud deum retribuere retributionem his qui vos tribulant. & vobis qui tribulamini requiem nobiscum in revelacione domini ihesu de celo cum angelis virtutis eius in flamma ignis dantis vindictam his qui non nouerũt deum & qui nõ obediunt euangelio domini nostri ihesu xp̃i sti. Qui penas dabunt in interitu eternas a facie domini & a gloria virtutis eius. cum venerit glorificari in sanctis suis. & ammirabilis fieri in ommibus qui crediderunt. q̃ creditum est testimonium nostrũ super vos in die illo. In quo eciã oramus semp p vob vt dignet vos vocacõne sua vocae de⁹ & impleat omnẽ volũtatẽ bonitatis sue & opus fidei in virtute: vt clarificet nomẽ dñi nostri ihesu cristi ī vobis: & vos ī illo: scd̃m gratiã dei nostri & dñi ihesu xp̃i. Capi. II.

ROgamus aũt vos frēs p aduentũ dñi nr̃i ihesu xp̃i & nostre congregatõnis in ip̃m: vt nõ cito moueamini a vño sensu neq; terreamini neq; p spiritum neq; p sermonẽ neq; p epistolã tanq̃ p nos missam quasi instet dies domini. Ne quis vos seducat vllo modo. Quoniam nisi venerit discessio p̃mum: & reuelatus fuerit homo peccati filius pdicõnis qui aduersatur & extollit sup̃ omne qd̃ dicit deus aut quod colitur: ita vt in templo dei sedeat ostẽdẽs se tanquam sit deus. Non retinetis q̃ cũ adhuc essem apud vos hec dicebã vobis. Et nũc quid detineat scitis: vt reueletur in suo tẽpore Nam mistherium iam operatur iniquitatis: tantũ vt qui

tenet nunc · teneat: dōnec de medio fiat · Et tunc reuelabitur ille iniquus quē dominus ihesus interficiet spiritu oris sui : & destruet illustracione aduentus sui: eū cuius ē aduēt? scd̄m operacionem sathane in omni virtute & signis & pdigns mendacibo & in omni seductōne iniq̄tatis hīs qui periūt: eo q̄ caritatem veritatis nō receperūt vt salui fierent Ideo mittet illis deus operacionē erroris vt credant mendacio: vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati: sed consenserunt iniquitati · Nos aūt debemus gracias agere deo semper p̄ vobis fratres dilecti a deo : q̄ elegerit nos deus primicias ī salutem in sanctificatōne spiritus & in fide veritatis: ī quā & vocauit vos p euāgeliū nostrū in acquisitione glorie domini nostri ihesu cristi · Itaq̄ fratres state: & tenete traditiones quas didicistis: siue p sermonē siue p epistolā nr̄az Ipse aūt dominus noster ihesus xp̄s · & deus & pater noster qui dilexit nos. & dedit cōsolacionē eternā & spem bonā in gratia exhortetur corda vestra: & cōfirmet & in omni opere & sermone bono · Capitulū · III ·

De cetero fratres orate pro nobis vt sermo dei currat & clarificetur sicut & apud vos: & vt liberemur ab importunis & malis hominibus · Non em̄ omnium est fides · Fidelis autem dominus est q̄ cōfirmabit vos & custodiet a malo · Confidimus aūt de vobis fratres in domino : quoniā que p̄cipimus & facitis : & facietis · Dominus aūt dirigat corda vr̄a in caritate dei: & patientia xp̄i · Denūciamus aūt vobis fratres ī nomine domini nostri ihesu xp̄i: vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate & nō scd̄m traditionē quā acceperūt a nobis Ipse em̄ scitis quēadmodū oporteat imitari nos: quoniā nō inquieti fuim? inter vos neq̄ gratis panē māducauimus ab aliquo: sed in labore & in fatigacōne nocte & die operātes: ne quē vestrū grauaremus · Non quasi non habuerimus potestatem: sed vt nosmetipsos formā daremus vobis ad imitandum nos · Nā & cum essemus apud vos hoc denunciabamus vobis q̄m̄ si quis non vult operari: nec manducet · Audiuimus enim inter vos quosdā ambulare inquiete nichil operantes sed curiose agentes · Hīs aūtez qui eiusmōi sunt denunciamus & obsecramus in domino ihesu xp̄o: vt cū silencō operantes · suū panē manducent · Vos aūt fratres nolite deficere benefaciētes q̄ si q̄s nō obedit verbo nostro per epistolam hunc notate · & non commiscea mini cū illo vt cōfundat̄ · Et nolite quasi inimicū existimare · sed coripite vt frēz · Ipse aūt deus pacis det vobis pacē sempiternā in oīi loco · Dns cū oībo vobis · Salutacō mea manu pauli: q̄d ē signū ī oī ep̄la · Ita scribo Grā dn̄i nr̄i ihu xp̄i cū oībo vob amē

Explic̄ ep̄la scda ad tessalonicēses · Incipit argumtū ī ep̄laz ad thimotheū p̄ma

Timotheum instruit & docet de ordinacione episcopatus & dyaconi · & omnis ecclesiastice discipline · scribens ei a laoditia per titbicū dyaconem ·

Explic̄ argumētū · Incip̄ ep̄la ad thimotheū p̄ma ·

Ca · I ·

Paulus apostolus ihu xp̄i scd̄m imperiū dei saluatoris nr̄i et xp̄i ihu spei nr̄e · thimotheo dilcō filio ī fide: grā et misc̄d̄ia & pax a deo p̄re et xp̄o ihu dn̄o nr̄o. Sic̄ rogaui te vt remaneres epheси cū irem in macedoniā vt denūciares quibusdam ne aliter docerent · neq̄ intenderent fabulis & genealogiis interminatis: que questiones p̄stant magis q̄ edificacōnem dei que est ī fide · Finis aūt p̄cepti est caritas: de corde puro · & cōsciēcia bona: & fide non ficta · A quibus quidam aberrantes uersi sūt in vaniloquiū volentes ee legis doctores non intelligentes neq̄ que loquūtur: neq̄ de quibus affirmāt · Scimus aūt quia bona est lex si quis ea legitime vtatur: scientes hoc q̄ lex iusto nō ē posita s̄ iniustis & non subditis : impiis & pctoribo sceleratis & cōtaminatis patricidis & matricidis homicidis fornicariis · masculorum ucubitoribo · plagiariis · mendacibus & piuris: & si quid aliud sane doctrine aduersat̄: que est scd̄m euangeliū glorie beati dei quod creditū est mihi · Gracias ago ei qui me cōfortauit in xp̄o ihesu domino nostro: q̄

fidelem me existimauit ponēs in ministerio
qui prius blasphemus fui & psecutor & con
tumeliosus: sed misericordiā dei consecutus
sum: q ignorans feci in incredulitate. Sup
abundauit autē grā dñi nostri cum fide & di
lectōne que est in xp̄o ih̄u. Fidelis ſmo &
omni accepcōne dignus: q xp̄s ihesus
venit in hūc mūdū peccatores sāluos facere
quor primus ego sum. Sed ideo misericordi
am consecutus sum: vt in me primo ostende
ret xp̄us ihesus omnē paciēciā ad informa
tionē eor q̄ crediturī sunt illi in vitā eternā
Regi autem seculorum immortali inuisibili
soli deo honor & gloria: in secula seculorum
amen. Hoc p̄ceptū commendo tibi fili thimo
thee secūdum precedentes in te p̄phetias: vt
milites in illis bonā miliciā habens fidem &
bonam conscientiā. Quam quidā repellētes
circa fidem naufragauerūt ex quibus est hy
meneus & allexander quos tradidi sathane:
vt discāt non blasphemare. Capi. II.

Obsecro igit̄ p̄mū oīm fieri obsecra
tōnes oīones postulacōes grār actō
nes p oīb hoīb: pro regibus & oī
bus q̄ in sublimitate sunt cōstituti: vt q̄etā
& tranquillam vitam agamus in omni pie
tate & castitate. Hoc em̄ bonū est & acceptū
coram saluatore nostro deo: qui omnes homi
nes vult saluos fieri: & ad agnicionem veri
tatis venire. Vnus enim deus vnus & me
diator dei & hominū homo xp̄us ihesus. q̄
dedit redemptionem semetipsū pro ommibus
Cuius testimoniū tēporibus suis confirmatum
est: ī quo posit? sū ego p̄dicator & apostol?
Veritatē dico & nō mentior: doctor gētium
in fide & veritate. Volo ergo viros orare in
omni loco: leuantes puras manus sine ira &
disceptacione. Similiter & mulieres in ha
bitu ornato: cū verecundia & sobrietate or
nantes se & non in tortis crinibus ā auro ā
margaritis vel veste p̄ciosa: ſ quod decet
mulieres: promittentes pietatem per opera
bona. Mulier in silētio discat: cum omni sub
iectōe. Docere autem mulieri non permitto
neque dominari in virum: sed esse in silentio.
Adam em̄ primus formatus est deinde eua: &
adam non est seductus: mulier aūt seducta
in p̄uaricacōne fuit. Saluabit̄ aūt p filior
generationez: si pmanserit in fide & dilectio
ne & sc̄tificacōe cū sobrietate. Ca. III.

Fidelis ſmo. Si q̄s epatū desiderat: bo
nū opus desiderat. Oportet at episco
pū irrepr̄hensibilē ee vnius vxoris vi
rū: sobriū. ornatū. prudētē: pudicū. hospita
lem. doctorem. non vinolentum. non pcusso
rem. sed modestū. nō litigiosū. non cupidū.
sed sue domui bene p̄positū. filios habentem
subditos cum oī castitate. Si quis autem
domui sue preesse nescit: quomodo ecclesie dei
diligenciam habebit: Non neophitum: ne in
superbiam elatus in iudiciū incidat dyaboli
Oportet autem illū & testimoniū habere bo
nū ab his qui foris sūt: vt n̄ in obprobrium
incidat & in laqueū dyaboli. Dyaconos simi
liter pudicos. non bilingues. non multo vi
no deditos. non turpe lucrum sectantes: ha
bentes misteriū fidei in conscientia pura. Et
hi aūt p̄bentur p̄mum: & sic ministrēt nul
lum crimen habentes. Mulieres similit̄ pu
dicas: non detrahentes. sobrias. fideles in o
mnibus. Dyacones sint vni? vxoris viri: qui
filis suis bene presint. & suis domibus. Qui e
nim bene ministrauerint. gradū bonū sibi ac
quirent: & multā fiduciam in fide que est in
xp̄isto ihesu. Hec tibi scribo fili thimothee.
sperans me ad te venire cito. Si aūt tarda
uero: vt scias quō oporteat te in domo dei con
uersari que est ecclesia dei viui: columna &
firmamētū veritatis. Et manifeste magnū ē
pietatis sacramentū: quod manifestatū ē in
carne. iustificatū est in spiritu. apparuit an
gelis. predicatū est gentibus: creditū est in
mūdo. assumptū ē ī gloria Ca. IIII.

Spirit? aūt manifeste dicit. q̄ in no
uissimis tpibus discedēt quidā a fide.
attendētes spiritibus erroris & doctri
nis demoniorum ī ypocrisi. loquēciū mēdaciū
& cauteriatam habenciū suā cōsciam. p̄hibē
ciū nubere: abstinē a cibis quos deus creauit
ad p̄cipiendū cū gratiarū actione fidelibus.
& his qui cognouerūt veritatem. Quia oīs
creatura dei bona: & nichil reiciendum quod
cū gratiarū actione p̄cipitur. Sanctificatur
enim p verbū dei & oracionē. Hec p̄ponens
fratribus bonus eris minister cristi ihu: enu
tritus verbis fidei & bone doctrine quam

assecutus es. Ineptas autem & anles fabulas devita. Exerce aũt teipm ad pietatem. Nam corporalis exercitatõ ad modicum vtilis est pietas aũt ad omnia vtilis ẽ: pmissionem habens vite. que nũc est & future. Fidelis sermo: & omni accepcõne dignus. In hoc enim laboramus & maledicimur q̃ speramus in deũ vivũ: qui est saluator oim hominũ: maxie fideliũ. Precipe hec & doce Nemo adolescẽcia tua cõtemnat: sed exemplum esto fideliũ. in verbo. in cõuersacõe. in caritate. in fide: in castitate. Donec venio attende lectõni. exhortatõni. doctrine: Noli negligẽ gratiam que in te est: que data est tibi per pphetiam cũ impositione manuũ presbiterij. Hec meditare. in hijs esto. vt pfectus tuus manifestus sit omibo. Attende tibi & doctrine insta in illis. Hoc enim faciens. & teipsum saluũ facies: & eos q̃ te audiũt

Ca. V.

Seniorem ne increpaueris. sed obsecra vt pẽm. Juuenes vt frẽs. anus vt mres: iuuẽculas vt sorores ĩ omi castitate. Viduas honora: que vere vidue sũt: Si qua aũt vidua filios aut nepotes habet: discat pmũ domũ suã regere & mutuam vicem reddere parentibo. Hoc enim acceptus est coram deo. Que autem vere vidua est & desolata speret in deum. & instet obsecracõnibus & orõibus nocte & die. Nam que in delicijs ẽ: vivẽs mortua ẽ. Et hoc pcipe: vt irreprehensibiles sint Si quis aũt suoꝝ & maxime domesticoꝝ curam non habet. fidẽ negauit: & ẽ infideli deterior. Vidua eligatur non minus sexaginta annoꝝ. que fuerit vnius viri vxor: in operibo boms testimonium habens: si filios educauit. si hospicõ paupes recepit. si sctoꝝ pedes lauit: si retribucõꝝ patientibo sũministrauit: si omne opꝰ bonũ subsecuta est. Adolescẽtiores aũt viduas devita. Cũ enim luxuriate fuerint in xpisto nubere volunt. habentes damnationem. quia primam fidem irritam fecerunt Simul autem & ocio se discũt circuire domos: non solũ ociose sed & verbose & curiose: loquẽtes que non oportet. Volo aũt iuniores nubere. filios procreare. matresfamilias esse. nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia. Jam enim quedam cõuerse sũt retro pꝰ sathanan Si qs fidelis habet viduas ministret illis vt non grauetur eccia: vt hijs que vere vidue sũt sufficiat. Qui bene presunt presbiteri duplici honore digni habeant: maxie qui laborant ĩ verbo & doctrina. Dicit enim scriptura. Non infrenabis os boui trituranti. Et dignus est operarius mercede sua. Aduersus presbiterũ accusationem noli recipere: nisi sub duobus aut tribo testibo. Peccãtes coram oĩbo argue: vt & ceteri timorẽ habeant. Testor coram deo & xpisto ihũ & electis angelis: vt hec custodias sine pdicione: nichil faciẽs in alteram partem declinando. Manus cito nemini imposueris: neq̃ cõmunicaueris peccatis alienis. Teipm castũ custodi. Noli adhuc aquam bibere: sed modico vino vtere pp̃t stomachum tuũ & frequentes tuas infirmitates. Quorũ dã hominũ peca manifesta sunt p̃cedencia ad iudiciũ quorundã aũt subsecũt. Similiter & facta bona manifesta sũt: & que aliter se habent abscondi non possunt

Capitulum. VI.

Quicũq; sunt sub iugo serui. dominos suos oĩ honore dignos arbitrent: ne nomẽ dñi & doctrina blasphemetur Qui aũt fideles habent dños nõ cõtemnãt quia fratres sũt: ꝑ magis seruiãt q̃ fideles sũt & dilecti. q̃ beneficijs dei participes sũt. Hec doce. et exhortare. Si qs aliter docet. & nõ acq̃escit sanis sermonibo domini nri ihu xpi. & ei que scdm pietatem est doctrine: superbo nichil sciens sed languens circa questiones & pugnas verboꝝ: ex quibo oriũtur inuidie contentiones hominũ mẽte corruptoꝝ & qui veritate priuati sunt: existimantiũ questum esse pietatem. Est autem questus magnus: pietas cũ sufficientia. Nichil enim intulimus in hũc mundum: haut dubiũ q̃ nec auferre qd possumus. Habentes aũt alimenta & quibus tegamur: hijs contenti simus. Nam qui volũt diuites fieri. incidũt in temptationem & in laqueũ diaboli & desideria multa inutilia & nociua: q̃ mergũt hoies ĩ interitũ & pditionẽ. Radix enim omnium malorꝝ ẽ cupiditas: quam quidam appetentes errauerunt a fide & inseruerunt se doloribũs multis. Tu aũt o homo dei hec fuge. Sectare vo iusticiã pietatẽ. fidẽ. caritatẽ. paciẽciã. mãsuetudinẽ.

ad tīothēū

Certa bonū certamē fidei: apphebēde vitā et
nam: in qua vocatus es & cfessus bonā cfessi
onem coram multis testibo. Precipio tibi co
ram deo qui viuificat oīa & xpo ihu qui
testimoniū reddidit sub poncio pylato bonā
confessionē: vt serues mādatum sine macula
irreprehensibile vsq; in aduentum dñi ihesu
cristi: quem suis temporibo ostendet beatus
& solus potēs rex regū & dominus dñanciū
qui solus habet immortalitatez & lucem ha
bitat inaccessibilē: quē nullus hominū vidit
sed nec videre potest: cui honor & imperium
in sempiternū amē. Diuitibo huius seculi p̄
cipe non sublime sapē. neq; sperare in incerto
diuitiaz sed in deo viuo qui prestat nobis o
mnia abunde ad fruendū: bene agere: diui
tes fieri in bonis operibo: facile tribuere. com
municare. thesaurizare sibi fundamentū bo
nū in futurū: vt apprehendant verā vitā. O
thimothee depositum custodi. deuitans pro
phanas vocum nouitates & oppositiones fal
si nominis sciencie: quam quidam promittē
tes circa fidē exciderūt. Gra tecū amē.

Expl epla p̄ma ad thimotheū. Incip.
argumētū i scdaz epl̄az.

Item thimotheo scribit de ex
hortatione martirū & omnis
regule veritatis. & quid futu
rum sit temporibus nouissi
mis. & de sua passiōe: scribēs a
roma. Explicit argumētū Incip. epla
scda ad thimotheū.

Paulus apostol? ihu xp̄i p
volūtatē dei scdm p̄missionē
vite q̄ est i xpo ihu. thimo
theo carissimo filio. grā et
miscdia et pax a deo p̄re no
stro & xpo ihu dño nostro
Gras ago deo meo cui seruio a progenitori
bus meis in conscientia pura. q̄ sine inter
missione habeam tui memoriam in oratio
nibus meis nocte ac die desiderans te videre
memor lacrimarum tuarum. vt gaudio im
plear. Recordacionem accipiens eius fidei
que est in te non ficta. que & habitauit pri
mum in auia tua loide & matre tua eunice.
certꝰ sū aī q̄ & i te. Propt̄ q̄ causā amoneo
te: vt resuscites grāz dei q̄ est i te p ipōsicōez
manuū meaz. Nō em̄ dedit nob deus spiritū
timoris: sed vtutis & dilectōis & sobrietatis.
Noli itaq; erubescē testimoniū dñi nri ihu c
sti neq; me victū eiꝰ: sed collabora euāgelio se
cūdū vtutē dei. q̄ nos liberauit & vocauit vo
cacōe sua scta: nō scdm opa nra sed scdm ppo
situm suū & grāz. q̄ data ē nob i xpo ihesu āte
tpa secularia. Manifestata est aī nūc p illuīa
cōez saluatoris nostri ihesu cristi. qui destru
xit quidem mortē. illuminauit aūt vitā & im
corrupcionē p euāgēliū: in quo positus sum
ego p̄dicator & apostolus & magister gētiū
Ob quā causam etiā hec pacior: sed non con
fundor. Scio enim cui credidi: & certus sū
q̄ potens est depositū meū seruare in illū diē.
Formam habe sanoz vboz que a me audi
sti in fide & in dilectōne in cristo ihesu. Bo
nū depositū custodi: p spiritum sanctū q̄ ha
bitat in nobis. Scis enim hoc q̄ auersi sunt
a me omnes qui in asia sūt: ex quibo ē phige
lus & hermogenes. Det misericordiā dom̄?
onesifori domui: q̄ sepe me refrigerauit &
cathenā meā nō erubuit: sed cum romā venissz
sollicite me q̄siuit & inuenit. Det illi dñs inue
nire miscdiaz a deo i illa die Et quāta ephesi
mīstrauit michi tu melius nosti. Ca. II.

Tu ergo fili mi confortare in gratia
que est in xpo ihesu: & q̄ audisti a
me per multos testes hec commēda
fidelibo hominbo: qui ydonei erūt & alios do
cere. Labora sicut bonus miles cristi ihesu.
Nemo militans deo. implicat se negociis se
cularibo: vt ei placeat cui se probauit. Nam
& qui certat in agonē nō coronabit̄ nisi le
gitime certauerit. Laborātē agricolam opor
tet p̄mū de fructibo accipere. Intellige q̄ di
co: dabit enim tibi dominus in ommbus intel
lectū. Memor esto dñm ihesum xp̄m resur
rexisse a mortuis ex semine dauid secundum
euāgeliū meū in quo laboro vsq; ad vincula
quasi male operans: sed verbū dei non est al
ligatū. Ideo omnia sustineo propter electos
vt & ipsi salutē cōsequātur que est i xpo ihe
su cū gloria celesti. Fidelis ꝑmo. Nam si cō
mortui sumus. & cōuiuemus: si sustinebim?
& cōregnabimus: si negauerimus & ille ne
gabit nos: si non credimus ille fidelis pma
net: negare seipsum non potest. Hoc autem

cõmoneo testificans coram deo · Noli contendere verbis: ad nichil enim vtile ē nisi ad subuersionē audiencium · Sollicite autem cura teipsum · probabilem exhibere deo · operariū inconfusibilem: recte tractantem verbū veritatis · Prophana aũt & inaniloquia deuita · Multū enim proficiũt ad impietatē: & sermo eorum vt cancer serpit · Ex quibus ē hymeneus & philetus: q̃ a veritate exciderũt dicẽtes resurrectionem eē iam factam: & subuerterũt quorũdam fidē · Sed firmum fundamentū dei stat. habens signaculū hoc · Cognouit dominus qui sunt eius: & discedat ab iniquitate oẽis qui inuocat nomen domini · In magna autē domo nō solū sunt vasa aurea & argentea · sed & lignea & fictilia · et quedā quidem ī honorem: quedā aũt in cõtumeliā · Si quis ergo emũdauerit se ab istis · erit vas in honorem sanctificatū: & vtile dño ad omne opus bonū paratum · Juuenilia autem desideria fuge: sectare vero iusticiā fidem spem & caritatē & pacem cũ hijs qui inuocant dominū de corde puro · Stultas aũt & sine disciplina q̃stiones deuita: sciens quia generant lites · Seruū aũt dñi non oportet litigare: sed mansuetū eē ad omnes · docibilē · pacientē cum modestia corripientē eos qui resistunt veritati: nequando deus det illis penitentiā ad cognoscẽdā veritatē · & resipiscãt a diyaboli laqueis · a quo captiui tenent ad ipius voluntatem ·

Hoc aũt scito q̃ in no Ca. III ·
uissimis diebus instabũt tpa piculosa: & erũt homines seipsos amantes · cupidi · elati · superbi · blasphemi · parẽtibus nō obedientes · ingrati scelesti · sine affectione sine pace · criminatores · incõtinentes · immites · sine benignitate p̃ditores · ptui · tumidi · ceci · & voluptatū amatores magis q̃ dei: habentes speciem quidem pietatis · virtutem aũt eius abnegantes · Et hos deuita · Ex hijs enī sũt qui penetrãt domos & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis que ducunt varijs desideriis: semp discentes & nunq̃ ad sciẽciā veritatis puenientes · Quēadmodum aũt iamnes & mãbres restiterunt moysi · ita & hij restiterũt virati · homines corrupti mente · reprobi circa fidem sed vltra nō proficiẽt · Insipiẽtia enim eorũ manifesta erit oẽibus ·

sicut & illoy fuit · Tu autem assecutus es meam doctrinam · institucõy · ꝓpositū · fidem longanimitatē · dilectõnē · pacienciā · psecucões passiones: qualia michi facta sũt antiochie yconio & listris · q̃les psecucões sustinui · & ex omnibus eripuit me dominus · Et oẽs qui pie volũt viuere in xpisto ihu psecucõnē pacient · Mali aũt homines & seductores proficiẽt in peius: errantes & in errorē mittentes · Tu vero pmane in hijs que didicisti & credita sũt tibi · sciens a quo didiceris: & q̃ ab infancia sacras litteras nosti: q̃ te possunt instruere ad salutē p fidem que est in xpo ihu · Oẽis enī scriptura diuinitus inspirata · vtilis est ad docendū · ad arguẽdū · ad corripiendū · ad erudiẽdū in iusticia · vt psectus sit homo dei ad oẽe opꝰ bonū instructꝰ · Ca · IIII ·

Testificor coram deo & ihu xpo qui iudicaturus est vivos & mortuos · & aduẽtū ipi⁹ & regnū eius · pdica verbū · insta oportune importune: argue: obsecra · increpa ī oẽi paciẽcia & doctrina · Erit enī tempꝰ cū sanā doctrinā nō sustinebũt · sed ad sua desideria coacernabunt sibi magistros pruritum aures: & a veritate quidē auditū auertẽt · ad fabulas aũt cõuertent · Tu vero vigila · in oẽibus labora: opus fac euangeliste · ministerium tuum imple: sobrius esto · Ego enim iam delibor: & tempus resolucõis mee instat · Bonū certamen certaui: cursum consũmaui: fidem seruaui: ¶ In reliquo reposita est michi corona iusticie: quā reddet michi dominus in illa die iustus iudex · Non soluz autem michi: sed & hijs qui diligũt aduẽtū eius · Festina ad me venire cito · Demas enī me reliquit diligẽs hoc seculū & abijt thessalonicam: crescens in galatiam · thitus in dalmaciam: lucas est mecū solus · Marcū assume & adduc tecū: est enim michi vtilis ī ministeriū · Tichicū aũt misi epheso · Penulā quam reliqui troade apud carpum veniens affer tecū & libros: maxime autem membranas · Alexander erarius multa mala michi ostendit: reddet illi dominus secundū opera eius: quem & tu deuita · Valde enim restitit verbis nostris · In prima mea defensione · nemo michi affuit: sed oẽes me dereliquerũt: non illis reputet · Dominꝰ aũ michi assistit

& cōfortauit me vt p me p̄dicacō impleat & audiant omnes gentes q̄ liberatus sum de ore leonis. Liberauit me dñs ab omni opere malo: & saluum faciet in regnū suū celeste: cui gloria in secula seculorū amen. Saluta priscam & aquilā & onesiphori domum. Erastus remansit corinthi: trophimū aūt reliqui infirmū mileti Festina ante hyemem venire Salutant te eubolus & pudens & linus & claudia: & fratres omnes. Dominꝰ ihesus cristus cū spū tuo. Gra vobiscū amē

Explicit epistola secūda ad thimotheū
Incipit argumētū in epistolam ad thytū

Thytūm commonefacit & instruit de cōstitucione presbiterij & de spirituali cōuersatōe & hereticis vitādis. qui tradiciombus iudaicis credunt. scribens ei a nicopoli Expl. argumētū
Incipit epistola ad tytū Capi. I.

Paulus seruus dei apostolꝰ aūt ihu xpi scdm fidē electoꝝ dei & agnitōnem vitatis. que scdm pietatez ē in spem vite eterne. quā promisit q̄ nō mētiē deus āte tpa secularia: manifestauit aūt tē poribo suis vbū suū i p̄dicacōe. q̄ credita est michi scdm p̄ceptū saluatoris nr̄i dei: thito dilecto filio scdm cōmunē fidē grā & pax a deo p̄re & xp̄o ihu saluatore nostro. Huius rei gracia reliqui te crete vt ea que desūt corrigas: & cōstituas p ciuitates presbiteros sicut & ege dispositi tibi: si quis sine crimine ē vnius vxoris vir: filios habens fideles non in accusacione luxurie aut non subditos. Oportet enim episcopū sine crimine eē sicut dei dispensatorem: non superbū nō iracūdum non vinolentū nō percussorem. non turpis lucri cupidū. sed hospitalem benignū. sobriū. iustū. sanctū. cōtinētē: amplectentez eū qui secundū doctrinā est fidelem semonē: vt potens sit exhortari in doctrina sana. & eos qui contradicūt arguere. Sunt enim multi inobedientes. vaniloqui & seductores maxime qui de circumcisione sūt quos oportet redargui: qui vniuersas domos subuertunt. docentes que non oportet turpis lucri gratia Dixit quidam ex illis p̄prius ipoꝝ p̄pheta. Cretenses semp mendaces: male bestie: ventris pigri. Testimoniū hoc verū est. Quam ob causam increpa illos dure vt sani sint in fide non intendentes iudaicis fabulis & mādatis hominum auersancium se a veritate. Omnia mūda mūdis. coinquinatis aūt & infidelibo. nichil est mūdum. sed iquinate sūt eoꝝ & mens & cōsciēcia. Confitent se nosse deū factis aūt negant: cū sint abominati & incredibiles & ad omne opꝰ bonum reprobi.

Tu aūt loqre q̄ decēt Capi. II.
sanā doctrinā. Senes vt sobrij sint pudici. prudētes. sani in fide: in dilectōne in paciēcia. Anus simr in habitu sctō: nō criminatrices. nō multo vino seruientes: bn̄ docētes vt prudē ciā doceāt. Adolescētulas. vt viros suos ament. filios suos diligant: prudentes. castas. sobrias domus curā habentes. benignas. subditas viris suis: vt nō blasphemetur verbū dei. Iuuenes similiter hortare vt sobrij sint. In oīmbo teipm prebe exemplū bonoꝝ operum. in doctrina: in integritate. in grauitate Verbū sanū irrepbensibile: vt is qui exaduerso ē vereatur: nichil habens malū dicere de nobis. Seruos dominis suis subditos eē in ommbo placentes. non contradicentes. non fraudātes. sed in oīmbus fidem bonam ostendentes: vt doctrinaz saluatoris nostri dei ornēt in ommbo. Apparuit enim gracia dei & saluatoris nostri ommbo hominibo erudiens nos: vt abnegantes impietatem & secularia desideria. sobrie & iuste & pie viuam⁹ in hoc seculo: expectantes beatā spem & aduentū glorie magni dei & saluatoris nostri ihesu cristi: qui dedit semetipsū p nobis vt nos redimeret ab omni iniquitate & mūdaret sibi populū acceptabilem sectatorē bonoꝝ operꝝ. Hec loquē & exhortare. & argue cū oi imperio. Nemo te cōtēnat.

Admone illos p̄ncipibo & Ca. III.
potestatibo subditos eē. dicto obedire: ad oīe opꝰ bonū patos eē: neminem blasphemare. nō litigiosos eē. sed modestos. omnem ostendentes mansuetudinem ad oīes homines. Eram⁹ em̄ aliquā do

et nos īsipientes · increduli · errantes · ſeruientes dēſideriīs & voluptatibo variīs: ī malicia & īuidia agētes · odibiles · odientes īuicē · Cū autē benignitas & humanitas apparuit ſaluatoris noſtri dei nō ex operibo iuſticie q̄ fecimus nos ſed ſcd̄m ſuā miſcd̄iam ſaluos nos fecit p lauacrū regeneratōis et renouacōis ſpūs ſcī quē effudit in nos abūde p ihesum xp̄m ſaluatorē nr̄m vt iuſtificati grā ipius heredes ſim⁹ ſcd̄m ſpem vite eē ne · Fidelis ſmo ē · Et de hīs volo te cōfirmare: vt curēt bonis opibo p̄eē q̄ credūt deo · Hec ſūt bona & vtilia hoībo Stultas aūt queſtiōes · & genealogias & cōtencōes & pugnas legis deuita · Sūt em̄ inutiles & vane · Hereticū hominē p⁹ vnā & ſcd̄am correpcōz deuita: ſciens q̄ ſubuerſus eſt q̄ eiuſmodi ē : & delinq̄t cū ſit ꝓprio inditō cōdemnat⁹ · Cū miſero ad te arteman aut titbicū: feſtina ad me venire nicopolim · Ibi em̄ ſtatui hyemare · Zenam legiſperitū & appollo ſollicite p̄mitte: vt michil illis deſit · Diſcāt aūt noſtris bonis opibus p̄eſſe ad vſus neceſſarios: vt non ſint infructuoſi Salutāt te qui mecum ſunt oēs · Saluta eos qui nos amant in fide · Gracia dei cum omnibus vobis amen.

Explicit epiſtola ad thitum · Incipit argumētum in epiſtolam ad philemonem.

Philemoni familiares lr̄as facit pro oneſimo ſeruo eius · ſcribens ei ab vrbe roma & carcere per ſuprāſcriptum oneſimū · Explic̄ · argumentum · Incipit epiſtola ad philemonem.

Paulus vinctus criſti ihū et thimotheus frat̄: philemoni dilecto adiutori nr̄o · et appie ſorori cariſſime & arcippo cōmilitoni nr̄o & eccleſie q̄ in domo tua ē · Gra vob & pax a deo patre noſtro · & domino ihū xp̄iſto · Gracias ago deo meo ſemp memoriā tui faciens in oroibo meis audiens caritatem tuam & fidem quā habes in dño ihesu & in omnes ſanctos : vt cōmunicacō fidei tue euidens fiat in agnicōne omnis operis boni in ihesu xp̄iſto · Gaudium enim magnum habui & cōſolacōz in caritate tua: q̄ viſcera ſancto requieuerūt p te frat̄ · Propt̄ q̄d multā fiducia habēs ī xp̄o ihū imperādi tibi q̄d ad rē ptinet : ꝓpt̄ caritatē magis obſecro cū ſis talis vt paul⁹ ſenex nūc aūt & vinct⁹ ihū xp̄i: obſecro te p meo filio quē genui ī vinculis onesimo q̄ tibi aliq̄n inutilis fuit: nūc aūt & michi & tibi vtilis: quē remiſi tibi Tu aūt illū vt mea viſcera ſuſcipe · Quē ego voluerā mecū detinēre: vt p te michi minīſtraret ī vinculis euāgelij · Sine cōſilio aūt tuo michil voluī facere: vti ne velut ex neceſſitate bonū tuū eēt · ſ volūtariū · Forſitan em̄ iō diſceſſit ad horā a te · vt eternū illū reciperes: iā nō vt ſeruū ſ ꝓ ſuo cariſſimū frēz: maxīe mihi quāto aūt magis tibi: & in carne & in dño · Si ergo habes me ſocium: ſuſcipe illū ſicut me · Si aūt aliquid nocuit tibi aut debet: hoc michi imputa · Ego paulus ſcripſi mea manu · Ego reddam: vt nō dicā tibi q̄ & teipm michi debes · Ita frater ego te fruar in dño: refice viſcera mea in xp̄iſto Confidens de obediencia tua ſcripſi tibi : ſciens q̄m & ſup id q̄d dico facies · Simul aūt & para mihi hoſpiciū: nam ſpero p oroes vras donari me vob Salutat te epafras cōcaptiuus meus ī xp̄o ihū: marcus ariſtarchus demas & lucas adiutores mei · Gracia domini noſtri ihesu xp̄i cum ſpiritu veſtro amen ·

Explicit epiſtola ad philemonem · Incipit argumētū in epiſtolā ad hebreos.

In p̄mis dicēdū eſt cur ap̄lus paul⁹ in hac ep̄la ſcribendo nō ſeruauerit morē ſuū: vt vī vocabulū noīs ſui vel ordīs ſcriberet dignitatē · Hec cauſa ē · q̄ ad eos ſcribens q̄ ex circūciſiōe crediderant quaſi gentiū apoſtolus & non hebreorū: ſciens q̄s eoz ſuꝑbiam · ſuamq̄s humilitatē ipe demōſtrans: meritū officij ſui nolūt anteferre · Nam ſimili modo etiam iohānes apoſtolus ꝓpt̄ humilitatē in epiſtola ſua nomē ſuū eadē ratōne non p̄tulit · Hanc g̃ epiſtolā fertur apoſtol⁹ ad hebreos ſcp̄tā hebraica lingua miſiſſe: cui⁹ ſenſū & ordinē retinēs lucas euāgeliſta p⁹ exceſſum ap̄li pauli greco ſmone cōpoſuit · Explicit argumētū.

Incipit epistola ad hebreos.

Multipharie multisq; mõis olim deus loquens patribo in prophetis. nouissime diebus istis locutus est nobis in filio quẽ constituit heredem vniuersoꝝ: p quẽ fecit & secula Qui cũ sit splendor glorie & figura substãcie eiꝰ. portansq; oĩa vbo vtutis sue purgatõnẽ peccatoꝝ faciens. sedet ad dextram maiestatis in excelsis tanto melioꝛ angelis effectus: quanto differencius p illis nomen hereditauit. Cui enim dixit aliquãdo angelorꝝ filius meus es tu ego hodie genui te: Et rursum. Ego ero illi in patrem & ipe erit michi in filium. Et cũ iterũ introducit p̃mogenitũ in orbem terre dicit. Et adorent eũ omnes angeli dei. Et ad angelos quidem dicit. Qui facit angelos suos spiritus. & ministros suos flammam ignis. Ad filiũ autem. Thronus tuus deus in seculũ seculi virga equitatis virga regni tui. Dilexisti iusticiam & odisti iniquitatẽ: ꝓpterea vnxit te deus deus tuꝰ oleo exultacõnis p̃ participibus tuis. Et tu in p̃ncipio dñe terram fundasti: & opera manuũ tuarꝝ sũt celi. Ipsi pibũt tu aũt permanebis. & omnes vt vestimẽtuꝫ veterascent. Et velut amictũ mutabis eos & mutabunt̃: tu aũt idem ipe es: & anni tui n deficient. Ad quem autem angelorũ dixit aliqñ sede a dextris meis: quoadusq; ponam inimicos tuos scabellũ pedũ tuorꝝ? Nonne omnes sũt ãministratorij spũs: in ministeriũ missi ꝓpter eos qui hẽditatẽ capiũt salutis.

Propterea abundancius Ca. II. oportet obseruare nos ea que audiuimus: ne forte pefluamus Si ei q̃ p angelos dictus est ſmo factus est firmꝰ. & omnis p̃uaricatõ & inobediencia accepit iustam mercedis retribucõnem: quomõ nos effugiemus si tantã neglexerimus salutez? Que cũ inicium accepisset enarrari per dñm. ab eis qui audierũt in nos confirmata est: contestante deo signis & portentis & varijs virtutibus & spũs sancti distribucõnibo scõm suã volũtatẽ. Non enim angelis subiecit deꝰ orbem terre futurũ: de quo loq̃mur: Testat? est ãtẽ in quodam loco quis dicẽs. Quid est homo q̃ memor es eius: aut filius hominis q̃m visitas eũ. Minuisti eum paulo minus ab angelis: gloria & honore coronasti eũ: & constituisti eũ sup opa manuũ tuarꝝ. Oĩa subiecisti sub pedibo eiꝰ: In eo enim q̃ oĩa ei subiecit: nichil dimisit non subiectum ei. Nunc autẽ necdũ videmus omnia subiecta ei. Eum aũt qui modico q̃ angeli minoratus est videmus ihesum: ꝓpter passionẽ mortis gloria & honore coronatũ. vt gracia dei pro oĩbo gustaret mortem. Decebat em̃ eum ꝓpter quẽ omnia & p quẽ oĩa. qui multos filios in gloriã adduxerat. auctorem salutis eorũ per passionẽ consũmari. Qui enim sanctificat & qui sanctificãt̃: ex vno oẽs. Propter quam causam nõ confunditur fratres eos vocare dicens. Nunciabo nomẽ tuũ frĩbus meis: in medio ecclesie laudabo te Et iterum Ego ero fidens in eum. Et iterum. Ecce ego & pueri mei: q̃s dedit michi deus. Quia ergo pueri cõmunicauerũt carni & sãguini & ipe similiter participauit eisdẽ: vt p mortem destrueret eũ qui habebat mortis imperiũ id est diabolũ: & liberaret eos qui timoe mortis p totã vitã obnoxij erãt ſsituti. Nusq; em̃ angelos apprehẽdit: ſ semen abrahe apprehendit. Vnde debuit per oĩa frĩbus similari: vt misericors fieret & fidelis pontifex ad deũ. vt reꝓpiciaret delicta populi. In eo em̃ in q̃ passus est ipe & tẽptat?: potẽs ẽ & eis q̃ tẽptãt̃ auxiliari. Capitu. III.

Unde frẽs sãcti vocatõis celestis participes: cõsiderate apostolũ & põtifícẽ confessiõis nre ihm: q̃ fidelis est ei q̃ fecit illũ: sicut moyses in omni domo eiꝰ Ampliorꝭ enim glorie iste p̃ moyse dignus est habitus. quanto ampliorẽ honorem habet dominus qui fabricauit illam. Omnis nãq; domꝰ fabricatur ab aliquo. Qui aũt oĩa creauit. deꝰ ẽ Et moyses quidẽ fidelis erat in tota domo eius tanq̃ famulus in testimonium eorꝝ que dicẽda erant: xp̃s vero tanq̃ filius in domo sua. Que domus sumus nos. si fiduciam & gloriam spei vsq; ad finem firmã retineamus. Quapropter sicut dicit spũs sãct? Hodie si vocẽ eius audieritis nolite obdurare corda vẽa. sicut in exacerbacõne scõm diem

temptationis in deserto. Vbi temptauerunt me patres vestri: pbauerũt & viderũt opera mea quadraginta annis. Propter qđ infensus fui generacõi hũc: & dixi semp errãt corde. Ipi aũt non cognouerunt vias meas. qbo iurauí in ira mea si introibunt ī requiem meam. Videte fratres. ne forte sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis discedendi a deo viuo. Sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies donec hodie cognominatur vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati Participes emm xpisti effecti sumus. si tamen inicium substãcie eius vsq ad finem firmũ retineamus: dũ dicit hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra quemadmodũ in illa exacerbacõne. Quidam enim audientes exacerbauerũt. sed non vniuersi qui pfecti sunt ab egipto per moysen Quibo autẽ infensus est quadraginta annis. Nonne illis qui peccauerũt: quorũ cadauera prostrata sũt in deserto. Quibus aũt iurauit nõ introire in requiẽ ipi? nisi illis q̄ incredduli fuerũt? Et videmus q nõ potuerũt itroire in requiẽ ipi? pp̄ incredulitatẽ. Ca. IIII.

Timeamus ergo: ne forte relicta pollicitatõne introeundi in requiẽ ei?. existimetur aliquis ex vobis deeẽ. Etenim & nobis nũciatũ est quẽadmodũ & illis: sed nõ pfuit illis sermo auditus. nõ admixtus fidei ex hijs que audierũt. Ingrediemur emim in requiẽ qui credidimus: quemadmodũ dixit. Sicut iurauí in ira mea: si introibũt in requiẽ meã. Etquidem operibo ab institucõe mũdi pfectis. dixit emim quodã loco de die septima sic. Et requieuit de? die septima ab ommibus operibus suis. Et in isto rursum. Si introibunt in requiẽ meã. Quoniam ergo supest introire quosdam in illam: & hij quibo pozibo ānũciatũ est non introierũt pp̄ter incredulitatẽ. iterũ terminat diem quendam hodie in dauid dicendo. post tantũ tẽporis sicut supza dictum est: hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra. Nam si eis ihesus requiẽ prestitisset: nunq̄ de alia loqueretur post. hac die Itaq̄ relinquitur sabbatismus populo dei. Qui emim ingressus est in requiẽ eius: etiam ipe requieuit ab operibo suis sicut & a suis deus Festi

nemus ergo ingredi in illam requiem: vt ne in idipm quis incidat incredulitatis exemplũ. Viuus est emim sermo dei & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti: & ptingens vsq ad diuisionẽ anime ac spũs. compagũ quoq ac medullaz: & discretor cogitatõnũ & itencõnũ cordis Et nõ ẽ vlla creatura invisibilis in conspectu eius: omnia aũt nuda & aperta sũt oculis eius: ad quẽ nobis smo. Habentes ergo pontificem magnum qui penetrauit celos ihesum filiũ dei: teneam? spei nostre confessionẽ. Non enim habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibo nostris: temptatũ aũt p ommia p similitudine absq peccato. Adeamus ergo cuz fiducia ad thronũ gracie ei?: vt miscdiaz cõseq̄mur. & grãm inuemiamus in auxilio opportuno.

Ca. V.

Omis nãq̄ põtifex ex hoibo assumpt? p hoibo ostituit in hijs q̄ sũt ad deũ: vt offerat dona & sacrificia p peccatis. Qui cõdolere possit hijs q̄ ignorant & errãt: qm̄ & ipe circũdat? ẽ infirmitate: & pterea debet quẽadmodum pro populo. ita ecia & p semetipo offerre p peccatis. Nec quis sp̄ sumit sibi honorem: s qui vocatur a deo tanq̄ aaron. Sic & xp̄us non semetipm clarificauit vt pontifex fieret. s q̄ locutus est ad eum. Filius meus es tu: ego hodie genui te. Quemadmodũ & in alio loco dicit. Tu es sacerdos in eternũ: scdm ordinẽ melchisedech. Qui in diebo carnis sue pces supplicacõesq̄ ad eũ qui possit illũ saluũ facere a morte. cũ clamore valido & lacrimis offerens: exauditus est p sua reuerentia. Et quidem cum eẽt filius dei didicit ex hijs que passus est obedienciã. & cõsummatus factus est omibo obtemperãtibo sibi causa salutis eterne: appellatus a deo pontifex iuxta ordinem melchisedech. De quo nobis grandis sermo & interptabilis ad dicẽdũ. qm̄ imbecilles facti estis ad audiendũ. Etemm cuz deberetis magistri eẽ propter tempus. rursũ indigetis vt vos doceamini que sint elementa exordij sermonũ dei: & facti estis q̄bus lacte opus sit nõ solido cibo Oĩs em̄ qui lactis est particeps: expers ẽ smõis iusticie. Parvulus em̄ est. Perfectoz autem est solidus cibo: coz qui p ipsa consuetudine exercitatos

habent sensus ad discrecōnem boni ac mali.

Quapropter imittētes Ca. VI.
inchoacōis cristi sm̄onē ad pfectō
nē eius feramur: non rursū iacientes fundamētum penitēcie ab operibo mortuis. & fidei ad deū. baptismatū. doctrine. impoſicōis q̄s manuū. ac resurrectōis mortuoy. & indicij eterni. Et hec faciemus: siquidē p̄miserit deus. Impossibile ei est eos qui semel sūt illuminati. gustauerūt eciā donū celeste. & participes facti sūt spūs sancti: gustauerūt michilominus bonū dei verbū: virtutesq̄ sec'li venturi. & plapsi sunt. rursus renouari ad penitenciā. rursū crucifigentes sibimetip̄is filiū dei. & ostentui habentes. Terra enī sepe vemētē sup se bibens ymbrē & germinans herbā oportunā illis a q̄bo colit accipit benedictōnem a deo. pferens aūt spinas ac tribulos reprobа ē & maledicto pxima. cuius consūmacō in combustionē. Confidimus autem de vobis dilectissimi meliora & vicinniora saluti: tametsi ita loq̄mur. Non em̄ iniustus ē deus vt obliuiscat operis vestri & dilectōis q̄s ostendistis in nōie ip̄ius: qui ministrastis sanctis & ministratis. Cupimus aūt vnūquēq̄ vestrū eandē ostentare sollicitudinem ad expletōnem spei vsq̄ in finez vt non segnes efficiamini: verū imitatores eorum q̄ fide & paciencia hereditabūt promissiones. Abrahe nāq̄ p̄mittens deus. qm̄ neminem habuit per quē iuraret maiorem: iurauit per semetip̄m dicens. nisi benedicens benedicam tibi & multiplicās multiplicabo te: & sic longanimiter ferens adeptus est repromissionez Homines enim per maiorem sui iurant: & omnis cōtrouersie eoy finis ad confirmationem. est iuramentum. In quo abūdātius volens deus ostendē pollicitationis heredibus immobilitatē consilij sui: interposuit iusurādum: vt p duas res immobiles quibus impossibile est mētiri deū. fortissimū solaciū habeam? q̄ cōfugim? ad tenēdam p̄positā spem quā sicut anchoram habemus anime tutā ac firmā & incedētē vsq̄ ad iteriora velaminis vbi p̄cursor p nob̄ intrōit ihesus secundum

Hic ei melchisedech rex salem sacer-
ordinem melchisedech. pontifex factus in eternum Capitulū. VII.

dos dei sūmi qui obuiauit abrahe regresso a cede regum: & benedixit ei: cui & decimas oīm diuisit abraham. p̄mū quidem q̄ interp̄tatur rex iusticie: deinde aūt & rex salem q̄d est rex pacis. sine patre. sine matre. sine genealogia. neq̄ inciū dieȳ. neq̄ finem vite habens. assimilatus aūt filio dei manet sac dos in ppetuū. Intuemini aūt quāt? sit hic cui & decimas dedit de p̄cipuis abrahā patriarcha. Et quidē de filijs leui sacerdociū accipiens: mandatū habent decimas sumere a populo secūdū legē id ē a fratribo suis: quāq̄ & ipi exierint de lūbis abrahe. Cuius autem generacō non ānumeratur i eis: decimas sūpsit ab abrahā: & hūc qui habebat roprom̄issiones benedixit. Sine vlla autē contradictione: quod minus est a meliore benedicit. Et hic quidem decimas morientes homines accipiūt. ibi aūt contestat quia viuit. Et vt ita dictū sit p abraham & leui: qui decimas accepit decimatus est. Adhuc enim in lūbis patris erat: quando obuiauit ei melchisedech Si ergo consummacō p sacerdocium leuiticum erat. populus enim sub ipso legem accepit quid adhuc necessariū fuit scd̄m ordinez melchisedech aliū surgē sacerdotē & non secundū ordinē aaron dici. Traslato enim sacerdocio: necesse est vt & legis translacō fiat In quo ei hec dicūt de alia tribu est. de qua nullus altario presto fuit. Manifestum est enim q̄ ex iuda ortus sit dn̄s noster: in qua tribu michil de sacerdotibo moyses locutus ē. Et amplius adhuc manifestum est. si secūdū similitudinē melchisedech exsurgat alius sacerdos qui non scd̄m legem mandati carnalis factus est: sed scd̄m virrtutē vite insolubilis. Contestatur enim. qm̄ tu es sacerdos i eternū scd̄m ordinē melchisedech. Reprobacō quidē fit p̄cedentis mandati propter infirmitatē eius & inutilitatem. Nichil em̄ ad perfectū. adduxit lex. Introductio vero melioris spei p quā p̄ximamus ad deū. & quantū est. non sine iureiurando. Alij q̄dē sine iureiurando sacerdotes facti sūt. hic autem cū iureiurādo p eū qui dixit ad illū. Iurauit dn̄s & nō p̄nitebit eū: tu es sacerdos: i eternum. In tantū melioris testamēti sponsor factus est ihesus. Et alij quidem plures

facti sūt sacerdotes idcirco q̄ morte prohibe-
rentur p̄manē: hic aūt eo q̄ maneat imeter-
nū sempiternū habet sacerdociū. vnde & sal
uare in p̄petuū potest accedens p̄ semetip̄m
ad deū. semp viuēs ad interpellandū pro no-
bis. Talis enim decebat vt nobis eēt ponti-
fex. sanctus. innocens. impollutus. segrega
tus a peccatoribo. & excelsior celis factus.
Qui non habet necessitatē quotidie quemad-
modū sacerdotes p̄ius p̄ suis delictis hosti
as offerre: deinde p̄ ꝑ̄ri. Hoc em̄ fecit semel
seip̄m offerēdo. Lex em̄ homines cōstituit
sacerdotes infirmitatē habentes: ſmo autem
iurisiurandi qui post legem est. filiū imeter
nū pfectum. Capi. VIII.

Capitulū aūt sup ea q̄ dicūt. Talez
habemus pōtificē: q̄ cōsedit in dexte
ra sedis magnitudinis in celis. sanctoꝝ mi-
nister. & tabernaculi veri: q̄d fixit d̄s & nō
homo. Omnis enim pontifex ad offerendu
munera & hostias cōstituit. Vnde necesse
est & hūc habere aliquid q̄d offerat. Si er-
go eēt sup terrā. nec eēt sacerdos cum eēnt q̄
offerrent secundum legem munera q̄ exem-
plari & vmbre deseruiūt celestiū. sicut respō
sū est moisi cū cōsūmaret tabernaculū. Vi-
de inquit oīa facito scd̄m exēplar: q̄d tibi oñ
sum est in monte. Nūc aūt melius sortitus ē
ministerium quāto et meliozis testamēti me
diator ē. q̄d in melioribus repromissionibus
sāctitū est. Nam si illud p̄ius culpa vacasset
nō vtiq̄ secūdi locus inquireretur. Vitupe
rans enim eos dicit. Ecce dies venient dicit
dñs: & consūmabo sup domū israhel & sup do
mū iuda testamētū nouū: nō scd̄m testamē-
tum q̄d feci patribo eoꝝ in die qua ap̄prehen
di manū eoꝝ vt educerē illos de terra egipti
q̄m ipi non p̄maserūt in testamēto meo. &
ego neglexi eos dicit dñs. Quia hoc est testa
mentum q̄d disponā domū israhel post dies
illos dicit dominus. dando leges meas in mē
te eorum & in corde eorum supscribā eas. &
ero eis in deum. & ipi erūt michi in ꝑ̄m. Et
non docebit vnusquisq̄ p̄ximū suū & vnus-
quisq̄ fratrem suū dicēs cognosce dominum
q̄m omnes scient me a minore vsq̄ ad maio
rem: q̄ ꝓpicius ero iniquitatibꝰ eorum. &
pcꝝ eoꝝ iam non memorabor. Dicēdo aūt
nouū: veteravit p̄ius. Quod aūt antiquat
& senescit: p̄pe interitū est. Capi. IX.

Habuit quidē & p̄ius iustificacōnes
culture: & scīm seculare. Taberna
culū ei factū ē p̄mū. in q̄ erāt cādela
bra & mensa & p̄positio panū q̄d dicit scta.
post velamentū antē: secundū tabernaculum
quod dicit sancta sctoꝝ. aureū habens thu
ribulū & archam testamēti circūtectā ex oī
parte auro: in qua vrna aurea habens man-
na. & virga aaron: q̄ frōduerat. & tabule te
stamenti: superq̄ eā cherubin glorie obum-
brancia p̄piatoriū: de quibꝰ non est modo
dicendū p̄ singula. His vero ita compositis
in p̄riori quidē tabernaculo semp introibāt
sacerdotes sacrificioꝝ officia consummātes.
in secūdo aūt semel in āno solus pontifex nō
sine sanguine quē offerret pro sua & populi
ignorācia: hoc sīgnificante sp̄ū sancto. non-
dū p̄palatam eē sctoꝝ viam adhuc p̄riore ta
bernaculo habente statum. Que parabola est
temporis instātis: iuxta quam munera & ho
stie offeruntur que non possunt iuxta sciam
pfectū facere seruiētem. solummodo in cibis
& in potibo & ī varijs baptismatibo & iusti-
cijs carnis: vsq̄ ad tempus correctionis im-
positis. Christus aūt assistens pontifex futu-
roꝝ bonoꝝ peramplius & pfectius taberna
culū nō manufactū id est non huius creati
onis: neq̄ p̄ sanguinē hircorum aut vitulorū
sed p̄ p̄priū sanguinē ītrouit semel in san
cta: eterna redemp̄one inuenta. Si enim sā
guis hircorum & taurorum & cinis vitule
aspersus inquinatos sanctificat ad emundatō
nem carnis: quantomagis sanguis xp̄isti q̄
per spiritū sanctū semetip̄m obtulit immacu
latum deo emundauit conscienciaz nr̄am ab
operibo mortuis ad ꝑuiendū deo viuēti Et ī
nouī testamenti mediator ē. vt morte inter-
cedente in redemp̄onē eaꝝ p̄uaricacōnū. que
erant sub p̄ori testamēto. repromissionem ac-
cipiāt q̄ vocati sūt eterne hereditatis. Vbi
enim testamentum: mors necesse est interce-
dat testatoris. Testamentum enim in mortu
is cōfirmatū est. Alioquin nondum valet.
dū vivit qui testatus est. Vnde nec p̄mū q̄
dem sine sanguine dedicatū est. Lecto enim
omni mandato legis a moise vniuerso p̄plo:

ad he

accipiens sanguinē vitulorꝝ & hircorꝝ cū aqua & lana coccinea & ysopo: ipm qꝫ librū & omnē populū aspersit dicēs. Hic sanguis testamenti: qđ mandauit ad vos deus. Eciā tabernaculū & oīa vasa ministeriꝫ sāguine similiter aspersit. Et omnia pene in sāguine scđm legem mūdantur: & sine sanguinis effusione non fit remissio. Necesse est ergo exemplaria quidē celestiū hīs mūdari: ipsa autem celestia melioribꝫ hostiꝭ qꝫ istis. Non enim in manu facta sancta ihesus introiit exemplaria verorꝝ: sed in ipsū celū: vt appareat nūc vultui dei ꝓ nobis. Neqꝫ vt sepe offerat semetipm: quēadmodū pontifex intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno. Alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mūdi. Nūc autem semel in consummatione seculorꝝ. ad destitucōnem peccati ꝓ hostiā suam apparuit. Et quemadmodū statutū ē hoīb⁹ semel mori. p? hoc aūt iudiciū. sic & xps semel oblatus ē ad multorꝝ exhauriēda pcta: scđo sine pcto apparebit oīb⁹ exspectātibꝫ se in salutē ꝓ fidē.

Capi. X.

Vmbram em̄ habens lex futurorꝝ bonorū nō ipam imagīē rerū. per singulos annos eisdē ipis hostiꝭ quas offerūt indesinenter: nunqꝫ potest accedentes pfectos facē. Alioquī cessassent offerri. ideo qꝫ nullā haberent vltra cōsciētiā peccati cultores semel mūdati. Sed in ipsis commemoracō peccatorꝝ per singulos ānos fit. Impossibile enim ē sanguine thaurorum & hircorum auferri peccata. Ideo ingrediēs mūdū dicit. Hostiā & oblationem noluisti: corpus aūt aptasti michi. Holocaustomata & ꝓ pcto nō tibi placuerūt. Tunc dixi. Ecce vemio. In capite libri scptū est de me: vt faciā deꝰ voluntatē tuā. Superi? dicens: qꝫ hostias & oblacōnes & holocaustomata & ꝓ peccato noluisti. nec placita sūt tibi que scđm legem offerūtur. tūc dixi ecce vemio. vt faciā deus voluntatē tuā. Aufert pmū vt sequēs statuat. In qua voluntate sanctificati sumus: p oblationē corporis ihesu xpi semel. Omnis quidē sacerdos pst⁹ est quottidie ministrās. & easdem sepe offerens hostias que non possunt aufferre peccata. Hic autem vnam pro peccatis offerēs hostiam in sempiternum sedet in dextra dei. & cetero exspectās donec ponātur inimici eius scabellū pedū eius. Vna enī oblacione consummauit in sempiternum sanctificatos. Contestatur autem nos & spūs sanctus. Postqꝫ enim dixit. Hoc autē testamentū quod testabor ad illos post dies illos dicit dns dando leges meas in cordibo eorum & in mētibo eorꝝ superscribā eas: & peccatorū & iniquitatū eorꝝ iam nō recordabor amplius. Vbi aūt horꝝ remissio. iam nō ē oblacō ꝓ peccato. Habentes itaqꝫ fratres fiduciam. in introitu sanctorꝝ in sanguine christi quā iniciauit nobis vitam nouā & viuentē: p velamē id est carnē suā: & sacerdotē magnū supdomū dei: accedam? cū vero corde in plenitudie fidei aspersi corda a cōsciēcia mala: & abluti corpus aqua mūda: teneamus spei nostre confessionem indeclinabilem. Fidelis ei est qui repromisit. Et consideremus inuicem in puocationem caritatis & bonorꝝ operꝝ: nō deserentes collectōnem nostrā sicut cōsuetudinis est quibusdam sed cōsolantes: & tanto magis quanto videritis approp̄inquantem diem. Voluntarie enim peccātibꝫ nob⁹ post acceptam noticiā veritatis iam nō relinquit pro peccatis hostia. terribilis aūtē quedam expectacō iudicij & ignis emulacō: que consumptura est aduersarios. Irritā qs faciens legē moysi sine vlla miseratione duobꝰ vel trib⁹ testibus moritur. quanto magis putatis deteriora mereri supplicia qui filium dei cōculcauerit. & sanguinē testamenti pollutum duxerit. In quo sanctificat? est: & spiritui gratie contumeliā fecerit. Scimus enim qui dixit. Michi vindictā: ego retribuā. Et iterum. Quia iudicabit dns ppl'm suum. Horrēdum est incidere in manus dei viuentis. Rememoramini aūt pristinos dies in quibus illuminati magnum certamen sustinuistis passionū: & in altero quidem obprobrijs & tribulacōmbus spectaculū facti: in altero autem socij taliter conuersantiū effecti. Nā & vinctis compassi estis. & rapinam bonorum vestrorꝝ cū gaudio suscepistis. cognoscentes vos habere meliorem & manentem substanciam. Nolite itaqꝫ amittere confidēciā vestram. que magnam habet remuneracōnem. Patiēcia em̄ vobis necessaria est. vt voluntatē

ci facientes reportetis ꝓmissionem. Adhuc
em modicū aliquātulūꝙ q̄ vēturꝰ ē veniet &
ñ tardabit: iustꝰ aūt meꝰ ex fide viuit. ꝙ si
sub traxēit se nō placebit aīe mee. Nos aūt ñ
sumꝰ subtractois filij ī pditōez: ꝫ fidei in acq̄
sitōem aīe

Ca. XI

Est aūt fides sperandaꝝ substancia
reꝝ argumentum non apparēcium.
In hac em testimonium ꝯsecuti sūt
senes. Fide intelligimꝰ aptata eē secula ver
bo dei: vt ex inuisibilibo visibilia fierent. Fi
de plurimam hostiā abel ꝙ cayn obtulit deo
per quam testimonium cōsecutꝰ est eē iustꝰ
testimonium perhibente muneribo eiꝰ deo: &
per illam defunctus. Adhuc loquit. Fide e-
noch trāslatꝰ est ne videret mortem: & non
inueniebat: quia transtulit illum dñꝰ. Ante
translatōnem testimonium habuit placuisse
deo. Sine fide aūt impossibile est placē deo:
Credere em oportet accedētem ad deum quia
est: & ī quirētibo se remuneratoꝰ sit. Fide noe
responso accepto de hijs que adhuc non vide
bant. metuens aptauit archam in salutem
domus sue: per quam damnauit mundum: &
iustitie que per fidem est heres est institutꝰ.
Fide qui vocat abraham obediit in locū exi
re quem acceptur⁹ erat in hereditatem: &
exijt nesciens quo iret. Fide demorat⁹ est in
terra repromissionis tanq̄ in aliena: in casu-
lis habitando cum ysaac & iacob coheredibo
repromissionis eiusdem. Exspectabat enim
fundamenta habentem ciuitatē: cuiꝰ artifex
& cōditoꝰ deꝰ. Fide & ipsa sara sterilis virtu
tem in cōceptōne seminis accepit. etiaz p̄ter
tempus etatis: quoniam fidelem credidit eē
eum qui repromiserat. Propter quod & ab
vno orti sunt: & hoc emortuo tanq̄ sidera ce-
li in multitudinem & sicut arena que est ad
ora maris innumerabilis. Juxta fidem defun
cti sunt omnes isti non acceptis repromissio-
nibo: sed alonge eas aspiciētes & salutantes
& cōfitentes quia peregrini & hospites sunt
super terram. Qui em hoc dicunt: significant
se patriam inq̄rere. Et si quidem ipsi⁹ memi
nissent de qua exierunt: habebant vtiq̄ tem-
pus reuētendi. Nunc aūt meliorem appetūt
id est celestem. Ideo non confundit⁹ deꝰ. vo
cari deꝰ eoꝝ. Parauit em illis ciuitatem. Fi
de. obtulit abraham ysaac cum temptaret⁹
& vnigenitum offerebat in quo susceptꝰ re
ꝓmissiones: ad quem dictum est q̄ in ysaac
vocabit⁹ tibi semen: arbitrans quia & a mor
tuis suscitare potens est deus. Vnde eum &
in parabolam accepit. Fide. & de futuris be-
nedixit ysaac iacob & esau. Fide iacob mori-
ens singulos filioꝝ ioseph benedixit: & ado
rauit fastigiū virge eiꝰ. Fide ioseph moriēs d
pfectione israhel memoratꝰ est. & de ossibo
suis mandauit. Fide moyses natꝰ occultatꝰ
est mensibo tribo a parentibo suis eo ꝙ vidis
sent elegantem infantem: & non timuerūt re
gis edictum. Fide moyses grandis factꝰ ne
gauit se eē filium filie pharaonis: magis eli
gens affligi cū ꝓpl'o dei. q̄ temporalis pecca-
ti habere iocūditatem: maiores diuicias esti
mās thesauro egiptōꝝ imperium xp̄i. Aspi
ciebat em in remuneratōnem. Fide. reliquit
egiptum: non veritꝰ: āmositatem regis. In
uisibilem enim tanq̄ videns sustinuit. Fide.
celebrauit pascha & sanguinis effusionem:
ne qui vastabat p̄mitiua tangeret eos. Fide
transierunt mare rubrum tanq̄ per aridā ter
rā: quod expti egiptij deuorati sūt. Fide mu-
ri iericho corruerunt circuitu dieꝝ septem.
Fide. raab meretrix non perijt cū incredulis
excipiēs exploratores cū pace. Et q̄d adhuc
dicam? Deficiet em me tempus enarrātem.
de gedeon. barach. samson. iepte. dauid. sa-
muel. & alijs ꝓphetis: qui per fidē vicerūt re
gna. opati sūt iustitiā adepti sunt repromissi
ones. Obturauerūt ora leonū: extinxerūt im
petum ignis. Effugarūt aciem gladij: cōua
luerūt de infirmitate: fortes facti sūt in bello
Castra verterūt exteroꝝ: acceperunt mulie
res de resurrectione mortuos suos. Alij autē
distenti sunt non suscipientes redemptōnem:
vt meliorem inuenirent resurrectionez. Alij
vero ludibria & verbera experti insup & vi
cula & carceres: lapidati sunt secti sunt. tem
ptati sūt in occisione gladij mortui sunt. Cir
cuierūt in melotis in pellibo caprinis: egētes
angustiati afflicti q̄bo dignꝰ ñ erat mūdus:
in sollicitudinibo errātes in montibo & spelū-
cis & in cauernis terre. Et hij oēs testimo
nio fidei ꝓbati non acceperūt repromissionē
deo ꝓ nobis meliꝰ aliquid ꝓuidente: vt non

455

sine nobis ꝯsumarent. Ca. XII

Ideoq; & nos tantam habentes impositā nubē teſtiū: deponentes omne pondus & circūſtans nos peccatuz p patientiā curram? ad ꝓpositū nobis certamē. aſpicientes in auctorē fidei. & ꝯsumatorē ihm. q̄ ꝓposito sibi gaudio sustinuit crucē. cōfusione ꝯtempta atq; in dextra sedis dei sedet. Recogitate em̄ eū q̄ talē sustinuit a pctōribo aduēsum semetipsum cōtradictionem. vt ne fatigemini animis vestris deficiētes. Nondū em̄ vsq; ad sanguinez restitistis aduēsus peccatum repugnantes: & obliti estis consolatōnis que vobis tanq̄ filiis loquit dicens. Fili mi noli negligere disciplinaz domini: neq; fatigeris dum ab eo argueris. Quem em̄ diligit dom̄in? castigat: flagellat aūt omnem filium quē recipit. In disciplina perseverate. Tanq̄ filiis vob offert se de?. Quis em̄ fili? quem non corripit pat? Q̄ si extra disciplimā estis. cui? participes facti sunt omnes: ergo adulteri & non filij estis. Deinde patres quidem carnis nostre eruditores habuim?: & reuerebamur eos. Num multomagis obtemperabim? patri spirituum & viuemus? Et illi quidem in tempore paucoz dierum scōm voluntatem suam erudiebāt nos: hic autem ad id quod vtile est in recipiendo sanctificatōnez ei?. Omnis autem disciplina in presenti quidem videt nō eē gaudij. sed merozis: postea aūt fructum pacatissimum exercitatis p eaz reddet iustitie. Propt̄ quod remissas man? & soluta genua erigite: & gressus rectos facite pedibo vestris. vt non claudicans quis erret: magis autem sanet. Pacem sequimini cum ommbo & sanctimoniam sine qua nemo videbit deum. Contemplantes ne quis desit gracie dei: ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat: & per illam inquinent multi. ne quis fornicator aut prophan? vt esau: qui ꝓpter vnam escam vendidit primitiua sua. Scitote em̄: quoniam & postea cupiens hereditare benedictionez reprobat? est. Non em̄ inuenit penitētie locum: quanq̄ cum lacrimis inquisisset eam. Non em̄ accessistis ad tractabilem & accessibilem ignem & turbinem. & caliginem & pcellam & tube sonum & vocem verboz: quam q̄ audierunt excusauerunt se ne eis fieret verbum. Non em̄ portabāt qd̄ dicebat: & si bestia tetigerit mōtem lapidabit. Et ita terribile erat quod videbat. Moyses dixit. Exterit? sum & tremebundus. Sed accessistis ad sion montem & ciuitatem dei viuentis ihr̄l'm celestem. & multoz miliū angeloz frequēciam: & ecclesiam ꝓmitinoz q̄ cōscripti sunt in celis: & iudicē ommū deum & spūs iustoz pfectoz & testamenti noui mediatorem ihm: & sanḡnis aspersionez. melio loquētem q̄p abel. Videte ne recuseti loquētem. Si em̄ illi n effugerūt recusātes eū q̄ sup terrā loquebat. multomagis nos q̄ de celis loquētem nob auēt im?: cuius vox mouit terrā tunc: nūc aūt repromittit dicens. Adhuc semel: & ego mouebo non solum terrā sed & celum. Quod aūt adhuc semel dicit: declarat mobilium trāslatōnem tāq̄ factoz: vt maneant ea que sunt immobilia. Itaq; regnum immobile suscipiētes habem? graciam: per quam seruiamus placentes deo cum metu & reuerencia. Etem̄ de? noster ignis ꝯsumēs est. Ca. XIII.

Caritas fraternitatis maneat in vobis: & hospitalitatem nolite obliuisci. Per hanc em̄ placuerūt quidam angelis hospitō receptis. Memētote vinctoz tanq̄ simul vincti: & laborantiū tanq̄ & ipi in corpore morātes. Honorabile conubium in ommbo: & thor? immaculat?. Fornicatores em̄ & adulteros iudicabit de?. Sint mores sine auaricia: contenti presentibo. Ipse em̄ dixit. Non te deseraz neq; derelinquā: ita vt cōfidenter dicam?. Dom̄in? michi adiutor est non timebo quid faciat michi homo. Memētote prepositoz vestroz qui vobis locuti sūt verbum dei: quoz intuentes exitum conuersatōnis. imitamini fidem. Ihesus christus heri & hodie: ipe & in secula. Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci. Optimum em̄ gracia stabilire cor: nō escis q̄ non ꝓfuerūt ambulantibo in eis. Habem? altare: de q̄ edere non habent potestatem qui tabernaculo deseruiūt. Quoz em̄ animalium infert sanguis ꝓ peccato in sācta p pontificē: horū corpora cremant extra castra. Propter quod & ihūs vt sanctificaret per suum sanguinē populū. extra portā passus ē. Exeam? igit

ad eū extra castra: imꝓperiū ei? portātes. Non em̄ habem? hīc manentē cuitatē: sed futurā inq̄rim?. Per ipsum g̃ offeram? hostiā laudis semp deo: id est fructū labioꝝ cōfitentiū nomī ei?. Beneficientie aūt & cōmunīōis nolite oblīuīsci. Talibo em̄ hostīs pmeret̄ deus. Obedite ꝓpositis vestris: & subiacete eis Ipsi em̄ puigilant q̄ rat̃oēz ꝓ aīabo vestris reddituri vt cū gaudio hoc faciāt: & ñ gemētes. Hoc em̄ ñ expedit vob̄. Orate pro nob̄. Confidim? em̄ q̄ bonā cōscientiā habem?: in ommibo bene volētes uiuēsari. Ampli? aūt deꝓcor vos hoc facē: quo celeri? restituar vob̄. Deus aūt pacis qui eduxit de mortuis pastorem magnū ouiū in sanḡne testamēti eterni dn̄m nostꝝ ihūm xp̄m. aptet vos in omni bono ut faciatis ei? voluntatē: faciens in vobis quod placeat coram se p ihūm xp̄m: cui ē gl̄a in secula seculoꝝ amē. Rogo aūt vos frēs: vt sufferatis verbū solatīj. Etem̄ perpaucis scripsi vob̄. Cognoscite fratrē vestꝝ thimotheū dimissum: cū quo si celeri? venerit videbo vos. Salutate omnes prepositos vestros & omnes sanctos. Salutant vos de ytalia frēs. Grā cum omīb̄o vob̄ amē

Explicit epistola ad hebreos. Incipit ꝓfatō bt̄i ieromm ꝓsbit̄ei i libꝝ actuū apl̄oꝝ

Qmit psalmista: ambulabūt. de virtutibo in v̀tutes. Post apostoli pauli epistolas dudum v̀no vob̄ volumine trās latas. dommion & rogatiane carissimi actus apostoloꝝ cōpellitis vt trās feram in latinum: quem librum nulli dubiū est a luca anthiocheno arte medico. qui postea inseruiens paulo apostolo xp̄i factus est discipulus fuisse editum. Cernices p̄mit imposita sepius onēris magnitudo: quia studia mundoꝝ reprehensione digna putant ea que scribimus. Illoꝝ nunq̄ odio & detractione: iuuante christo meū silebit eloq̄um.

Vcas igit̄ anthiocensis. natōne sirus cui? laus in euangelio camit̄. apud antiochiam medicine artis egregi?: & apostoloꝝ xp̄i discipulus fuit: postea vsq̄ ad confessionem paulum secut? apl̄m. sine crimine in v̀ginitate pmanēs. deo maluit ꝑuire. Qui octogīta & q̄tuor annos etatis agens in bithinia obiit plen? spiritu sancto: quo instigante in achaie partibo euangelium scribens. grecis fidelibo incarnatōem dn̄i fideli narratōe oñdit: eundēq̄ ex stirpe dauid descēdisse monstrauit. Cui ñ immerito scribēdoꝝ actuum apostolicoꝝ potestas in mīnisterio dat̄: vt deo in deum pleno. & filio pditōis extincto. oratōe ab apostolis facta. sorte dominice electionis numer? cōpleret̄. sicq̄ paulū cōsumatōnem apostolicis actibo daret. quez diu contra stimulum calcitrātem domin? elegisset. Quod legentibo & req̄rentibo deū breui volui oñdere ꝓmone: q̄ ꝓlixi? aliq̄d fastidientibo ꝓdidisse: sciens q̄ opantē ag̃colā oportet de suis fructibo edere. Quem ita diuina subsecuta est grā: vt nō solū coꝛporibo sed ecīā aīabus. ei? ꝓficeret medicina.

Explicit prefatō. Incipit liber actuum apostoloꝝ.

Primuz quidem sermonem feci de ommb̄o o theophile que cepit ihesus facere et docere: vsq̄ in diem qua precipiens apostolis per spiritum sanctum quos elegit assumptus est. Quibo & prebuit se ipsum viuum post passionem suam in multis argumētis per dies quadragīta apparens eis: & loquens de regno dei. Et conuescens precepit eis ab iherosolimis ne discederent. sed expectarent ꝓmissionem patris quam audistis inquit per os meum: quia iohannes quidem baptisauit aqua: vos autem baptisabimini spiritu sancto non post multos hos dies. Igitur qui conuenerant interrogabant eum dicentes. Dn̄e: si in tempore hoc restitues regnuz israhel? Dixit aūt eis. Non est vestꝝ nosse tempora vel momēta que pat̄ posuit in sua potestate: sed accipietis v̀tutez supuemētis spūs sancti in vos: & eritis mihi testes in iherusalē & in omni iudea & samaria. & vsq̄ ad vltimū terre. Et cū hec dixisset: videntibo illis eleuat? est: & nubes suscepit eum ab oculis eoꝝ. Cūq̄ intuerent̄ in celū eūtem illū: ecce duo viri astiterūt iuxta illos in vestibo alb̄: q̄ & dixerunt. Viri galilei quid statis aspicientes in celū? Hic ihūs qui assumpt? est a

vobis in celum sic veniet quemadmodum vidistis eum eũtem in celum. Tunc reuẽrti sunt iherosolimã a monte q̃ vocat oliueti q̃ est iuxta iherusalem: sabbati habens iter. Et cum introissent in cenaculum · ascenderũt vbi manebat petr⁹ & iohannes & iacobus & andreas philippus & thomas bartholome⁹ & mathe⁹ iacobus alphei & simon zelotes & iudas iacobi hĩ omnes erant perseuerantes vnanimit in oratõne cum mulieribus & maria matre ihesu: & fratrib⁹ eius. In diebus illis exsurgens petrus in medio fratrum dixit · Erat autem turba hominum simul fere centumginti. Viri fratres: oportet implẽri scripturam quam predixit spũs sanct⁹ p os dauid de iuda qui fuit dux eorum qui cõprehenderit ihm qui connumerat⁹ erat in nobis: & sortit⁹ est sortem ministerij hui⁹ · Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis: & suspensus crepuit medius: & diffusa sunt omnia viscera ei⁹. Et notum factum est omnibus habitantibus iherusalem: ita vt appellaret ager ille lingua eorum achel de mach · hoc est ager sanguinis · Scriptum est em in libro psalmorum · Fiat cõmora tõ eorum deserta & non sit qui habitet in ea · Et episcopatum ei⁹ accipiat alt · Oportet g̃ ex hijs viris qui nobiscum sunt congregati in omni tempore quo intrauit & exiuit inter nos dominꝰ ihus incipiens a baptismate iohannis vsq̃ in diem qua assumpt⁹ est a nobis: testẽ resurrectionis ei⁹ nobiscum fieri vnum ex istis · Et statuerunt duos: ioseph q̃ vocat barsabas · qui cognominat⁹ est iust⁹: & mathiam · Et orantes dixerunt · Tu domine q̃ corda nosti omnium: ostende quem elegeris ex hijs duobus vnum accipere locũ ministerij hui⁹ & apostolat⁹: de quo preuaricat⁹ est iudas vt abiret in locum suum · Et dederũt sortes eis Et cecidit sors sup mathiam: & ãnumerat⁹ est cũ vndecim aplis

Ca. II

Et dum cõplerent dies pẽthecostes erant omnes pariter in eodem loco. Et fact⁹ est repente de celo son⁹ tanquã aduenientis spũs vehementis: & replenit totam domum vbi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispertite lingue tanq̃ ignis: sedit q̃s sup̃ singulos eorum · Et repleti sunt oẽs spiritu sancto: & ceperunt loqui varijs linguis p ut spiritus sanctus dabat eloqui illis. Erant aũt in iherusalem habitantes iudei viri religiosi ex omni natõne que sub celo est. Facta aũt hac voce cõuenit multitudo: & mente cõfusa est: quoniam audiebat vnusquisq̃ lingua sua illos loquentes · Stupebant autẽ omnes & mirabant dicẽtes · Nonne ecce omnes isti q̃ loquunt galilei sunt: Et quomodo nos audiuim⁹ vnusquisq̃ linguam nostram in qua nati sum⁹? Parthi & medi & elamite & qui habitant mesopotamiam · iudeam · & capadociam ponthum & asiam frigiam & pamphiliam egiptum & ptes libie · que est circa cyrenen · & aduene romani: iudei q̃s & proseliti cretes & arabes: audiuim⁹ eos loquentes nostris linguis magnalia dei · Stupebant aũt omnes: & mirabant ad inuicẽ dicentes · Quid nam vult hoc eẽ: Alij aũt irridentes dicebãt q̃ musto pleni sunt isti · Stans autẽ petrus cum vndecim leuauit vocem suam: & locut⁹ est eis · Viri iudei & qui habitatis iherusalem vniuersi · hoc vobis notum sit: & auribus percipite verba mea · Non em̃ sicut vos estimatis hij ebrij sunt: cum sit hora diei tercia · Sed hoc est quod dictũ est p prophetam iohel · Et erit in nouissimis diebus (dicit dominꝰ) effundam de spũ meo sup omnem carnẽ · Et prophetabũt filij vestri & filie vestre: & iuuenes vestri visiones videbũt: & seniores vri somnia somniabũt · Et quidẽ sup seruos meos & ancillas meas in diebus illis effundam de spũ meo & prophetabũt: & dabo prodigia in celo sursum & signa in terra deorsũ: sanguinem & ignẽ & vaporem fumi · Sol uertet in tenebras & luna in sanguinem: antq̃ veniat dies domini magni & manifest⁹ · Et omnis quicunq̃ inuocauerit nomen domini salu⁹ erit · Viri israhelite: audite verba hec · Jhesum nazarenum virum approbatũ a deo in vobis virtutibus & prodigijs & signis que fecit de⁹ p illum in medio vestri sicut vos scitis: hũc definito consilio & pscientia dei traditũ p man⁹ iniquorum affligentes interemistis · Quem de⁹ suscitauit solutis doloribus inferni: iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo · Dauid em̃ dicit in eum · Prouidebam dominũ in conspectu meo semp: quoniam a dextris est michi ne commouear · Propter hoc letatum est cor meum & exultauit lingua

mea: insuper & caro mea requiescet in spe. Quoniam non derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Notas mihi fecisti vias vite: replebis me iocunditate cum facie tua. Viri fratres: liceat audenter dicere ad vos de patriarcha dauid quoniam defunctus est & sepultus est & sepulcrum eius est apud nos usque in hodiernum diem. Propheta igitur cum esset & sciret quia iureiurando iurasset illi deus de fructu lumbi eius sedere super sedem eius: prudens locutus est de resurrectione xpi: quia neque derelictus est in inferno. neque caro eius vidit corruptionem. Hunc ihesum resuscitauit deus: cuius omnes nos testes sumus. Dextera igitur dei exaltatus. & promissione spiritus sancti accepta a patre: effudit hoc donum quod vos videtis & auditis. Non enim dauid ascendit in celum. Dicit autem ipse. Dixit dominus domino meo sede a dextris meis. donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Certissime sciat ergo omnis domus israhel: quia & dominum eum & xpm fecit deus hunc ihesum quem vos crucifixistis. His autem auditis compuncti sunt corde: & dixerunt ad petrum & ad reliquos apostolos. Quid faciemus viri fratres? Petrus autem ad illos: penitentiam inquit agite. & baptizetur unusquisque vestrum in nomine ihesu xpi in remissionem peccatorum vestrorum & accipietis donum spus sancti. Vobis enim est repromissio & filiis vestris: & omnibus quotquot longe sunt quoscunque aduocauerit dns deus noster. Aliis etiam verbis plurimis testificatus est: & exhortabatur eos dicens. Saluamini a generatione ista praua. Qui ergo receperunt sermonem eius baptizati sunt: & apposite sunt in die illa anime circiter tria milia. Erant autem perseuerantes in doctrina apostolorum: & communicatione fractionis panis. & orationibus. Fiebat autem omni anime timor. Multa quoque prodigia & signa per apostolos in iherusalem fiebant: & metus erat magnus in vniuersis. Omnes etiam qui credebant erant pariter: & habebant omnia communia. Possessiones & substantias vendebant: & dividebant illa omnibus prout cuique opus erat. Quotidie quoque perdurantes vnanimiter in templo & frangentes circa domos panem. sumebant cibum cum exultatione & simplicitate cordis: collaudantes deum & habentes gratiam ad omnem plebem. Dns autem augebat quotidie simul qui salui fierent in idipsum.

Ca. III.

Petrus autem & iohannes ascendebant in templum. ad horam orationis nonam. Et quidam vir qui erat claudus ex vtero matris sue baiulabatur: quem ponebant quotidie ad portam templi que dicitur speciosa: vt peteret elemosinam ab introeuntibus in templum. Is cum vidisset petrum & iohannem: incipientes introire in templum. rogabat vt elemosinam acciperet. Intuens autem in eum petrus cum iohanne dixit. Respice in nos. At ille intendebat in eos: sperans se aliquid acceptum ab eis. Petrus autem dixit. Argentum & aurum non est michi quod autem habeo hoc tibi do. In nomine ihu xpi nazareni surge & ambula. Et apprehensa manu eius dextera alleuauit eum: & protinus consolidate sunt bases eius & plante. Et exiliens stetit & ambulabat: & intrauit cum illis in templum: ambulans & exiliens & laudans deum. Et vidit omnis populus eum ambulantem: & laudantem deum. Cognoscebant autem illum: quoniam ipse erat qui ad elemosinam sedebat ad speciosam portam templi. Et implete sunt stupore & extasi: in eo quod contigerat illi. Cum videret autem petrus & iohannem: cucurrit omnis populus ad eos ad porticum que appellatur salomonis stupentes. Videns autem petrus: respondit ad populum. Viri israhelite quid miramini in hoc. aut nos quid intuemini. quasi nostra virtute aut potestate fecerimus hunc ambulare? Deus abraham & deus ysaac & deus iacob. deus patrum nostrorum glorificauit filium suum ihesum: quem vos quidem tradidistis & negastis ante faciem pilati iudicante illo dimitti. Vos autem sanctum & iustum negastis: & petistis virum homicidam donari vobis: autorem vero vite interfecistis. Quem deus suscitauit a mortuis: cuius nos testes sumus: & in fide nominis eius hunc quem vos videtis & nostis confirmauit nomen eius: & fides que per eum est dedit integram sanitatem istam in conspectu omnium vestrum. Et nunc fratres scio quia per ignorantiam fecistis: sicut & principes vestri. Deus autem quod prenunciauit per os omnium prophetarum pati xpm suum: sic implevit. Penitemini igitur & conuertimini vt deleantur peccata vestra vt cum venerint tempora refrigerii a conspectu

dñi & miserit eum qui predicatus est vobis
ihm xpm: quem oportet qdem celum recipe-
re vsq in tempora restitutois omniu q locut?
est de? per os sanctoy suoy a seculo ppharu.
Moyses qdem dixit. Quoniam pphetam susci
tabit vob dñs de? vester de fratribo vestris:
tanqm me ipsum audietis iuxta omia quecuq
locut? fuerit vob. Erit autem omis anima
que non audierit pphetam illum extermina
bit de plebe. Et omnes pphete a samuel & de
inceps q locuti sunt amnciauerut dies istos
Vos estis filij pphetay & testamenti. quod
disposuit de? ad patres nros dicens ad abra-
ham: Et in semine tuo benedicent omnes fa
milie terre. Vob primu de? suscitas filiu suu
misit eu benedicente vob: vt uertat se vnus-
qsq a neqcia sua

Ca. IIII.

Oquentibo aut illis ad pplm. supue
nerunt sacerdotes & magistrat? te-
pli & saducei. dolentes qm docerent po-
pulum & annunciarent in ihm resurrectione
ex mortuis: & iniecerut in eos man?: & posu
erut eos in custodia vsq in crastinu. Erat aut
iam vespera. Multi aut eoy q audierut vbum
crediderut. & fact? est numer? eoy quinq mi
lia. Factu est aut in crastinu vt congregarent
principes eoy & seniores & scribe in iherusa
lem: & annas princeps sacerdotu & cayphas
& iohannes. & allexander. & quotquot erat
de gene sacerdotali. Et statuentes eos in me
dio interrogabant. In qua virtute aut in q
nomine fecistis hoc vos? Tunc replet? spiri-
tu sancto petrus. dixit ad eos. Principes po
puli & seniores: si nos hodie iudicamur in be
nefacto hominis infirmi in quo iste saluus fa
ctus est: notum sit ombus vobis & omi ple
bi isrl quia in nomine dñi nostri ihu
xpi nazareni quem vos crucifixistis que de?
suscitauit a mortuis: in hoc iste astat coram
vobis san?. Hic est lapis qui reprobatus est
a vobis edificantibus. qui fact? est in caput
anguli: & non est in alio aliquo salus. Nec
enim aliud nomen est sub celo datum homini
bus in quo oporteat nos saluos fieri. Viden
tes aut petri constanciam & iohannis: operto
qm homines essent sine litteris & ydeote ammi
rabant: & cognoscebant eos quoniam cu ihu
fuerant. Hominem quoq videntes stantem
cum eis qui curat? fuerat: nichil poterat ctra
dice. Jusserunt aut eos foras extra concilium
secedere: & conferebant adinuicem dicentes.
Quid faciem? hominbo istis? Quoniam qui-
dem notum signum factu est per eos ombo
habitantibo iherusalem. Manifestu est: & n
possum? negare. Sed ne ampli? divulgef in
populum: comminemur eis ne vltra loquanf i
nomine hoc vlli hominum. Et vocantes eos:
denunciauerut ne omino loquerenf neq do
cerent in nomine ihu. Petr? vero & iohan-
nes respondentes dixerunt ad eos. Si iustu
est in conspectu dei vos poci? audire qm deum:
iudicate. Non enim possum? que vidim? &
audiuim? non loqui. At illi cominantes di-
miserunt eos: non inuenientes quomodo pu-
nirent eos pf populum: q omnes clarifica-
bant id quod factu erat in eo quod acciderat.
Amoy em erat ampli? quadraginta homo:
in quo factum fuerat signum istud sanitatis
Dimissi aut venerut ad suos: & annuciaue-
rut eis quata ad eos principes sacerdotu & se
niores dixissent. Qui cu audissent: vnanimif
leuauerunt vocem ad deum & dixerunt. Dne
tu q fecisti celum & terra mare & omnia que
in eis sunt: q spiritu sancto per os patris nos
tri dauid pueri tui dixisti quare fremuerut
gentes & populi meditati sunt inania. astite
runt reges terre & principes conuenerunt in
vnum aduersus dnm & aduersus xpm ei?: con
uenerut em vere in ciuitate ista aduersus san-
ctum puey tuu ihm quem vnxisti herodes
& poncio pylat? cum gentibo & populis isrl
hel: facere que man? tua & consilium tuu decre
uerut fieri. Et nunc dne respice in minas eoy
& da famulis tuis cu omni fiducia loqui verbuz
tuu in eo qm manum tua extendas ad sanita-
tes & signa & prodigia fieri p nome sancti fi-
lij tui ihu. Et cum orassent mot? est loc? in
q erant congregati: & repleti sunt omnes spu
sancto: & loquebanf verbum dei cum fiducia
Multitudinis aut credencium erat cor vnum
& anima vna: nec quisqm eoy que possidebat
aliquid suum ee dicebat: sed erant illis omnia
comunia. Et vtute magna reddebant apli te
stimoniu resurrectionis ihu xpi dni nostri:
& gratia magna erat in ombo illis. Neqe e-
nim quisqm egens erat inter illos. Quotquot

ẽm possessoꝛes agꝛoꝝ aut domoꝝ erãt: vendẽ
tes afferebant precia coꝝ que vendebant: &
ponebant ante pedes apostoloꝝ. Diuidebaꝫ
aũt singulis pro ut cuiq; opus erat. Joseph
aũt qui cognominat9 est barsabas ab aposto
lis quod est interp̃tatum fili9 cõsolatõis. levi
tes. cypri9 genẽ cum haberet agrum vendi:
dit eum: & attulit p̃cium & posuit añ pedes
apostoloꝝ.

¶ Ca. V

Vir aũt quidam nomĩe ananias cum
saphira vxore sua vendidit agrum:
& fraudauit de pretõ agri sciã vxo
re sua: & afferens partem quandam: ad pe:
des apostoloꝝ posuit. Dixit aũt petr9 ad ana
niaz. Ananía cur temptauit sathanas coꝛ tu
um mentiri te spiritui sancto: & fraudare de
pretõ agri? Nonne manens tibi manebat: &
venundatum in tua erat potestate? Quare po:
suisti in coꝛde tuo hanc rem? Non es mentit9
hominibo sed deo. Audiens aũt ananias hec
vba: cecidit & expirauit. Et fact9 est timoꝛ
magn9 sup omnes q̃ audierũt. Surgẽtes aũt
iuuenes amouerũt eũ. & efferentes sepelierũt
Factum est aũt q̃si horaꝝ trium spacium: &
vxoꝛ ipsi9 nesciẽs qđ factũ fuerat introiuit
Rñdit aũt ei petr9. Dic michi mulier: si tã:
ti agrum vendidistis. At illa dixit. Etiã tã
ti. Petr9 aũt ad eam. Quid vtiq; cõuenit vo
bis temptare spm̃ dñi? Ecce pedes eoꝝ qui se
pelierũt viꝝ tuum ad hostium: & efferẽt te.
Cõfestim cecidit añ pedes ei9: & expirauit.
Intrantes aũt iuuenes inuenerũt illam moꝛ
tuam: & extulerũt & sepelierũt ad viꝝ suum
Et fact9 est timoꝛ magn9 in vniu̇ersa eccl'ia
& in omnes qui audierunt hec. Per man9 aũt
apostoloꝝ fiebant signa & p̃digia multa in
plebe. Et erant vnanimit̃ omnes in porticu
salomonis. Ceteroꝝ aũt nemo audebat cõiun
gere se illis: sed magnificabat eos populus.
Magis aũt augebaꝫ credencium in dño mul:
titudo viroꝝ ac mulieꝝ: ita ut in plateas ei:
cerent infirmos & ponerent in lectulis ac g̃:
batis vt veniente petro saltem vmbra illius
obumbraret quen̄p illoꝝ: & liberarenꝫ ab in
firmitate. Concurrebat aũt & multitudo vi:
cinarum ciuitatum iherusalem. afferentes e:
gros & vexatos a spiritibo immundis: q̃ cura
bantꝫ omnes. Exurgens autem princeps sa:
cerdotum & omẽs qui cum illo erant que est
hereſis saduceoꝝ repleti sũt zelo: & iniecerũt
man9 in apostolos: & posuerũt eos in custo:
dia publica. Angelus aũt domini per noctez
aperiens ianuas carceris & educens eos di:
xit. Ite: & stantes loquimini in templo ple:
bi omnia verba vite hui9. Qui cum audissent
intrauerũt diluculo in templum: & docebant
Aduemens aũt princeps sacerdotum & q̃ cũ
eo erant cõuocauerũt concilium. & omnes se
niores filioꝝ israhel: & miserũt ad carcerem
vt adducerẽt. Cum aũt venissent ministri &
aperto carcere nõ inuenissent illos: reuẽsi nũ
ciauerũt dicẽtes. Carcerem q̃dem inuenim9
clausum cũ omni diligencia: & custodes stan
tes añ ianuas: aperientes aũt neminẽ int9 in
uenim9. Vt aũt audierũt hos sermones ma:
gistrat9 templi & p̃ncipes sacerdotum: am:
bigebant de illis quidnam fieret. Aduenĩs
aũt quidam nunciauit eis: quia ecce viri q̃s
posuistis in carcerem sunt in templo stantes
& docentes populum. Tũc abiit magistrat9
cum ministris: & adduxit illos sine vi. Ti:
mebãt em̃ populum ne lapidarenꝫ. Et cum
adduxissent illos: statuerũt in cõcilio. Et in
terrogauit eos princeps sacerdotum dicens.
Precipiendo p̃cepim9 vobis ne doceretis in
nomine isto: & ecce replestis iherusalem do:
ctrina vestra: & vultis inducere sup nos sã
guinem hominis isti9. Respondẽs aũt petr9
& apostoli dixerũt. Obedire oportet deo ma
gis q̃m hominibo. Deꝰ patrum nostroꝝ susci
tauit ihesum: quem vos interemistis suspen:
dentes in ligno. Hunc principem deꝰ & salua
torem exaltauit dextera sua ad dandam pẽi
tenciam israhel & remissionem peccatoꝝ. &
nos sum9 testes hoꝝ verboꝝ: & spirit9 san:
ctus quem dedit deꝰ omnibo obedientibo sibi.
Hec cum audissent dissecabanꝫ & cogitabãt
interficere illos. Surgens autem quidam
in cõcilio phariseꝰ nomine gamaliel legis
doctoꝛ honorabilis vniuersi plebi: iussit fo:
ras ad breue homines fieri. Dixitq; ad illos.
Viri israhelite attendite vobis super hom:
mibus istis: quid acturi sitis. Ante hos
enim dies extitit theodas dicens se esse ali:
quem: cui consensit numer9 viroꝝ circiter

quadringentoꝝ: qui occisus est & omnes q̄ credebāt ei dissipati sunt: & redacti ad michi lum. ¶ Post hūc extitit iudas galileꝰ in diebꝫ professionis: & auertit pplm post se. Et omnes quotq̄t cōsenserunt ei dispēsi sunt: & ipe periit. Et nūc itaq; dico vob: discedite ab hoīmibꝫ istis: & simite illos. Quoniā si ē ex hoīmibꝫ cōsilium hoc aut op? dissoluet: si vero ex deo est n̄ poteritis dissoluē: ne forte & deo repugnāe videamini. Consenserūt aī illi: & cōuocātes apostolos cesis denunciauerūt eis ne amplius loquerent in nomine ihu: & dimiserūt eos. Et illi quidē ibant gaudētes a conspectu cōcilij: qm̄ dignī habiti sunt p nomīe ihu cōtumeliam pati. Omni aūt die non cessabant in templo & circa domos docentes: & euangelisantes xp̄m ihm.

Ca. VI.

In diebꝫ aūt illis crescente numero discipuloꝝ factū est murmur gręcoꝝ aduersus hebraeos: eo q̄ despicerent in ministerio quotidiano vidue eoꝝ. Conuocātes aūt duodecim multitudinem discipuloꝝ dixerūt. Non est equū nos derelinquere vbum dei: & ministrare mensis. Considerate ergo fratres viros ex vobis bonī testimonij septem plenos spū sancto & sapientia: quos cōstituam? sup hoc op?. Nos vero orōni & ministerio verbi instantes erim?. Et placuit sermo coram omni multitudine. Et elegerūt stephanum virum plenum fide & spiritu sancto: & philippum & procoꝝ & nycanorem & thimonē & parmenam & nicolaum aduenam anthiocenum. Hos statuerūt aī ꝛspectum apostoloꝝ: & orantes imposuerūt eis man?. Et verbum domini crescebat: & multiplicabat numer? discipuloꝝ in ierusalem valde. Multa eciam turba sacerdotum obediebat fidei. Stephan? aūt plen? gr̄cia & fortitudine faciebat pdigia & signa magna in populo. Surrexerūt aūt quidam d̄ synagoga que appellabat libertinoꝝ & cirenensium & alexandrinoꝝ. & eoꝝ qui erant a cilicia & asia disputantes cum stephano: & non poterant resistere sapiencie & spiritui qui loquebat. Tunc submiserunt viros qui dicerent se audisse eum dicentem verba blasphemie in moysen & deū. Commouerunt itaq; plebem & seniores & scribas: & ꝛcurrentes rapuerunt eum & adduxerūt in ciliū & statuerūt falsos testes q̄ dicēt. Homo iste n̄ cessat loq̄ verba aduersus locum sanctū & legē. Audiuim? eī eum dicentem: qm̄ ihus nazarenus hic destruet locū istum: & mutabit traditōnes. quas tradidit nobis moyses. Et intuentes eum omēs q̄ sedebāt in concilio: viderūt faciem eius tanḡ faciē angeli. Dixit aūt princeps sacerdotū stephano: si hec ita se haberēt. Qui ait.

Ca. VII.

Unde bella & lites in vobis? Nõne ex concupiscentijs vestris: q̃ militant in membris vestris? Concupiscitis & non habetis: occiditis & zelatis: & nõ potestis adipisci. Litigatis & belligeratis: & non habetis propter quod non postulatis. Petitis & ñ accipitis: eo q̃ male petatis: vt i cõcupiscentijs vestris insumatis. Adulteri: nescitis q̃ amicicia hui? mũdi inimica ē deo? Quicũq ergo voluerit amicus eẽ seculi hui?: inimicus dei cõstituitur. An putatis q̃ inaniter scriptura dicat: ad inuidiaz concupiscit spũs qui habitat in vobis? Maiorem aũt dat gratiam. Propter qd̃ dicit. Deus superbis resistit: humilibo aũt dat gratiã. Subditi ergo estote deo: resistite aũt dyabolo: & fugiet a vobis. Appropiate deo: & appropinquabit vob̃. Emũdate man? pctõres: & purificate corda duplices animo. Miseri estote & lugete & plorate: risus vester in luctum cõuertatur: & gaudium in merorem. Humiliamini i conspectu domini. & exaltabit vos. Nolite detrahere alterutrum fratres mei. Qui detrahit fratri aut qui iudicat fratrem suum: detrahit legi & iudicat legem. Si autem iudicas legem: nõ es factor legis sed iudex. Vn? est em̃ legislator & iudex: qui potest perdere & liberare. Tu aũt quis es qui iudicas proximũ tuũ? Ecce nunc qui dicitis hodie aut crastino ibimus in illam ciuitatem: & faciemus ibi quidez annũ & mercabimur & lucz faciemus: q̃ ignoratis quid erit in crastino. Que est emz vita vr̃a? Vapor ē ad modicum parens: & deinceps exterminabit̃ pro eo vt dicatis: si dñs voluerit. & si vixerimus. faciemus hoc aut illud. Nunc aũt exultatis in superbijs vr̃is. Omnis exultatõ talis maligna est. Scienti igitur bonũ facere & nõ facienti

peccatum est illi. Capitulum. V.

Agite nūc diuites: plorate vlulantes in miseriis vīis q̄ aduenīēt vobis. Diuitie vīe putrefacte sūt & vestimēta vrā a tyneis comesta sūt. Aurū & argentū vīm erugināuit: & erugo eoꝝ ī testa: mētū vob erit: & māducabit carnes vras sic igīs. Thesaurizastis vob irā in nouissimis diebo. Ecce merces operariorꝝ qui messuerūt regiones vras q̄ fraudata ē a vobis clamat & clamor eoꝝ ī aures dominī sabaoth introiuit. Epulati estis sup terram: & in luxuriis enutristis corda vrā. In die occisionis addixistis & occidistis iustū: & nō restitit vobis. Patientes igit̄ estote fratres vsq; ad aduēntum dominī. Ecce agricola expectat preciosum fructū terre. patienter ferens donec accipiat temporaneum & serotinū. Patientes igit̄ estote & vos & cōfirmate corda vrā: qm̄ aduentus dñi appropinquabit. Nolite ingemiscere fratres ī alterutrū: vt nō iudicemī. Ecce iudex ante ianuam assistit. Exemplum accipite fratres laboris & patientie pphetas qui locuti sunt in noīe dominī. Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt. Sufferentiā iob audistis: & finē dominī vidistis: qm̄ misericors est dñs & miserator. Ante oīa aūt frēs mei nolite iurare: neq; per celū neq; p terram neq; aliud quodcūq; iuramentū. Sit autem sermo vester est ē. non nō: vt non sub iudicō decidatis. Tristatur autē aliquis vīm: oret equo animo & psallat. Infirmatur q̄s in vobis: inducat presbiteros ecclesie & orent sup eum: vnguentes eum oleo in noīe dominī. Et oratio fidei saluabit infirmū: & alleuabit eum dñs: & si in peccatis sit dimittēt̄ ei. Confitemini ergo alterutrū peccata vrā: & orate p inuicem vt saluemini. Multū em̄ valet deprecatio iusti assidua. Helias homo erat similis nobis passibilis: & oratione orauit vt non plueret sup terrā: & nō pluit annos tres & mēses sex. Et rursū orauit: & celū dedit pluuiā: & terra dedit fructū suū. Fratres mei. si q̄s ex vobis errauerit a veritate & cōuerterit q̄s eū: scire debet. qm̄ qui cōuerti fecerit peccatorē ab errore vie sue saluabit animam eius a morte: & operit multitudinem pcōꝝ.

Explic̄ epla canonica bti iacobi apostoli

Incipit argumentum in epistolam canonicā beati petri apostoli primam.

Discipulos saluatoris inuicti toto orbe diffusos & peregrinos in hoc seculo monstrat. & preterite vite penitere suadet: & in nouam vitam proficere tota cum sollicitudie exhortatur symon petrus filius iohannis prouintie galilee vico bethsaida frater andree apostoli.

Explicit argumentum. Incipit epistola canonica beati petri apostoli p̄ma.

Petrus apostol? ihū christi. electis aduenis dispersionis pōthi galatie capadocie asie & bithinie fm̄ p̄scientiam dei patris in sanctificatiōnē spūs ī obedientiā & aspersionem sanguinis ihesu xp̄i: grā vobis & pax multiplicet̄. Benedictus deus & p̄r dñi nostri ihesu christi q̄ fm̄ misericordiā suā magnā regenerauit nos in spem viuā p resurrectionem ihesu xp̄i ex mortuis in hereditatem incorruptibilem & incōtaminatā & immarcessibilem cōseruatā in celis: in vobis q̄ in vtute dei custodimini p fidē in salutem paratā reuelari in tpe nouissimo. In quo exultabitis: modicum nūc si oportet contristari in variis temptationibo: vt probatio vestre fidei multo pciosior sit auro q̄d p ignē probatur: inueniatur i laudem & gloriam & honorē in reuelatione ihū christi: quē cū nō videritis diligitis. In quem nunc q̄s non videntes creditis: credentes aūt exultabitis leticia inenarrabili & glorificata: reportantes finem fidei vestre salutē aiarū vestrarum. De qua salute exquisierunt atq; scrutati sunt pphete. qui de futura in nob gratia pphetauerunt: scrutantes in quod vel q̄le tempus significaret in eis spiritus christi prenuncians eas que in christo sunt passiones & posteriores glorias: quibo reuelatū est. q̄ nō sibimetipsis: vobis aūt ministrabant ea que nunc nūciata sunt vobis. per eos qui euāgelizauerunt vobis spū sancto misso de celo: in quem desiderant angeli p̄spicere. Propt̄ q̄d succincti lumbos mentis vīe sobrij & p̄fecti sperate in eam que offertur vobis gratiam in reuelationē ihesu christi: quasi filij obedientie.

Petri

non cõfigurati prioribus ignorantie vestre
deſideriſs: ſed ſm eum qui vocauit vos ſanctũ:
vt & ipſi in omni conuerſatione ſancti ſitis
quoniam ſcriptum eſt: ſcti eritis quoniã ego
ſctus ſum. Et ſi patrem inuocatis eum q̃ ſine
acceptõne perſonarum iudicat ſm vnuſcuiuſq;
op?: in timore incolatus veſtri tempore. cõ-
uerſamini: ſcientes q̃ nõ corruptibilibus auro
vel argẽto redempti eſtis de vana veſtra cõ-
uerſatione paterne tradicõis: ſed p̃cioſo ſan-
guine quaſi agni immaculati criſti ihesu &
incõtaminati: p̃cogniti quidẽ añ mũdi cõſti-
tutionẽ: manifeſtati autẽ nouiſſimis tẽporibus
ꝓpter vos qui p ipm fideles eſtis in deo. qui
ſuſcitauit eum a mortuis. & dedit ei gloriam
ſempiternã: vt fides veſtra & ſpes eẽt i deo.
Animas vras caſtificantes in obediẽtia cari
tatis. in fraternitatis amore: ſimplici corde
inuicẽ diligite attẽtius: renati nõ ex ſemine
corruptibili ſed incorruptibili p verbum dei
viui & pmanẽtis i eternũ: q̃ oĩs caro fenũ:
& omis gloria eius tanq̃ flos feni. Exaruit
fenum & flos eius decidit verbum autem dñi
manet in eternum. Hoc eſt autem verbũ q̃d
euangelizatum eſt in vobis. Cap̃. II.

Eponẽtes igr̃ omnẽ maliciã & oẽm
dolũ & ſimulationes & inuidias &
omes detractõnes: ſicut modo geniti
infantes rationabiles & ſine dolo lac cõcupi-
ſcite vt in eo creſcatis inſalutẽ: ſi tamẽ gu-
ſtaſtis q̃m dulcis ẽ dñs. Ad quem accedentes
lapidẽ viuũ ab hoĩbus quidẽ reprobatum a deo
aũt electum & honorificatũ: & ipſi tanq̃ la-
pides viui ſuperedificami domus ſpirituales
in ſacerdotium ſanctum: offerre ſpiritales ho-
ſtias acceptabiles deo per ihm xp̃m. ſ Propt̃
quod continet ſcriptura. Ecce pono in ſyon
lapidem ſummũ angularem probatũ electum
precioſum: & qui crediderit in eum nõ cõfun-
detur. Vobis igitur honor credentibus: non
credentibus autem lapis quem reprobauerũt
edificantes hic factus eſt in caput anguli &
lapis offenſionis & petra ſcandali: hĩs qui
offendunt verbo nec credunt in quo & poſiti
ſunt. Vos aũt genus electũ regale ſacerdo-
tium gens ſancta populus acquiſitionis: vt
virtutes annũcietis eius qui de tenebris vos
vocauit in admirabile lumẽ ſuum. Qui aliq̃n
nõ populus dei nũc aũt populus dei: qui non
conſecuti miſericordiã: nunc aũt miſericor-
diam cõſecuti. Cariſſimi: obſecro vos tanq̃
aduenas & pegrinos abſtinere vos a carna-
libus deſideriis que militant aduerſus animas
conuerſatõnem veſtram inter gentes habẽtes
bonã: vt in eo quod detractant de vobis tanq̃
de malefactoribus: ex bonis operibus vos conſi-
derantes. glorificent deum i die viſitationis.
Subiecti igitur eſtote omni humane crea-
ture propter deum. Sive regi quaſi precellẽ-
ti: ſiue ducibus tanq̃ ab eo miſſis. ad vindi-
ctam malefactorum: laudem vero bonorum.
Quia ſic eſt voluntas dei: vt bñfacientes ob-
muteſcere faciatis imprudentium hominum
ignorantiam. Quaſi liberi: & non quaſi vela-
men hñtes malicie libertatem: ſed ſicut ſerui
dei. Omes honorate: fraternitatem diligite.
deum timete: regem honorificate. Serui ſub-
diti eſtote in omni timore dñis: nõ tãtũ bo-
nis & modeſtis. ſed etiam diſcolis. Hec ẽ em
gratia: ſi ꝓpter dei cõſcientiam ſuſtinet quis
triſticias patiens iniuſte. Que ei eſt gratia:
ſi peccantes & colaphizati ſuffertis? Sed ſi
bñfacientes patienter ſuſtinetis: hec ẽ gratia
apud deũ. In hoc em vocati eſtis: q̃ & xp̃us
paſſus eſt p nobis. vobis relinquẽs exem-
plum: vt ſequamini veſtigia eius. Qui pec-
catum non fecit: nec inuentus eſt dolus i ore
eius. Qui cũ malediceret nõ maledicebat: cum
pateret nõ cõminabat. Tradebat aũt iudi-
canti ſe iniuſte. Qui peccata nra ipſe ptulit
in corpore ſuo ſup lignũ: vt peccatis mortui
iuſticie viuamus: cui? liuore ſanati ſumus.
Erratis em ſic oues errantes: ſed cõuerſi eſtis
nunc ad paſtorẽ & epiſcopũ aiarum veſtrarum.

Similiter & mulieres ſubdite ſint viris ſuis. vt & ſi q̃
non credunt verbo per mulierũ cõ-
uerſationem ſine verbo lucrifiant: conſideran-
tes in timore ſanctam cõuerſationem vram.
Quarum ſit non extrinſecus capillatura aut
circumdatio auri aut indumẽti veſtimẽtorũ
cultus: ſed qui abſconditus eſt cordis homo
in incorruptibilitate quieti & modeſti ſpũs:
qui eſt in conſpectu dei locuples. Sic enim
aliq̃n & ſancte mulieres ſperantes in deo or-
nabant ſe ſubiecte propriis viris: ſicut ſara

obediebat abrahe dominū eum vocans: cuius estis filie bñfacientes · & nō ptimētes vllam perturbationem · Viri similiter cohabitātes scām scientiā: quasi infirmiori vasculo muli ebrii impertientes honorē tanq̄ & coheredibo gracie vite: vt nō impediant̄ orationes vre. In fide aūt omnes vnanimes ī ozone estote cōpatientes: fraternitatis amatores · miseri-cordes · modesti · humiles: nō reddentes malū p malo · nec maledictū p maledicto: ſ econtrario bñdicētes: q̄ ī hoc vocati estis: vt bñdictionem hereditate possideatis · Qui eī vult vitam diligere: & dies videre bonos: Coherceat linguam suā a malo: & labia eius ne loquant̄ dolum · Declinet autem a malo & faciat bonū: inquirat pacem & sequatur eam: q̄ oculi domini sup iustos: & aures eius ī p̄ces eoz: vult? aūt domini sup facientes mala · Et q̄s est qui vobis noceat: si bomi emulatores fueritis? Sz & si quid patimini p̄pter iusticiam beati · Timorem aūt eoz ne timueritis: vt non conturbemini · Dñm aūt cristū sanctificate in cordibo vr̄is: parati semp ad satisfactionē omni poscenti vos rationē de ea q̄ in vobis ē fide & spe: sed cū modestia & timore conscientiam habentes bonam: vt in eo q̄ detrahunt de vobis cōfundant̄: qui calumniant̄ vr̄am bonam in cristo cōuersationem. Melius est em̄ benefacientes si voluntas dei velit pati q̄ malefacientes: quia & cristus semel p peccatis nostris mortuus est iustus p iniustis: vt nos offerret deo · mortificatos quidez carne vivificatos aūt spiritu · In quo & his q̄ in carcere cōclusi erant spiritualiter veniens predicauit: q̄ incredduli fuerant aliquādo · q̄n expectabant dei patientiā in diebo noe cū fabricaret̄ archa: in qua pauci idest octo anime salue facte sunt p aquā · Quod & vos nūc similis forme saluos facit baptisma nō cārnis depositio sordiū · sed cōscientie bone interrogatio in deum: per resurrectionē ihesu cristi a mortuis qui est in dextera dei: deglutiens mortem vt vite eterne heredes efficeremur: p̄fectus in celū subiectis sibi āgelis & potestatibo & virtutibo. Cap̄. IIII.

Cristo igr̄ passo ī carne & vos eadē cogitatōne armamī: q̄ q̄ passus ē in cārne desist a pctis: vt n̄ iā desideriis hoīm sed voluntati dei q̄ reliquū ē in carne tunc vivat temporis · Sufficit em̄ preteritū tēpus ad voluntatem gentium consummandam qui ambulauerūt in luxurijs desideriis vinolentijs cōmessatōnibo potacōnibo ebrietatibo & illicitis ydolorum cultibus · In quo admirant̄ non concurrentibo vobis in eandē luxurie confusionez blasphemantes: qui reddent rationē ei qui paratus ē iudicare vivos & mortuos · Propter hoc eī & mortuis euāgelizatum est: vt iudicent̄ quidem fm hoīes in carne: vivant autem fm deū in spū · Oīm autem finis appropinq̄bit · Estote itaq̄ prudentes & vigilate in orationibo: ante omnia autem mutuam in vobismetipsis caritatem continuam habentes: q̄ caritas operit multitudinez peccatoz · Hospitales invicem: sine murmuratione · Vnusquisq̄ sicut accepit grām · in alterutrū illaz āministrantes: sicut bomi dispensatores multiformis gratie dei · Si q̄s loquit̄: q̄si sermones dei · Si q̄s ministrat: tanq̄ ex virtute quā administrat deus: vt ī ombo honorificet̄ deus p ihesum xp̄m cui est gloria & imperiū in secula seculorum amen · Carissimi nolite pegrinari in feruore qui ad temptationē vobis fit · quasi novi aliquid vobis accidat: sed cōmunicantes cristi passionibo gaudete: vt & in revelatione glorie eius gaudeatis exultantes · Si exprobramini in nomine xp̄i · beati eritis: q̄m quod ē honoris glorie & virtutis dei & qui ē eius · spūs sup vos requiescet · Nemo aūt vr̄m paciat̄ q̄si homicida aut fur aut maledic? · aut alienoz appetitor · Si autē vt cristianus · nō erubescat: glorificet aūt deū in isto nomine: q̄m tps ē vt incipiat iudiciū a domo dei · Si aut p̄mū a nob̄: q̄s finis eoz qui nō credunt dei euāgelio? Et si iustus q̄dē vix saluabitur ipius & pctor vbi parebūt? Itaq̄ & hi q̄ paciūt fm volūtatē dei: fideli creatori cōmendent aīas suas in benefactis.

Cap̄. V.

Seniores ergo q̄ in vobis sūt obsecro cōsenior & testis cristi passionū: & eius que in futuro revelanda ē glorie cōmunicator · Pascite qui in vob̄ ē gregez dei: prouidentes non coacte sed spontanee · fm deum: neq̄ turpis lucri gratia · sed voluntarie: neq̄ vt dominantes in clero sed forma

facti gregis ex animo: vt cuz apparuerit pn
ceps pastoz percipiatis immarcessibilē glo
rie cozonā. Similit adolescētes subditi esto
te semoribo. Oēs em̄ inuicē hūilitatē insinu
ate: qz dns superb resistit: hūilibo aī dat gra
ciam. Hūiliamini igit sub potēti manu dei vt
vos exaltet in tpze visitatōnis: omnē sollici
tudinē vram picietes in eū: qm̄ ipsi cura ē de
vob. Sobzij estote & vigilate: qz aduersari?
vr dyabol? tanq̄ leo rugiens circuit. qrens
quē deuozet. Cui resistite foztes in fide: scie
tes eandē passionē ei que i mūdo est vre frat
nitati fieri. Deꝰ aūt omis gcie qui vocauit
nos in eternā suā gloriā in xpo ihu modi cū
passos: ipe pficiet confirmabit solidabitq̄.
Ipsi gloria & imperiū: in secula seculozum
amen. Per siluanū fidelē frem vob vt arbi
troz breuit scripsi: obsecrns & cōtestans hanc
ee veram graz dei i qua & statis. Salutat vos
ecclesia que est in babilone coelecta: & mar
cus filius me? Salutate inuicē in osculo scto
Gza vob omibo q̄ estis in xpo ihu. Amen.

Explicit epistola beati Petri apli prima

Incipit argumentū in epistolā scdam.

Simon petr? per fidē huic mū
do sapiens moztuos ee declа
rat: eisdemq̄ pietatis quanta
sit magnitudo luce ipse clari?
manifestat

Explicit argumentū Incipit epistola
secunda beati Petri apostoli

Simon petr? seru? & aposto
lus ihesu xpi: his qui coe
qualē nobiscū sortiti sunt
fidem in iustitia dei nostri
& saluatoris ihesu xpi. gra
tia vob & pax adimpleat
in cognitōe dei & xpi ihu dni nri: quō omia
nob diuine vtutis sue q̄ ad vitā & pietatē do
nata sūt p cognitōem ei? q̄ vocauit nos pp̄a
gloria & vtute per quē maxia & pciosa nob
promissa donauit: vt per hoc efficiamini dun
ne consortes nature: fugietes eius que in mū
do est concupiscentie coruptōem. Vos aūt
curam omnem subinferentes ministrate in fi
de vestra virtutem: in virtute autem scienti
am: in scientia autem abstinentiam: in absti
nentia aūt pacientiā: in pacietia aī pietatē:
in pietate aūt amozem fratermitatis: in amo
re fratermitatis caritatē. Hec em̄ si vobiscuz
assint & superēt: non vacuos nec sine fructu
vos constituēt in dni nostri ihesu cristi cog
nitōne. Cui em̄ non presto sūt hec: cecus est.
& manu temptans: oblitionē accipiens pur
gatōnis veterū suoꝝ delictoꝝ. Quapropt
frēs magis satagite: vt p bona opera certaz
vram vocatōnem & electōnem faciatis. Hec
em̄ facientes non peccabitis aliquando. Sic
em̄ abundanter ministrabit vobis introit? in
eternuz regnum dni nostri & saluatoris ihu
xpi. Propt quod vos incipiā semper cōmo
nere de his: & quidē scientes & cōfirmatos
in pnti veritate. Justū aūt arbitroz: q̄diu sū
in hoc tabernaculo suscitare vos in cōmoniti
one: certus q̄ velox est depositō tabernaculi
mei: scd̄m quod & dns noster ihesus cristus
significauit michi. Dabo autem operam &
frequenter habere vos post obitū meū: vt ho
rum omniū memoziam faciatis. Non em̄ in
doctas fabulas secuti notam fecimus vobis
domini nri ihu xpi virtutē & presciētiā: sed
speculatozes facti illi? magnitudinis. Acci
piens em̄ a deo pre honorē & gloriā voce de
lapsa ad eū huiuscemodi a magnifica gloria
hic est filius me? dilect? in quo michi cōpla
cui: ipsum audite. Et hanc vocē nos audiui
mus de celo allatam: cū eemus cū ipso in mō
te sancto. Et habem? firmiozem pphēticum
sermonez. cui bn facitis attendētes q̄si lucer
ne lucenti in caliginoso loco donec dies elu
cescat & lucifer oriat in cordibo vestris. hoc
primuz intelligētes: q̄ omnis pphetia pphe
tie interpretatōe nō fit. Non em̄ voluntate huma
na allata est aliquando pphetia: sed spiritu
sancto inspirati locuti sunt sancti dei hoies.

Capitulum. II.

Verūt vero & pseudo pphe in pplo
sicut & in vob erūt magri mēdaces: q̄
introducēt sectas perditōnis: & eū
qui emit eos deū negāt. superducētes sibi ce
lerem perditōem. Et multi sequent eoꝝ lu
xurias: p quos via veritatis blasphemabit
et in auaricia fictis verbis de vobis negocia
buntur. Quibo iudicium iam olim nō cessat:

et perditio eoꝝ non dormitat. Si enim deus angelis peccantibꝰ nō pepcit sed rudentibus infernī detractos in tartarum tradidit cruciandos in iudiciū reseruari: & originali mūdo non pepercit. sed octauū noe iusticie p̄conez custodiuit diluuiū mūdo impiorū inducēs. & ciuitates sodomoꝝ & gomorreoꝝ in cinerem redigēs euersione damnauit. exemplum eoꝝ qui impie acturi sūt ponēs & iustū loth oppressum a nephandoꝝ iniuria ac luxuriosa cōuersatōe eruit. Aspcū em̄ & auditu iustus erat: habitās apud eos q̄ de die in diē aiam iustā iniquis opibꝰ cruciabant. Nouit deus pios de tēptatōe eripe: iniquos vero in diem iudicij reseruaꝫ cruciādos. Magis aūt eos qui post carnē in concupiscētia immūdicie ābulant. dn̄acionem q̄ cōtemnunt: audaces. sibi placentes: sectas non metuūt introducē blā sphemantes. Vbi angeli fortitudine & virtute cum sint maiores: non portant aduersū se exēc bile iudiciū. Hi vo q̄ velut irrationabilia pecora naturaliť in captōem & in perniciem in his que ignorant blasphemantes in corruptōe sua peribūt: pcipiētes mercedē iniusticie voluptatē: existimātes diei delicias coinquinatōis & macule. delicijs affluentes in conuiuijs suis luxuriantes vobiscum: oculos habentes plenos adulterij. & incessabilis delicti: pellicientes aīas instabiles: cor exercitatum in auaricia habentes. maledicti onis filij: derelinquētes rectam viā errauerūt secuti viam balaaz ex bosor. qui mercedē iniquitatis amauit: correptionem vero habuit sue vesanie. Hbūgale mutum animal in hominis voce loquens: prohibuit p̄phete insipientiam. Hi sūt fontes sine aqua & nebule turbinibꝰ exagitate quibꝰ caligo tenebraruꝫ reseruaťť. Superbia em̄ vanitatis loquētes: pellicētes in desideris carnis luxurie eos q̄ paululum effugiunt. qui in errore cōuersantur: libertatē illis p̄mittētes cū ipsi serui sint corruptōis. A quo em̄ quis sepat? est: hui? & seru? ē. Si em̄ refugientes coiq̄natōnes mundi in cognitōne dn̄i nostri & saluatoris ihesu cristi. his rursus implicati superantur facta sunt eis posteriora deteriora prioribꝰ. Melius em̄ erat illis non cognoscere viam iusticie: q̄ post agnitionez retrorsum conuerti ab eo quod illis traditum est sancto mandato. Contigit em̄ eis illud veri prouerbij Canis reuersus ad suū vomitum: & sus lota in volutabro luti Capitulū. III.

Hanc ecce vob carissimi scdā scribo epistolam in quibꝰ vestrā excito in cōmonitionē sincerā mentē: vt mēores sitis eorū que p̄dixi verboꝝ a sctis p̄phis et apostolorꝝ vestroꝝ preceptorū domini: et saluatoris. hoc primū scientes: q̄ venient in nouissimis diebꝰ in deceptōe illusores iuxta p̄prias cōcupiscentias ambulātes: dicentes. Vbi est p̄missio aut aduent? ei?: ex quo em̄ patres dormierūt: omnia sic perseuerant ab initio creature. Latet em̄ eos hoc volentes: q̄ celi erāt primus & terra de aqua & per aquā consistens dei verbo: per quem ille tunc mundus aqua mundatus perijt. Celi autem qui nūc sunt & terra eodē verbo repositi sūt ign̄i reseruati in diem iudicij: & p̄ditōis impioꝝ hominū. Vnū vero hoc nō lateat vos carissimi: q̄ vn? dies apud dn̄m sicut mille anni et mille anni sicut dies vn? Non tardat dn̄s p̄missi sui sicut quidā existimāt sed pacienť agit p̄ vos: nolēs aliq̄s pire ſ oēs ad penitentiā reuerti. Aduenīet aūt dies dn̄i vt fur in q̄ celi magno impetu trāsient: elemēta vero calore soluentť. Terra aūt & que in ipsā sūt oīa opa exurentť. Cuz hec igitť oīa dissoluēda sint. q̄les oportet vos eē in sctis conuersatōibꝰ & pietatibꝰ exspectātes & p̄perātes in aduentū diei dn̄i nr̄i ihu xp̄i: p quē celi ardētes soluentť & elemēta ign̄is ardore tabescēt. Nouos vo celos & nouā terrā & p̄missa ipsi? exspectam?: in q̄bꝰ iusticia habitat Propť qđ carissimi hec exspectantes. satagite immaculati & inuiolati ei inuenīri ī pace: & dn̄i nr̄i ihu xp̄i longanimitatē salutez arbitramini: sicut & carissim? fraťť nr̄ paul? secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis: sicut & in oīnibꝰ epistolis. loquēs in eis de hijs: in quibꝰ sunt quedam difficilia intellectu. que īdocti & instabiles deꝑuant. sicut & ceteras scꝑturas. ad suā ipsoꝝ p̄ditionem

Vos igitť frēs p̄scientes custodite vosmetip sos ne insipientiū errore trāsducti excidatis a p̄pria firmitate: crescite vero ī gracia & in cognitōe dn̄i nr̄i & saluatoris ihu xp̄i. Ipsi

gloria et nunc et in diem eternitatis·amen·

Explicit epistola bti Petri apostoli secunda Incipit argumentū in epistolā beati Johannis apostoli primam

Rationem verbi & qp de? ipse fit caritas maīfestat: & susurrones fratrum nec deum scire nec pios fieri posse·eousqꝫ dissertat vt eē comprobet homicidas: eo qp odium fit interfectōis occasio. ¶ Explicit argumentū Incipit epistola beati Johannis apostoli prima·

Quod fuit ab initio·qđ audiuim?·quod vidim? oculis nostris·quod perspeximus·& man? nr̄e cōtrectauerūt de verbo vite & vita maīfestata ē:& vidim? & testamur & annunciam? vob̄ vitā eternaz· que erat apud p̄em·& ap̄paruit nob̄. Quod vidim? & audiuim? annūciam? vob̄: vt & vos societatē habeatis nobiscum: & societas nostra fit cum patre & cum filio eius ihesu xp̄o. Et hec scribimus vob̄: vt gaudeatis & gaudiū vr̄m sit plenū. Et hec est annuciatio quā audiuim? ab eo & annunciam? vob̄ qm̄ de? lux est:& tenebre in eo non sūt vlle. Si dixerim? qm̄ societatē habem? cū eo & in tenebris ambulam?: mētimur·& veritatē non facim?. Si aūt in luce ambulam? sicut & ipse est in luce societatē habem? adinuicē & sanguis ihesu filij ei? mūdat nos ab omni pcto. Si dixerim?: qm̄ pctm nō habem? ipsi nos seducim?:& veritas ī nob̄ nō est. Si cōfiteamur pcta nr̄a: fidelis est & iustus vt remittat nob̄ pcta nr̄a: & emūdet nos ab oī iniq̄tate. Si dixerim? qm̄ n̄ peccauim?: mēdace facim? eū :& verbum ei? nō est in nob̄

Capitulum· II

Filioli mei: hec scribo vob̄ vt nō peccetis. Sed & si q̄s peccauerit: aduocatū habem? apud p̄em ihm̄ xp̄m iustū. Et ipse ē ap̄piatō pro pctis nr̄is: non pro nr̄is aūt tm̄: s̄ etiā pro toci? mūdi. Et in hoc scim? qm̄ cognouim? eū: si mādata eius obseruam? Qui dicit se nosse eū & mādata ei? nō custodit mēdax ē:& in eo veritas nō est.

Qui aūtem seruat verbū ei?: vere in hoc caritas dei pfecta ē. In hoc scim? qm̄ in ipso sumus. si ī eo pfecti sum? . Qui dicit se in xp̄o manē: debet sicut ille ābulauit: & ip̄e ābulare Carissimi nō mādatū nouū scribo vob̄. s̄ mādatū vet? qđ habuistis ab initio· Mandatū vet? est verbū quod audistis. Iterū mandatum nouū scribo vob̄ quod verū est & in ip̄o & in vob̄: qz tenebre transierunt: & verum lumen iam lucet· Qui dicit se ī luce eē & frēm suum odit: ī tenebris est vsqꝫ adhuc· Qui diligit fratrem suum in lumine manet: & scandalum in eo non est. Qui autē odit fratrē suum in tenebris est & in tenebris ambulat: & nescit quo eat: qz tenebre obcecauer̄t oculos eius· Scribo vob̄ filioli: quoniā remittunt vob̄ peccata vestra pp̄t nomen eius· Scribo vobis patres: qm̄ cognouistis eū qui ab initio est· Scribo vob̄ adolescentes: quoniā vicistis malignū· Scribo vobis infantes: quia cognouistis patrez· Scribo vobis iuuenes: qm̄ fortes estis & verbū dei manet in vob̄: & vicistis malignū. Nolite diligere mundum neq; ea que in mūdo sūt. Si quis diligit mūdum: non est caritas patris in eo· Quoniam omne quod est in mundo cōcupiscentia carnis est: & cōcupiscentia oculoz: & superbia vite que non est ex patre: sed ex mundo est Et mund? transit & concupiscēcia ei? Qui autem facit voluntatē dei: manet in eternum Filioli mei: nouissima hora ē· Et sicut audistis qz anticrist? venit: nūc aūt anticristi multi facti sunt. Vnde scim? qz nouissima hora ē Ex nobis prodierunt: sed non erāt ex nobis. Nam si fuissent ex nobis: permānissent vtiq; nobiscum Sed vt manifesti sint: quoniā nō sunt omnes ex nobis· Sed vos vnctionem habetis a scto: & nostis oīa· Non scr̄si vobis quasi ignorantibo veritatem: sed q̄si sciētibo eam: & quoniam omne mēdatiū ex veritate non est· Quis est mendax: nisi is qui negat quoniaz ihesus est xp̄c? Hic est anticristus qui negat patrē & filiū· Omis qui negat filiū nec patrē habet: qui confitet filiū & p̄em habet· Vos quod audistis ab initō in vobis pmaneat: qz si in vobis pmanserit: qđ audistis ab initio: & vos in filio & patre manebitis· Et hec est repromissio: quā ipse

pollicit? est nob vitam eternam. Hec scripsi vob de hijs qui seducũt vos. Et vos vncti onẽ quam accepistis ab eo maneat in vobis. Et nõ necesse habetis vt aliquis doceat vos: sed sicut vnctio ei? docet vos de oĩbo. Et verũ est: & nõ est mẽdaciũ. Et sicut docuit vos manete in eo. Et nũc filioli manete in eo: vt cũ apparuerit habeam? fiduciã: & nõ cõfundamur ab eo in aduentu ei?. Si scitis qm̃ iustus est: scitote qm̃ & oĩs q̃ facit iusticiã ex ipso natus est.

Capitulum. III.

Videte qualem caritatem dedit nobis pat̃: vt filij dei nominemur & sim?
Propt̃ hoc mundus nõ nouit nos quia non nouit eum Carissimi nũc filij dei sumus: & nondũ apparuit quid erim? Scim? qm̃ cum apparuerit similes ei erim?: quoniã videbimus eum sicuti est. Et ommis qui habet hanc spem in eo: sãctificat se sicut & ille scts est Ommis qui facit peccatũ: & iniquitatem facit. Et peccatũ est iniq̃tas Et scitis q̃ ille apparuit vt peccata tolleret: & pcẽm in eo nõ est. Ommis qui in eo manet nõ peccat. Et oĩs qui peccat nõ vidit eũ: nec cognouit eum. Filioli: nemo vos seducat. Qui facit iusticiã iust? est: sicut ille iustus est. Qui facit pcẽm ex dyabolo est: qm̃ ab initiõ dyabolus peccat. In hoc apparuit filius dei: vt dissoluat opera dyaboli. Omis q̃ nat? ẽ ex deo peccatũ non facit: qm̃ semen ipsi? in eo manet: & nõ potest peccare. qm̃ ex deo nat? est. In hoc manifesti sũt filij dei & filij dyaboli. Omis qui non est iust? nõ est ex deo: & qui non diligit fratrẽ suum. Quoniam hec ẽ annunciatio quam audistis ab initõ: vt diligamus alterutrũ. Non sicut cayn qui ex maligno erat: & occidit fratrem suũ. Et ppt̃ quid occidit eum? Quoniam opera ei? malig̃ erãt: Fratris autem ei? iusta. Nolite mirari frẽs si odit vos mund?. Nos scimus quoniã trãslati sumus de morte ad vitam: quoniam diligimus fratres. Qui nõ diligit manet in morte. Omis qui odit frẽm suum homicida est Et scitis qm̃ omis homicida non habet vitam eternam in se manentem. In hoc cognouim? caritatem dei: qm̃ ille animam suã pro nob posuit: & nos debem? pro fratribo aĩas ponẽ. Qui habuerit substãtiam hui? mũdi. et viderit fratrem suũ necesse habere et clauserit viscera sua ab eo: quomodo caritas dei manet in eo? Filioli mei: non diligam? vbo: neq̃ lĩgua: sed opere & veritate. In hoc cognoscim? qm̃ ex veritate sum?: & in conspcũ ei? suadebim? corda nra. quoniã si reprehẽderit nos cor nr̃m. maior ẽ de? corde nro: & nouit omnia. Carissimi si cor nostrũ n̄ reprehenderit nos fiduciam habemus ad deum: et quicquid pecierim? accipiem? ab eo quoniã mandata ei? custodim?: et ea que sunt placita coram eo facim?. Et hoc est mandatum ei? vt credam? in nomine filij ei? ihesu xp̃i et diligam? alterutrũ sicut dedit mandatum nobis. Et qui seruat mandata ei? in illo manet: & ipse in eo. Et in hoc scim?: quoniam manet in nobis in spiritu quẽ dedit nobis

Capitulum. IIII.

Carissimi. nolite omi spũi credẽ. sed probate spũs si ex deo sint: qm̃ multi pseudo ppbe exierũt in mundum
In hoc cognoscit̃ spũs dei. Omis spũs q̃ cõfitet̃ ihm xp̃m in carne venisse. ex deo est. Et ommis spũs q̃ solvit ihm ex deo n̄ est. & hic est antixp̃us de quo audistis qm̃ venit: & nũc iam in mũdo est. Vos ex deo estis filioli et vicistis eũ: quoniã maior est qui in vob ẽ: q̃ p̃ q̃ in mũdo Ipsi de mũdo sunt: ideo de mũdo loquunt̃: & mũd? eos audit. Nos ex deo sum?. Qui nouit deũ audit nos: qui non est ex deo non audit nos In hoc cognoscim? spiritũ veritatis & spm̃ erroris. Carissimi diligam? nos inuicem: q̃ caritas ex deo est. Et omis q̃ diligit fratrẽ suũ ex deo nat? est: et cognoscit deũ. Qui nõ diligit nõ hz caritatẽ. et non nouit deũ: qm̃ de? caritas est. In hoc apparuit caritas dei in nob: qm̃ filiũ suũ vnigenitũ misit de? in mundũ: vt viuam? p eũ In hoc est caritas: nõ quasi dilexerim? deũ. sed quoniam ipse prior dilexit nos: & misit filiũ suũ ppciatõem p pcẽis nostris. Carissimi: si de? dilexit nos: & nos debem? alterutrũ diligere. Deũ nemo vidit vnq̃. Si diligam? inuicẽ de? in nobis manet: & caritas eius in nobis perfecta est. In hoc cognoscimus quoniam in eo manem? & ipse in nob quoniã de spũ sancto suo dedit nob. Et nos vidim? & testificamur: quoniam pat̃ misit

filiũ suũ saluatorẽ mundi · Quisquis confessus fuerit qm̃ ihs est filiꝰ dei: deꝰ in eo manet & ipse in deo · Et nos cognouim⁹: & credidim⁹ caritati quã hꝫ deꝰ in nob̃ · Deꝰ caritas est: & qui manet in caritate ī deo manet & deꝰ in eo · In hoc pfecta est caritas dei nobiscũ: vt fiduciã habeam⁹ in die iudicij: qꝛ sicut ille est: & nos sum⁹ ī hoc mũdo · Timor nõ est in caritate: ꝫ pfecta caritas foras mittit timorẽ: qm̃ timor penã hꝫ · Qui aũt timet nõ est pfect⁹ in caritate Nos ergo diligam⁹ deũ: qm̃ deꝰ prior dilexit nos · Si quis dixerit: qm̃ diligo deũ: & frẽm suũ oderit: mẽdax est · Qui enim nõ diligit frẽm suũ quem videt: deum quem non videt quomodo potest diligere? Et hoc mandatũ habem⁹ a deo: vt q̃ diligit deũ: diligat & frẽm suũ Capi · V

OMnis qui credit qm̃ ihesus est xp̃c ex deo natus est · Et omnis qui diligit eũ qui genuit: diligit & eũ q̃ natus est ex eo · In hoc cognoscim⁹ qm̃ diligimus natos dei: cum deũ diligam⁹ · & mandata eiꝰ faciam⁹ · Hec est enim caritas dei vt mãdata eiꝰ custodiam⁹: & mãdata eiꝰ gr̃ia nõ sunt · Quomã omne qđ natũ est ex deo vincit mundũ: & hec ẽ victoria q̃ vincit mũdũ: fides nr̃a · Quis est aũt q̃ vincit mundũ: misi q̃ credit qm̃ ihs est filiꝰ dei: Hic est q̃ venit p aquã & sanguinẽ ihs xp̃c · Non in aq̃ solũ: ꝫ in aqua & sanguine · Et spũs est qui testificatur: qm̃ xp̃c est veritas · Quomã tres sunt qui testimoniũ dant in celo · pater · verbũ · et spiritus sanctꝰ: & hi tres vnũ sunt · Et tres sunt qui testimoniũ dant in terra · spũs · aq̃ · & sanguis: & tres vnũ sũt · Si testimoniũ hominũ accipimus: testimoniũ dei maiꝰ est · Quomã hoc est testimoniũ dei quod maiꝰ est quomã testificatꝰ est de filio suo · Qui credit in filiũ dei: habet testimoniũ dei in se · Qui nõ credit filio mendacẽ facit eũ: qꝛ non credit in testimonium quod testificatꝰ est deꝰ de filio suo · Et hoc est testimonium: quomã vitam eternã dedit nob̃ deꝰ: & hec vita in filio eiꝰ est · Qui habet filiũ dei habet vitam: qui nõ habet filiũ dei: vitã nõ habet · Hec scribo vobis: vt sciatis qm̃ vitã habetis eternã: q̃ creditis in nomine filij dei · Et hec est fiducia quã habemus ad deũ: qꝛ q̃cunq; pecierim⁹ secundum voluntatem eiꝰ audit nos · Et scim⁹ qꝛ audit nos: quicquid pecierim⁹ · Scimus quoniaz habem⁹ petitões quas postulamus ab eo · Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortẽ: petat & dabit ei vita peccanti nõ ad mortẽ · Est peccatũ ad mortẽ: nõ pro illo dico vt roget quis · Omnis iniquitas peccatũ est: & est peccatũ ad mortẽ Scim⁹ qꝛ omnis qui natꝰ est ex deo non peccat: ꝫ generacõ dei cõseruat eũ: & malignꝰ nõ tanget eum · Scim⁹ qm̃ ex deo sum⁹: & mũdꝰ totꝰ in maligno positꝰ est · Et scim⁹ qm̃ filiꝰ dei venit & dedit nob̃ sensũ vt cognoscam⁹ verũ deũ: & sim⁹ in vero filio eiꝰ · Hic ẽ verꝰ deꝰ: & vita eterna · Filioli custodite vos a simulacris

Explicit epistola beati iohannis Incipit argumentũ in epistolã scõz

IOhannes ad electam feminaz scribit vt eandẽ dominaz non dubitet literis appellare: eiusdemq; filijs testimoniũ q̃ ambulent in veritate perhibeat̃ ·

Explicit argumentum Incipit epistola beati iohannis apostoli secunda

SEnior: electe domine & natis eius quos ego diligo in veritate: & non ego solus: sed & omnes qui cognouerunt veritatem: propter veritatez que permanet in vobis: & vobiscum erit in eternum · Sit vobiscum gracia · misericordia · pax a deo patre: et a christo ihesu filio patris in veritate & caritate · Gauisus sum valde quoniaz inueni de filijs tuis ambulantes in veritate: sicut mandatũ accepim⁹ a patre Et nũc rogo te domina non tanq̃ mandatum nouũ scribẽs tibi: sed quod habuim⁹ ab inicio: vt diligam⁹ alterutrum · Et hec est caritas: vt ambulem⁹ scõm mandata eiꝰ · Hoc em̃ est mandatum: vt quemadmodũ audistis ab inicio in eo ambuletis: quoniã multi seductores exierũt in mundũ qui nõ cõfitent̃ ihesum christũ veniꝛe in carnẽ · Hic est seductor & antichristꝰ · Videte vosmetipsos ne pdatis q̃ opati estis: ꝫ vt mẽcedẽ plenã accipiatis · Omnes q̃ dis q̃

recedit et non pmanet in doctrina xpi deum
nõ hz. Qui pmanet in doctrina: hic pem & fi
liũ hz. Si quis veit ad vos & hãc doctrinã
nõ affert: nolite recipe eum in domũ: nec aue
ei dixeritis. Qui eñ dicit illi aue: cõmunicat
opibo ei? maligmis. Ecce pdixi vob vt ĩ die
dñi nri ihu xpi nõ cõfundamini. Plura hñs
vob scribe: nolui p cartã & attramẽtũ. Spo
eñ me futurũ apud vos: & os ad os loqui vt
gaudiũ vm plenũ sit. Salutãt te filie sozo
ris tue electe Gra tecũ amen.

Explicit epistola bti iohis apostoli scda
Incipĩ argumentũ ĩ epam eiusdẽ terciã.

Caium pietatis causa extollit:
atq; vt in ipa pietate maneat
exhortat: diotrepẽ impietatis
et superbie causa obiurgat: de
metrio aũt bonũ testimonium
phibet cũ fratribo vniuerb

Explicit argumentum Incipit epistola
beati Johannis apostoli tercia.

Semioz: gaio carissimo quẽ
ego diligo in veritate. Ca
rissime: de omĩbo oõnem fa
cio pspere te ingredi & va
lere: sicut pspere agit ania
tua. Gauisus sũ valde ve
nientibo fratribo & testimoniũ phibẽtibo veri
tati tue: sic tu ĩ veritate ãbulas. Maioẽ hoc
nõ habeo gtiaz: q; vt audiã filios meos in ve
ritate ãbulãtes. Carissime: fidelit facis q̃cq̃d
oparis in frẽs: & hoc in pegrios: q̃ testimo
miũ reddiert caritati tue in conspcũ ecclesie
qs bñfaciens deducis digne deo. Pro nomie
eñ ei? pfecti sũt: michil accipiẽtes a gẽtibo.
Nos g̃ debem? suscipe huiusmõi: vt coopato
res sim? veritatis. Scripsissem forsitan ec
clesie: s is qui amat primatũ gere in eis dio
trepes: nõ recipit nos. Propt hoc si venero
cõmoneã ei? opera que facit: verb maligmis
garriẽs in nos. Et quasi nõ ei ista sufficiãt:
neq; ipse suscipit frẽs: & eos qui suscipiunt
phibet. & de ecclesia eicit Carissime noli imi
tari malũ. sed q̃d bonũ ẽ Qui bñfacit ex deo
est: qui malefacit non vidit deũ. Demetrio
testimoniũ reddit ab omĩbo & ab ipsa veri-
tate. sed & nos testimonium phibem?: & no

sti q̃m testimoniũ nrm verũ est. Multa ha-
bui tibi scribere. sed nolui p attramẽtũ & ca
lamũ scribe tibi. Spero aũt ptinus te vide
et os ad os loquemur. Pax tibi Salutãt te
amici. Saluta tu amicos nominatim.

Explicit epistola bti iohis apostoli tercia

Incipĩ. argumentũ in epistolã bti inde apli.

Iudas apostol?. frẽs de corrupto
ribo vie veritatis ita ĩformat: vt
illicitũ eẽ dissertet de subiugo sel
erutos seruitutis. denuo operã suã
officijs nouare seruilibo.

Explicit argumentũ Incipit epistola in
de apostoli.

Iudas ihu xpi seruus frater
aũt iacobi: hijs qui sũt in deo
patre dilectis: & xpo ihu conser
uatis & vocatis Misericordia vob
& pax & caritas adimpleat.
Carissimi omnẽ sollicitudinẽ faciẽs scribẽdi
vob de cõmuni vĩa salute: necesse habui scri
bere vob: de pcans supercertari semel tradite
sctis fidei. Subintroierũt eñ quidaz hoies q̃
olim pscripti sũt in hoc iudiciũ impij: dñi nri
grãm trãsferẽtes in luxuriã: & solũ dñatorem
et dñm nrm ihm xpm negãtes. Cõmonẽ au
vos volo sciẽtes semel oia: qm ihs populum
de tra egipti saluãs: secdo eos q̃ ñ credidẽrũt
perdidit. Angelos vero qui ñ seruauerũt suũ
principatũ s dereliq̃runt suũ domiciliũ: in iu
diciũ magni diei vinculis eternis sub caligi-
reseruauit Sicut sodoma & gomorra & finitimę
ciuitates simili modo exformicate & abeũtes
p? carnẽ alterã: facti sũt exemplũ. ignis eter
ni penã sustinẽtes. Similit & hij q̃ carnem
quidẽ maculãt: dñatõnẽ aũt spernũt: maiesta
tẽ aũt blasphemãt. Cũ michael archãgelus
cũ dyabolo disputãs altercaret de moysi cor
pore: nõ est ausus iudiciũ inferre blasphemie
sed dixit. Imperet tibi de?. Hij aũt quecũq;
quidez ignorant blasphemant: quecunq; aũt
naturaliter tanq̃ multa animalia norũt: in
hijs corrũpunt Ve illis q̃ via cayn abierũt
& errore balaã mercede effusi sũt: & in cõtra
dictione chore abierunt. Hij sunt in epulis
suis macule conuiuantes: sine timore. semet
ipsos pascentes: nubes sine aqua. que a ven
tis circumferuntur: arbores autumnales.

infructuose. bis mortue. eradicate: fluctus feri maris. despumantes suas confusiones. sidera errantia: quibo pcella tenebraz conseruata est in eternū. Prophetauit autem & de his septimus ab adam. enoch dicens. Ecce venit dns in sanctis milibus suis facere iudiciū cōtra omnes: & arguere omnes impios de ommibus operibus impietatis eoruz quibus impie egerūt: & de ommibus duris que locuti sunt contra deū peccatores impij. Hij sunt murmuratores querelosi scd̄m desideria sua ambulantes: & os eorū loquit̄ supbiam mirantes psonas questus causa. Vos autem charissimi memores estote verboz que p̄dicta sunt ab apostolis dñi nostri ihesu cristi: qui dicebant vobis qm̄ in nouissimis temporibus venient illusores scd̄m desideria sua ambulātes in impietatibo. Hij sūt qui segregant semetipsos. animales: spiritū non habentes. Vos aūt charissimi supedificantes vobisinetipsos sanctissime nostre fidei: in spiritu sancto orantes ipsos vos in dilectōe dei ꝑuate: expectātes misericordiā dñi nostri ihesu cristi in vitam eternaz. Et hos quidē arguite iudicatos: illos vero saluate de igne rapientes. Alijs autē miseremini in timore dei: odientes et eam que carnalis est maculatam tunicam. Ei autē qui potens est vos conseruare sine peccato. & cōstituere añ conspectum glorie sue immaculatos in exultatione: soli deo saluatori nostro. per ihesū cristū dñm nostrū. gloria. magnificentia. imperiū. & potestas ante omne seculum: & nunc & in omnia secula seculorū amen.

Explicit epistola beati inde apostoli. Incipit prologus beati Johannis in apocalipsim.

Apocalipsis bti johānis

Iohannes apostolus & euangelista in xpo electus in tāto amore dilectōis uberior habitus est: vt in cena supra pectus eius recūberet & ad crucem astanti soli matrē ꝑriā cōmendasset: vt quē nubere volentē ad amplexū vginitatis asciuerat: ipi et custodiendā vginē tradidisset. Hic itaq cū ꝑt̄ verbū dei & testimoniū ihesu xpi in pathmos insulā sortiret exiliū. illic ab eode apocalipsis p̄ oīa describitur: vt sicut in principio canonis id est libri geneseos incorruptibile principiū p̄notat̄. ita etiam incorruptibilis finis per virginez in apocalipsi redderet̄ dicentis. Ego sum alpha & o: inicium & finis. Hic est iohannes. qui sciens supuenisse sibi diem egressionis de corpore cōuocatis in epheso discipulis descēdit in defossum sepulture sue locū: oratione; q̄ completa reddidit spiritum. tam a dolore mortis factus extraneus: q̄ a corruptione carnis noscit̄ alienus. Cuius tamen scripture dispositio vel libri ordinatio ideo a nobis p̄ singula nō exponit̄: vt nescientibo inquirēdi desideriū collocet̄: & querētibo laboris fruct? & deo magisterij doctrina ꝑuet̄.

Explicit ꝓlogus. Incipit liber apocalipsis beati iohannis apostoli.

Apocalipsis ihesu xp̄i quā dedit illi deus palā facere seruis suis q̄ oportet fieri cito: & significauit mittēs p angelū suum seruo suo iohanni qui testimonium perhibuit verbo dei: & testimoniū ihesu xp̄i in his quecūq vidit. Beat? q̄ legit & q̄ audit vba ꝓphetie huius: & seruat ea q̄ in ea scripta sūt. Tempus enī ꝓpe est. Iohannes septem ecclesijs que sūt in asia. Gratia vobis & pax ab eo q̄ est & qui erat & q̄ venturus est: & a septem spiritibo qui in cōspectu throni eius sūt: & a ihesu cristo q̄ est testis fidelis p̄mogenitus mortuorū & p̄ceps regū terre: q̄ dilexit nos & lauit nos a peccatis nr̄is in sanguine suo & fecit nos regnū & sacerdotes deo & p̄ri suo: ip̄i gloria & imperiū i secula seculoz amē. Ecce venit

475

cū nubibus: & videbit eum omnis oculus:
& qui eū pupugerunt. Et tūc plangent se
sup eū oēs tribus terre: etiā amen. Ego sū al-
pha & o: pncipiū & finis dicit dns deus qui
est & q̄ erat & ventur⁹ est omnipotēs. Ego
iohannes frater vester & particeps in tri-
bulatōne & regno & patientia in xp̄o ihesu
fui in insula q̄ appellat̄ pathmos ꝓp̄t v̄bū dei
& testimoniū ihu xp̄i. Fui in spū in dnica die
& audiui post me vocē magnā tanq̄ tube di
cētis. Quod vides scribe in libro: & mitte se-
ptē eccīs q̄ sūt in asia epheso & smirne & p-
gamo & thiatire & sardis et philadelphie et
laodicie Et cōuersus sū: vt viderē vocē q̄ loq̄
bat̄ mecū. & cōuersus vidi septē cādelabra
aurea: & in medio septē cādelabroꝝ aureo-
rum similez filio hominis vestitū podere: &
precinctū ad mamillas zona aurea. Caput
aūt eius & capilli erant candidi tanq̄ lana
alba & tanq̄ nix. Et oculi eius tanq̄ flāma
ignis: & pedes eius similes auricalco sicut
in camino ardenti. Et vox illius tanq̄ vox
aquaꝝ multarum: & habebat in dextera sua
stellas septez. Et de ore eius gladius vtra
q̄ parte acut⁹ exibat: & facies eius sicut sol
lucet in virtute sua. Et cū vidissem eū: ceci-
di ad pedes eius tanq̄ mortuus Et posuit de
xterā suā sup me dicens. Noli timere. Ego
sum p̄mus & nouissim⁹ & vivus: & fui mor
tuus & ecce sū viuens in secula seculoꝝ: &
habeo claues mortis: & inferni. Scribe ḡ
que vidisti et q̄ sūt: & q̄ oportz fieri post hec
Sacramentū septē stellarū quas vidisti in
dexdera mea & septem candelabra aurea: se
ptē stelle angeli sūt septē ecclesiaꝝ: & can-
delebra septē ecclesie sūt. Capi. II.

Et angelo epheſi eccl'ie scribe. Hec
dicit q̄ tenet septē stellas in dextera
sua: q̄ ambulat in medio septē cāde
labroꝝ aureoꝝ. Scio opa tua & laborez &
patientiā tuā: & q̄ non potes sustinere ma-
los. Et temptasti eos q̄ se dicūt apostolos
esse & nō sūt: & inuenisti eos mendaces. Et
pacientiā habes: & sustinuisti ꝓpter nomen
meū & non defecisti. Sed habeo aduersū te
pauca: q̄ charitatē tuam primā reliquisti.
Memor esto itaq̄ vnde excideris: & age pe-
nitentiam: & p̄ma opa fac. Sinautē venio
tibi & mouebo candelabrū suū de loco suo: nī
si penitentiā egeris. Hoc habes: q̄ odisti
facta nicolaitaꝝ: q̄ & ego odi. Qui hz aures
audiēdi audiat q̄d spūs dicat ecclesijs. Vin
centi dabo edere de ligno vite q̄d est in pa-
radiso dei mei. Et angelo smirne ecclesie scri
be. Hec dicit p̄mus & nouissimus: qui fuit
mortuus & vixit. Scio tribulationez tuam
& pauptatē tuā: s̄ dives es & blasphemaris
ab hijs q̄ se dicūt iudeos esse & non sūt: sed
sūt sinagoga sathane. Nihil horum timeas
que passurus es. Ecce missurus est dyabol⁹
ex vobis in carcerē vt tēptemini: & habebi-
tis tribulationē diebo decē. Esto fidelis vsq̄
ad mortē: & dabo tibi coronā vite. Qui ha-
bet aurez audiat: quid spūs dicat ecclesijs.
Qui vicerit: non ledet̄ a morte secunda. Et
angelo pergami ecclesie scribe. Hec dicit q̄
habet rumpheam ex vtraq̄ parte acutam.
Scio vbi habitas vbi sedes est sathane: &
tenes nomen meū et nō negasti fidem meam
Et in diebo illis antipas testis me⁹ fidelis
qui occisus est apud vos: vbi sathanas habi
tat. Sed habeo aduersus te pauca quia ha-
bes illic tenentes doctrinā balaam qui doce-
bat balac mittere standalū coram filijs isra-
hel edere et fornicari: ita habes et tu tenētes
doctrinā nicholaitarum. Similiter pemtē-
tiam age: si quo minus: veniam tibi cito &
pugnabo cum illis in gladio oris mei. Qui
habet aurem audiat: quid spiritus dicat ec-
clesijs. Vincenti dabo manna absconditum
& dabo illi calculū candidum & in calculo
nomen nouū scriptū: quod nemo scit nisi q̄
accipit. Et angelo thiatire ecclesie scribe.
Hec dicit filius dei: q̄ habet oculos tanq̄ flā-
mā ignis: & pedes eius similes auricalco.
Noui opa tua & fidē & charitatē tuā & mi-
nisteriū & patientiā tuā: & opa tua nouissi-
ma plura ꝓpribus. Sed habeo aduersus te pau
ca: q̄ permittis mulierē iezabel q̄ se dicit ꝓ
phetē docere & seducē seruos meos: fornica
ri & māducare de ydolotitis. Et dedi illi tem
pus vt penitentiā agēt: & nō vult penitē a
fornicatōe sua. Ecce ego mitto eā in lectū.
& qui mechant̄ cū ea in tribulatōne maxīa
erūt: nisi penitentiā ab opibus suis egerint. &
filios eius interficiā in mortē: & sciēt oēs

ecclesie q ego sum scrutans renes et corda: et dabo vnicuiq vestrū scd̄m opera vestra. Vobis aūt dico & ceteris quia thiatire estis. qui cūq non habent doctrinā hanc & qui non cognouerūt altitudinē sathane quemadmodū dicūt: non mittam super vos aliud pondus: tamen id quod habetis tenete donec veniam. Et qui vicerit & custodierit vsq ī finē opa mea: dabo illi potestatē sup gentes & reget eas in virga ferrea & tanq̄ vas figuli confringent̄ sicut & ego accepi a patre meo: & dabo illi stellā matutinā. Qui h̄t aurē audiat: q̄d spūs dicat ecc̄ys. Ca. III

Tāgelo ecclesie sardis scribe. Hec dicit q̄ habet septē spūs dei: & septē stellas. Scio opa tua: q nomē habes q̄ vivas: & mortuus es. Esto vigilāns: & confirma cetera que moritura erant. Non em̄ inuenio opera tua plena coram deo meo. In mente ergo habe qualiter acceperis & audieris & serua & penitenciā age. Si ergo nō vigilaueris veniā ad te tanq̄ fur: & nescies q̄ hora veniam ad te. Sed habes pauca nomina in sardis qui non inquinauerūt vestimēta sua & ambulabūt mecū in albis q digni sunt. Qui vicerit sic vestietur vestimentis albis: & non delebo nomen eius de libro vite: & cōfitebor nomen eius coram patre meo & coram angelis eius. Qui habet aurem audiat quid spiritus dicat ecclesijs. Et angelo philadelphie ecclesie scribe. Hec dicit sanctus & verus qui habet clauē dauid: qui aperit & nēo claudit: claudit & nemo aperit. Scio opera tua. Ecce dedi coram te hostiū aptū q̄ nemo potest claudere: q modicā habes virtutem & seruasti verbū meū: & non negasti nomē meū. Ecce dabo tibi de synagoga sathane q̄ dicūt se iudeos esse & non sunt: sed mentiūt. Ecce faciā illos vt veniāt & adorent ante pedes tuos: & scient q ego dilexi te. Quoniam seruasti verbū pacientie mee: & ego seruabo te ab hora tēptacōis q̄ ventura est in orbem vniuersū temptare habitātes in terra. Ecce venio cito. Tene quod habes: vt nemo accipiat coronam tuam. Qui vicerit faciam illū columnā in templo dei mei: & foras nō egredietur amplius. Et scribam sup eū nomē dei mei & nomē ciuitatis dei mei noue iherusalē q̄ descendit de celo a deo meo: & nomen meū nouū. Qui habet aurem audiat: quid spūs dicat ecc̄ys. Et angelo laodicie ecc̄ie scribe. Hec dicit amē testis fidelis & verus: qui est principium creature dei. Scio opera tua: q neq̄ frigidus es neq̄ calid? Vtinā frigid? esses aut calidus. Sed quia tepidus es & nec frigidus nec calidus incipiam te euomere ex ore meo: q dicis q̄ dives sū & locupletatus & nullius egeo: & nescis quia tu es miser & miserabilis. & paup & cec? & nudus. Suadeo tibi emē a me aurū ignitū p̄batū vt locuples fias: & vestimētis albis induaris vt nō appareat cōfusio nuditatis tue & collirio inūge oculos tuos vt videas. Ego quos amo arguo & castigo. Emulare ergo: & pemitēciā age. Ecce sto ad hostiū et pulso. Si q̄s audierit vocē meā & aperuerit mihi ianuā intrabo ad illū: et cenabo cū illo: et ipse mecū. Qui vicerit dabo ei sedē mecū ī throno meo: sicut et ego vici et sedi cū p̄re meo ī throno eius. Qui habet aurem audiat: quid spiritus dicat ecc̄ys. Capi. IIII.

Post hec vidi: & ecce hostiū aptū in celo: et vox p̄ma quā audiui tāq̄ tube loquētis mecū dicēs. Ascende huc & ostendā tibi que oportet fieri cito. post hec statī fui in spiritu. Et ecce sedes posita erat in celo: & supra sedē sedens. Et qui sedebat sil̄is eāt aspectui lapidis iaspidis et sardinis & yris erat ī circuitu sedis sil̄is visioni smaragdīe. Et ī circuitu sedis sedilia vigintiq̄tuor: & supra thronos vigintiquatuor seniores sedētes circūamicti vestimētis albis: & in capitibo eor̄ corone auree. Et de throno procedebant fulgura & voces & tonitrua: & septem lampades ardentes ante thronum q̄ sunt septem spiritus dei. Et in conspectu sedis tāq̄ mare vitreū simile cristallo: & in medio sedis & ī circuitu sedis q̄tuor aīalia plēa oculis aū & retro. Et aīal p̄mū sil̄e leōi & scd̄m aīal sil̄e vitulo: & terciū aīal habēs faciē q̄si hoīs & quartū aīal simile aquile volanti. Et quatuor animalia singula eor̄ habebāt alas senas: & ī circuitu & int? plena sunt oculis. Et requiē non habebant die ac nocte dicentia sanctus sanctus sanctus dominus deus omnipotens qui erat & qui ē &

476

qui venturus est. Et cum darent illa anima
lia gloriã & honorẽ & bñdictõez sedẽti super
thronũ viuenti in secula seculoꝝ: ꝓcidebãt
viginti quatuor seniores ante sedẽtez in thro
no & adorabant viuentem in secula seculoꝝ
et mittebãt coronas suas ante thronũ dicen
tes. Dignus es domine deus noster accipe:
re gloriã & honorẽ & virtutẽ: qꝛ tu creasti
oĩa: et ꝑ voluntatẽ tuã erãt & creata sũt.

Et vidi ī dextera sedẽtis Ca. V.
sup̃ thronũ librũ scriptũ īntꝰ et fo:
ris: sigꝯtũ sigillis septẽ. Et vidi an:
gelũ fortẽ et ꝓdicãtez voce magꝫ. Quis ẽ di:
gnus aperire librũ & soluere signacula eius
Et nemo poterat neqꝫ ī celo neqꝫ ī terra neqꝫ
subtus terrã apire librũ: neqꝫ respicere illũ
Et ego flebam multũ: quomã nemo dignꝰ
inuẽtus est apire librũ: nec videre eum. Et
vnus de seniorib9 dixit michi Ne fleueris.
Ecce vicit leo de tribu iuda radix dauid a:
perire librũ: & soluere septẽ signacula eius
Et vidi: & ecce in medio throni & quatuor
animaliũ & in medio seniorũ agnũ stantez
tangꝫ occisũ habentẽ cornua septez & oculos
septẽ: qui sũt septem spũs dei missi in omnẽ
terram. Et venit: et accepit ɗ dextera sedẽtis
in throno librũ. Et cũ aperuisset librũ. ꝗtuor animalia et vigintiquatuor seniores ceci:
derũt corã agno habentes singuli citharas et
fialas aureas plenas odoramentoꝝ que sunt
orationes sanctorum: & cantabant canticuꝫ
nouũ dicentes. Dignus es domine accipere
librũ & aperire signacula eius: quomã occi:
sus es & redemisti nos deo in sanguine tuo
ex omi tribu et lingua & populo & natõe: &
fecisti nos deo nostro regnũ & sacerdotes.
Et regnabim9 sup terrã. Et vidi: & audiui
vocem angelorum multoꝝ in circuitu thro:
ni & animaliũ & seniorꝫ: & eãt numer9 eoꝝ
mlia mliũ dicentiũ voce magna. Dignus
est agnus qui occisus est. accipere virtutem
& diuinitatem & sapientiã: et fortitudinẽ &
honorem & gloriã et benedictõez. Et omnẽ
creaturã que ī celo est & sup terrã & sub ter
ra. & que sũt in mari & ꝙ in eo: omes audiui
dicentes sedẽti in throno & agno. Bñdictõ
& honor & gloria & potestas in secula secu
loꝝ. Et quatuor animalia dicebant amen.

Et viginti quatuor seniores ceciderũt in fa
cies suas: et adorauerũt viuẽtẽ ī secla seculoꝝ.

Et vidi ꝙ aperuisset Ca. VI.
agn9 vnũ de septẽ sigillis: & audi:
ui vnũ de ꝗtuor aĩalibꝫ dicẽs tanꝯ
voce tonitrui. Veni & vide. Et vidi: & ecce
equ9 albus. & ꝙ sedebat sup illũ habebat ar:
cũ. & data ẽ ei corona: & exiuit vincẽs vt vi
cẽt. Et cũ aperuisset sigillũ secũdũ: audiui se:
cũdũ aĩal dicẽs. Veni et vide. Et exiuit ali
us eq9 rufus: et ꝙ sedebat sup illũ datũ ẽ ei
vt sumeret pacẽ de tra. & vt mucẽ se inter:
ficiãt: & dat9 ẽ ei gladi9 magn9. Et cũ ape:
ruisset sigillũ terciũ: audiui terciũ aĩal di:
cẽs. Veni & vide. Et ecce equus niger: & ꝙ
sedebat sup illũ habebat staterã in manu sua
Et audiui tangꝫ vocẽ de medio ꝗtuor aĩaliuꝫ
dicẽciũ. Bilibris tritici denario vno: et tres
bilibres ordei denario vno: & vinũ et oleum
ne leseris. Et cũ aperuisset sigillũ ꝗrtũ audiui
vocẽ quarti animalis dicẽtis. Veni & vide.
Et ecce equ9 pallidus: & ꝙ sedebat sup eum
nomẽ illi mors & infernus sequebaꝫ eũ. Et
data est illi pt̃as super quatuor ptes terre:
interficẽ gladio fame et morte et bestiꝯs ter:
re. Et cũ aperuisset sigillũ ꝗntũ: vidi subt9
altare animas interfectorũ ꝓpt̃ verbũ dei: &
ꝓpter testimoniũ qꝫ habebãt. Et clamabãt
voce magna dicentes. Vsqꝫquo domine san:
ctus & verus non iudicas & non vindicas
sanguinẽ nostrũ de hiꝯ ꝙ habitãt in terra?
Et date sũt illis singule stole albe: & dictũ ẽ
illis vt requiescerent adhuc tẽpus modicũ:
donec cõpleantur cõserui eoꝝ & fratres eoꝝ
qui interficiẽdi sũt sicut & illi. Et vidi cum
aperuisset sigillũ sextũ: & ecce terremotus
magn9 fact9 est. Et sol factus ẽ niger tãꝯ
sacc9 cilicin9: & luna tota facta est sicut san
guis: & stelle de celo ceciderunt super terraꝫ
sicut ficus emittit grossos suos cum a vento
magno mouetur. Et celũ recessit sicut liber
inuolutus: & omnis mons & insule de locis
suis mote sũt. Et reges terre & principes &
tribuni et diuites & fortes & omis seru9 &
liber abscõderũt se ī spelũcis & in petris mõ
tiũ: & dicũt mõtibꝫ & petris cadite sup nos.
& abscõdite nos a facie sedẽtis sup thronum
& ab ira agni: quoniam venit dies magnus

ire ipoz. Et quis poterit stare? Ca. VII.

POst hec vidi quatuor angelos stantes super quatuor ãgulos terre: tenẽtes q̃tuor vẽtos terre ne flarẽt super terrã: neq; sup mare neq; i vllã arborẽ. Et vidi alterꝝ angelũ ascẽdẽtem ab ortu solis habẽtem signũ dei vivi: & clamavit voce magna quatuor angelis quibꝫ datũ est nocẽ terre & mari dicens. Nolite nocere terre et mari neq; arboribus: quoadusq; signemus seruos dei nostri in frontibus eorum. Et audivi numerũ signatoꝝ centumquadragintaquatuormilia signati ex omni tribu filiorum israhel. Ex tribu iuda: duodecimmilia signati. Ex tribu ruben: duodecimmilia signati. Ex tribu gad: duodecim milia signati. Ex tribu aser: duodecim milia signati. Ex tribu neptalim: duodecim milia signati. Ex tribu manasse: duodecim milia signati. Ex tribu symeon: duodecim milia signati. Ex tribu leui: duodecim milia signati. Ex tribu ysachar: duodecim milia signati. Ex tribu zabulon: duodecim milia signati. Ex tribu ioseph: duodecim milia signati. Ex tribu beniamin duodecim milia signati. Post hec vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat: ex ommibus gentibus & tribubus & populis & linguis. stãtes ante thronum in conspectu agni amicti stolis albis: & palme in manibus eorum. Et clamabant voce magna dicentes. Salus deo nostro: qui sedet super thronum & agno. Et omnes angeli stabãt in circuitu throni & seniorũ & q̃tuor aialiũ: et ceciderũt i conspectu throni i facies suas: et adorauerũt deũ dicẽtes amen. Benedictio et claritas et sapia & grãꝝ actio: honor & vtus & fortitudo deo nro: in secula seculoꝝ amen. Et rndit vnus de seniorib: & dixit michi. Hi q̃ amicti sũt stolis albis q̃ sũt & vñ venerũt? Et dixi illi. Dne mi tu scis. Et dixit michi. Hi sũt q̃ venerũt de tribulatõe magã: & lauerũt stolas suas: et dealbauerũt eas i sanguine agni. Ideo sũt añ thronũ dei: et seruiẽt ei die ac nocte in tẽplo ei?: et q̃ sedet in throno habitat sup illos. Non esurient neq; sitient amplius: neq; cadet sup illos sol neq; vllus estus: quoniam agnus qui in medio throni ẽ reget illos: & deducet illos ad vite fontes aquarũ: & absterget deus oẽm lacrimam ab oculis eoꝝ. Ca. VIII.

Et cũ aperuisset sigillũ septimũ: factũ ẽ silẽtium i celo q̃si media hora. Et vidi septem angelos stantes in cõspectu dei: & date sũt illis septem tube. Et alius ãgelus venit & stetit añ altare hns thuribulũ aureũ: et data sũt illi incẽsa multa vt daret de oronibꝫ scoꝝ oim sup altare aureũ quod ẽ ante thronũ dei. Et ascẽdit fumus incensoꝝ de oratõmbꝫ sanctoꝝ de manu angeli: coram deo. Et accepit angelus thuribulũ aureũ & implevit illud de igne altaris & misit in terrã: & facta sũt tonitrua & voces & fulgura & terremotus magnus et septẽ ãgeli q̃ habebãt septẽ tubas prepauerũt se vt tuba canerẽt. Et primus angelus tuba cecinit. Et facta ẽ grãdo et ignis. mixta in sanguine: et missum est in terram. Et tercia pars terre cõbusta est: et tercia pars arborũ cõcremata est: & oẽ fenũ viride cõbustũ ẽ. Et secundus angelus tuba cecinit: et tanq̃ mons magnus igne ardens missus est in mare. Et facta est tercia pars maris sanguis: & mortua est tercia pars creature eorũ que habebant animas in mari: & tercia pars nauiũ interiit. Et tercius angelus tuba cecinit: et cecidit de celo stella magna ardens tanquaꝝ facula. Et cecidit in terciam partem fluminũ & in fontes aq̃rũ: & nomẽ stelle dicitur absinthius. Et facta ẽ tercia pars aq̃rũ in absinthium: & multi hominum mortui sũt de aquis: q; amare facte sunt. Et quartus ãgelus cecinit: & pcussa est tercia pars solis & tercia pars lune & tercia pars stellarũ. ita vt obscurarẽt tercia pars eorũ: & diei nõ luceret pars tercia & nocti similiter. Et vidi: & audivi vocẽ vni? aquile volãtis p medium celi: dicẽtis. Ve ve ve habitãtibꝫ i terra de ceteris vocibꝫ trium angeloꝝ: qui erant tuba canturi. Capi. IX.

Et quintus ãgelus tuba cecinit: & vidi stellã de celo cecidisse in terrã: et data ẽ ei clavis putei abissi. Et aperuit puteum abissi: & ascẽdit fumus putei sicut fumus fornacis magne: et obscuratus ẽ sol et aer de fumo putei. Et de fumo putei exierũt locuste i terram: & data est illis potestas sicut habẽt

potestatem scorpiones terre. Et preceptum est illis ne lederet fenū terre neq; oīe viride neq; omne arborē: nisi tantū homines qui nō hñt signū dei in frontibo suis. Et dictū ē eis ne occiderent eos: sed vt cruciarent mensibo quinq;. Et cruciatus eoy vt cruciatus scorpij: cum percutit hominē. Et in diebo illis querent homines mortem & nō inuenīet eā: et desiderabunt mori: & fugiet mors ab eis. Et similitudines locustarū similes equis paratis ad prelium: & sup capita eay tāq; corone similes auro: et facies eay tanq; facies hominū. Et habebāt capillos sicut capillos mulierū: et dentes earū sicut dentes leonū erāt Et habebant loricas sicut loricas ferreas: et vox alarū illarū sicut vox curruum equorū multorū currentium in bellū. Et habebant caudas similes scorpionū: & aculei erant in caudis earū: et potestas earū nocere hominibo. mēsibus quinq;. Et habebāt sup se regē angelū abissi cui nomē hebraice abaddon. grece aūt appollion: & latine habens nomen terminās. Ve vnū abiit: et ecce veniūt adhuc duo ve post hec. Et sextus angelus tuba cecinit: et audiui vocem vnam ex quatuor cornibo altaris aurei qđ est añ oculos dei: dicētem sexto angelo q̄ habebat tubā. Solue q̄tuor angelos q̄ alligati sunt in flumine magno eufraten. Et soluti sūt quatuor angeli qui pati erāt in horā et diē et mēsez et annū vt occiderēt terciā ptē hominū. Et numerus equestris exercitus. vigies milies dena milia: & audiui numerū eoy: et ita vidi equos in visione. Et qui sedebant super eos habebant loricas igneas et iacinctinas et sulphureas: & capita equorū erāt tanq; capita leonum: et de ore eorū procedit ignis et fumus et sulphur. Et ab hijs tribus plagis occisa ē tercia pars hoīm: de igne & de fumo et sulphure que pcedebāt ex ore ipoy. Potestas em equorū in ore eoy est: et in caudis eorū Nam caude eorū sile serpētibo habētes capita: & in hijs nocent. Et ceteri hoīes qui nō sunt occisi in hijs plagis neq; penitenciam egerūt de operibo manuū suarū vt nō adorarent demonia et simulacra aurea et argētea & erea et lapidea et lignea q̄ neq; videre possunt neq; audire neq; ambulare: et nō egerūt penitēciā ab homicidijs suis neq; a veneficijs suis neq; a fornicatōe sua: neq; a furtis suis

Et vidi alium angelū fortem descendentē de celo amictum nube: & yris in capite eius. Et facies eius erat vt sol: & pedes eius tanq; colūne ignis. Et habebat in manu sua libellū aptū: & posuit pedē suū dexterū sup mare. sinistrū aūt sup terrā: et clamauit voce magna quēadmodū cū leo rugit. Et cū clamasset locuta sūt septē tonitrua voces suas. Et cū locuta fuissent septē tonitrua voces suas: et ego scribere eram. Et audiui vocem de celo dicentē michi. Signa que locuta sūt septē tonitrua & noli ea scribere. Et āgelus quem vidi stantem sup mare et supra terrā leuauit manū suam ad celū et iurauit p viuentē in secula seculoy q̄ creauit celū et ea q̄ in eo sūt et terrā & ea q̄ in ea sūt et mare et ea que in eo sunt: q̄ tempus nō erit amplius: sed in diebus vocis septimi angeli cū ceperit tuba canere: consummabitur misterium dei sicut euangelizauit per seruos suos pphetas. Et audiui vocē de celo iterū loquentē mecū et dicentē. Vade: et accipe librū apertū de manu angeli stātis supra mare et sup terrā. Et abiī ad angelū dicēs ei vt daret michi librū: et dixit michi. Accipe librū et deuora illū: et faciet amaricari ventrē tuū: sed ī ore tuo erit dulce tāq; mel. Et accepi libū de manu angeli et deuorauī illū: et erat ī ore meo tanq; mel dulce. Et cū deuorassem eū: amaricat est vēter meus. Et dixit michi. Oportet te iterū pphetare gentibus & pplis et liguis et regibus multis.

Et dat ei calamus similis virge: et dictū ē michi. Surge et mensura tēplū dei et altare: et adorātes ī eo. Atriū vero qđ ē foris tēplū eice foras et ne metiaris illud: quia datū est gētibus. Et ciuitatem sanctam calcabūt mēsibus quadraginta duobus. Et dabo duobus testibus meis: et pphetabūt diebus milleducentis sexaginta amicti saccis. Hij sunt due olive et duo candelabra in conspectu domini terre stātes. Et si quis voluerit eos nocere: ignis exiet de ore eorum & deuorabit inimicos eorū: et si q̄s voluerit eos ledere sic oportet eum occidi. Hij habent potestatem claudendi celum ne pluat diebus

ꝑphecie illoꝝ: et ꝓtestatem habent sup aq̃s cõuertendi eas in sanguinem: et percutere terram omni plaga quotiens cũq; voluerint. Et cũ finierint testimoniũ suũ: bestia que ascendit de abisso faciet aduersus eos bellũ: et vincet illos: & occidet eos. Et corpora eoꝝ iacebũt in plateis ciuitatis magne que vocat spũaliter sodoma et egipt?: vbi & dñs eoꝝ crucifix? ẽ. Et videbũt de tribubo & de populis & linguis et gẽtibo corpa eorũ p tres dies et dimidiũ: & corpa eoꝝ nõ sinẽt poni in monumentis. Et inhabitãtes terrã gaudebũt sup illos & iocũdabũtur: et munera mittent inuicez: quoniam hĳ duo ꝑphete cruciauerũt eos qui inhabitabãt sup terrã. Et post dies tres & dimidiũ spũs vite a deo intrabit in eos. Et steterũt sup pedes suos: et timor magnus cecidit super eos. qui viderunt eos Et audierunt vocem magnam de celo: dicẽtem eis. Ascẽdite huc. Et ascenderũt in celũ in nube: vt viderunt illos inimici eorũ. Et in illa hora factus est terremotus magnus: & decima pars ciuitatis cecidit. Et occisi sũt in terremotu nomina hoĩm septem milia: & reliqui in timorem sũt missi: et dederunt gloriã deo celi. Ve secũdũ abĳt: et ecce ve tercium venet cito. Et septim? angel? tuba cecinit: & facte sũt voces magne in celo dicentes. Factũ est regnũ huj? mundi dñi nostri et christi eius: et regnabũt in secula seculoꝝ amẽ Et vigintiquatuor seniores q̃ in ꝑspectu dei sedẽt in sedibo suis. ceciderũt in facies suas: & adorauerũt deũ dicentes. Gratias agim? tibi dñe deus noster omnipotẽs: q̃ es & qui eras et q̃ venturus es. quia accepisti virtutẽ tuam magnã et regnasti. Et irate sũt gẽtes et aduenit ira tua. et tẽpus mortuoꝝ iudicari. & reddẽ mercedẽ suis tuis ꝑphetis et sanctis & timẽtibo nomẽ tuũ pusillis et magnis: & exterminãdi eos qui coꝛruperunt terrã.

Et aptũ ẽ templũ dei in celo: et visa ẽ archa testamẽti ei? in tẽplo ei?. Et facta sunt fulgura et voces et terremot? et grando mag. Et signũ magnũ apparuit in celo. Mulier amicta sole: et luna sub pedibo ei?: et in capite ei? corona stellarũ duodecim. Et in vtero habẽs & clamabat pturiens: & cruciat vt pariat.

Et visum est aliud signum in celo. Et ecce draco magn? rufus habẽs capita septem et cornua decẽ: et in capitibo ei? septẽ diademata: et cauda eius trahebat terciã ptẽ stellarũ celi & misit eas in terrã. Et draco stetit añ mulierẽ que erat paritura: vt cũ peperisset filiũ eius deuoraret. Et peperit filiũ masculũ: qui rectur? erat oẽs gẽtes in virga ferrea. Et raptus ẽ fili? ei? ad deũ & ad thronũ ei? & mulier fugit in solitudinem vbi habebat locũ paratum a deo: vt ibi pascat eã diebus mille ducentis sexaginta. Et factũ est prelium magnũ in celo. Michahel & angeli ei? ꝓliabant cũ draconе & draco pugnabat et angeli eius & nõ valuerũt: neq; loc? inuent? est eorũ amplius in celo. Et proiect? est draco ille magnus. serpens antiqu?. qui vocabat diabolus & sathanas qui seducit vniuersũ orbem: & proiect? est in terrã: & angeli ei? cũ illo missi sũt. Et audiui vocẽ magnã in celo dicentẽ. Nũc facta ẽ sal? et virtus & regnũ dei nostri & potestas xp̃i ei?: q̃ proiect? est accusator fratrũ nostroꝝ: q̃ accusabat illos ante conspectum dei nostri die ac nocte. Et ipsi vicerũt eũ ꝑ sanguinez agni & ꝑ verbũ testimonij sui: & nõ dilexerũt animas suas vsq; ad mortẽ. Propterea letamini celi: & qui habitatis in eis. Ve terre & mari: q̃ descẽdit diabol? ad vos habẽs irã magnã sciẽs q̃ modicũ temp? habet. Et postq̃ vidit draco q̃ proiect? esset in terrã: ꝑsecutus est mulierẽ que pepit masculũ. Et date sunt mulieri ale due aquile magne vt volaret in desertũ in locũ suũ: vbi alit p tẽpu? & tpa & dimidiũ tẽporis a facie serpẽtis. Et misit serpens ex ore suo post mulierẽ aquã tãq̃ flumen: vt eam faceret trahi a flumine. Et adiuuit terra mulierẽ: & aperuit terra os suum & absorbuit flumẽ: q̃d misit draco de ore suo Et iratus est draco in mulierẽ: & abĳt facere preliũ cũ reliquis de semine ei? q̃ custodiũt mãdata dei: & habẽt testimoniũ ihesu xp̃i. Et stetit super arenã maris.

Et vidi de mari bestiã ascẽdentẽ habẽtez capita septẽ & cornua decẽ: et sup cornua eius decẽ diademata: & sup capita eius noĩa blasphemie. Et bestia quã vidi silis erat pardo: & pedes eius sicut

pedes vrsi: & os eius sicut os leonis. Et dedit illi draco virtutē suam & potestatē magnaz. Et vidi vnū de capitibo suis q̄si occisum in mortē: et plaga mortis ei⁹ curata est Et admirata ē vniuersa terra post bestiam. Et adorauerūt draconē q̄ dedit potestatē bestie: et adorauerūt bestiā dicētes. Quis silis bestie: et quis poterit pugnare cū illa? Et data ē ei os loquens magna et blasphemiaz: et data est ei potestas facere menses q̄dragīta duos. Et aperuit os suū in blasphemias ad deum blasphemare nomē eius et tabernaculum eius: & eos qui in celo habitant. Et datum est illi bellū facere cū sanctis: & vincere eos. Et data est illi potestas in omnem tribū et populū et linguā et gentē: et adorauerūt eā omes qui inhabitabāt terrā: quorū non sūt scripta nomia in libro vite agni qui occisus est ab origine mūdi. Si quis habet aurē audiat. Qui i captiuitatē duxerit in captiuitatem vadet: qui gladio occiderit: oportet eum gladio occidi. Hic est paciencia: & fides sanctorum. Et vidi aliam bestiā ascēdētez de terra: & habebat cornua duo similia agni: et loquebatur sicut draco. Et potestatē prioris bestie omnē faciebat in cōspectu ei⁹ et fecit terrā & habitātes in ea adorare bestiam primam: cui⁹ curata est plaga mortis. Et fecit signa magna: vt eciam ignez faceret de celo descēdere in terrā in ospectu hoim Et seducit habitātes in terra ꝓpter signa q̄ data sunt illi facere in cōspectu bestie: dicens habitantibus in terra vt faciant imaginem bestie q̄ habet plagā gladij & vixit. Et datū ē illi vt daret spiritū imagini bestie et vt loq̄t imago bestie: et faciet vt q̄cūq; nō adorauerint imaginē bestie occidātur. Et faciet oēs pusillos & magnos et diuites & pauperes & liberos et seruos habere caracterez in manu dextera aut in frōtibus suis: et ne q̄s possit emere aut vēdere nisi habeat caracterē noīs bestie: aut nomē aut numerū noīs eius Hic sapia est. Qui habet intellectum: computet numerū bestie. Numerus em̄ hoīs est: & numerus eius sexcenti sexagīta sex.

Ca. XIIII

Et vidi: & ecce agn⁹ stabat sup̄ montē syon: et cū eo cētū quadragīta q̄tuor milia hītes nomē eius & nomen patris ei⁹ scriptuz in frontibo suis Et audiui vocē de celo tanq̄ vocem aquarū multarū et tanq̄ vocem tonitrui magni: & vocē quā audiui sicut cytharedorū cytharizātium in cytharis suis. Et cātabāt q̄si canticū nouū ante sedē dei & āte q̄tuor aialia et seniores: et nemo poterat dicere canticū nisi illa centum quadragīta quatuor milia q̄ empti sūt de terra. Hi sūt q̄ cū mulieribo nō sūt coīq̄nati: vgines em̄ sūt. Hi secunt agnū quocūq; ierit. Hi empti sūt ex hoīb⁹ ꝓmitie deo & agno: et in ore eorum nō est inuentuz mendatium. Sine macula em̄ sūt ante thronū dei. Et vidi alterū angelū volantē p medium celū. habentē euāgeliū eternū: vt euāgelizaret sedētibo sup̄ terrā & sup̄ oēm gētem et tribū et linguā & populū: dicēs magna voce. Timete dñm et date illi honorez: q̄ venit hora iudicij eius: et adorate eū q̄ fecit celū et terrā. mare et oīa q̄ i eis sūt et fontes aq̄rū. Et ali⁹ angel⁹ secut⁹ ē dicēs. Cecidit cecidit babilon illa magn̄: que a vino ire formicatōis sue potauit oēs gētes. Et terci⁹ angelus secutus est illos dicens voce magn̄. Si quis adorauerit bestiam et imaginem eius & acceperit caracterem in frōte sua aut in manu sua: hic bibet de vino ire dei quod mixtum est mero in calice ire ipi⁹. Et cruciabitur igne & sulphure in ospectu āgelo⁹ sanctorū: et afi cōspectū agni. Et fumus tormentorū eo⁹ ascēdit in secula seculo⁹. Nec habēt requiē die ac nocte q̄ adorauerūt bestiam et imaginē eius: et si quis acceperit caracterem noīs ei⁹. Hic paciēcia sanctorum est qui custodiūt mādata dei & fidem ihesu. Et audiui vocem de celo dicentē michi. Scribe Beati mortui: qui in dño moriūtur. Amodo iam dicit spūs: vt requescant a laboribo suis. Opera em̄ illorū secunt illos. Et vidi: et ecce nubē cādidā: et sup̄ nubē sedentē similē filio hoīs habētez in capite suo coronā aureā: & i manu sua falcē acutā. Et ali⁹ āgelus exiuit de templo: clamās voce magna ad sedentē sup̄ nubem. Mitte falcez tuam et mete: quia venit hora vt metatur: q̄m aruit messis terre. Et misit qui sedebat super nubem falcem suam in terram: & demessuit eam. Et alius angelus exiuit de templo quod est in celo:

habens & ipse falcez acutam. Et alius angelus exiuit de altari q̃ habebat pfatem supra ignẽ & aquã: & exclamauit voce magna ad eũ q̃ habebat falcẽ acutã dicẽs. Mitte falcez tuã acutã & vindemia botros vinee terre: quoniam mature sũt vue eius. Et misit angelus falcem suã acutã in terrã: & vindemiauit vineam terre: & misit in lacũ ire dei magnũ. Et calcat? ẽ lacus extra ciuitatẽ: & exiuit sãguis de lacu vsq; ad frenos equoꝝ p stadia milleseX

Ca. XV.

Et vidi aliud signũ in celo magnũ & mirabile: ãgelos septem habẽtes plagas septẽ nouissimas: quã in illis cõsumata ẽ ira dei Et vidi tanq̃ mare vitreũ mixtũ igne et eos qui vicerũt bestiam & imaginẽ eius & numerum nominis eius stantes sup̃ mare vitreũ: habentes cythoras dei & cantantes canticũ moysi serui dei & cãticũ agni dicẽtes. Magna & mirabilia sũt opera tua dñe deus omnipotẽs: iuste & vere sũt vie tue dñe rex seculoꝝ. Quis non timebit te domine: & magnificabit nomẽ tuum? Quia solus pius es: quã omnes gentes venient & adorabunt in cõspectu tuo: quãm iudicia tua manifesta sũt. Et post hec vidi: & ecce apertũ est tẽplũ tabernaculi testimonij in celo. Et exierũt septem angeli habentes septem plagas de templo: vestiti lapide mũdo & cãdido: & precincti circa pectora zonis aureis. Et vnũ de quatuor aialibus dedit septẽ angelis septẽ fialas aureas: plenas iracundie dei viuentis in secula seculoꝝ. Et impletũ est templũ dei fumo a maiestate dei & de vtute eius: & nemo poterat introire in templum: donec cõsumerentur septẽ plage septẽ angeloꝝ.

Ca. XVI.

Et audiui vocem magnam de tẽplo dicentem septem angelis. Ite: & effũdite septem fialas ire dei in terrã Et abiit primus angelus & effudit fialã suã in terrã: & factũ est vulnus seuũ et pessimũ in homines qui habebant caracterem bestie & in eos qui adorauerũt bestiam & imaginẽ eius. Et secũdus angelus effudit fialã suã in mare: & factus est sanguis tanq̃ mortui: & omnis anima viuens mortua est in mari. Et tertius effudit fialã suam super flumina & super fontes aquarũ: & factus ẽ sanguis Et audiui angelum aquaꝝ dicentem. Justus es domine qui es & q̃ eras sanct? q̃ hec iudicasti: quia sanguinẽ sanctoꝝ & pphetarũ effuderũt: & sanguinẽ eis dedisti bibere. Digni eũ sunt. Et audiui alterũ dicentẽ. Etiã dñe deus omnipotẽs: vera & iusta iudicia tua Et quartus angelus effudit fialam suam in solem: & datũ est illi estu affligere homines & igni. Et estuauerũt homines estu magno: & blasphemauerũt nomẽ dei habentis potestatem super has plagas: neq; egerũt penitentiam vt darẽt illi gloriã. Et quint? angelus effudit fialam suã sup sedẽ bestie & factum ẽ regnum eius tenebrosum. Et commanducauerunt linguas suas pre dolore: & blasphemauerũt deũ celi pre doloribus & vulneribus suis: & non egerunt penitenciam ex operibus suis. Et sextus angelus effudit fialam suam in flumen illud magnũ eufraten: et siccauit aquã eius vt prepararet̃ via regibus ab ortu solis. Et vidi de ore draconis & de ore bestie & de ore pseudo pphete exire spiritus tres immundos in modum ranarũ. Sunt enim spũs demoniorum facientes signa: & pcedũt ad reges totius terre cõgregare illos in preliũ ad diem magnũ. ommipotentis dei. Ecce venio sicut fur. Beatus qui vigilat & custodit vestimenta sua ne nudus ambulet: & videant turpitudinẽ eius. Et cõgregabit illos in locum qui vocatur hebraice armageddon. Et septimus angelus effudit fialam suã in aerẽ & exiuit vox magna de templo a throno dicens. Factum est. Et facta sunt fulgura & voces & tonitrua: & terremotus factus ẽ magnus qualis nunq̃ fuit exquo homines fuerunt super terram: talis terremotus sic magnus. Et fracta est ciuitas magna in tres partes: & ciuitates gẽtium ceciderũt. Et babilon magna venit in memoriã añ deũ: dare illi calicez vini indignacõis ire eius. Et oĩs insula fugit: & montes non sũt inuenti. Et grando magna sicut talentũ descendit de celo in homines: & blasphemauerũt homines deum pter plagam grãdinis: quoniã magna facta ẽ vehementer.

Ca. XVII.

Et venit vn? de septẽ ãgelis q̃ habebant septẽ fialas: & locut? ẽ mecũ dicẽs. Veni & ostendam tibi damnationẽ

meretricis magne q̄ sedet sup aquas multas
cū qua formicati sūt reges terre: & inebriati
sūt qui inhabitant terrā de vino pstitutōis
eius. Et abstulit me in spiritu ī desertū. Et
vidi mulierē sedentē sup bestiam coccineam
plenā nominibo blasphemie: habentē capita
septē & cornua decē. Et mulier erat circūda
ta purpura & coccino & ī aurata auro & la
pide pcioso & margaritis: habēs poculū au
reū in manu sua plenū abominatōne & immū
dicia formicationis eius. Et in frōte eius no
mē scriptū misteriū babilon magn̄: mater for
nicationū & abominationū terre. Et vidi mu
lierem ebriā de sanguine sanctor̄: & de san
guine martir̄ ihesu. Et mirat? sū cū viderē
illā ammiratōne magna. Et dixit michi an
gelus. Quare miraris? Ego dicam tibi sacra
mentū mulieris & bestie q̄ portat eā: que ha
bet capita septē & cornua decē. Bestia quā
vidisti fuit & non est: & ascensura ē de abis
so & in interitū ibit: & mirabūt̄ ihabitātes
terrā quor̄ nō sunt scripta nomina in libro
vite a constitutione mūdi videntes bestiam q̄
erat & non est. Et hic est sensus: qui habet
sapiētiam. Septem capita septē montes sūt
supra quos mulier sedet: & reges septē sūt
Quinq̄ ceciderunt: vnus est: & alius nondū
venit Et cum venerit: oportet illū breue tē
pus manere. Et bestia que erat & nō ē & ipa
octaua est: & de septē est. Et in interitum
vadit. Et decē cornua que vidisti decē reges
sūt qui nondū regnū acceperūt: sed pōtatem
tanq̄ reges vna hora accipiēt post bestiam.
Hi vnū cōsiliū habēt: & virtutē & potesta
tem suam bestie tradēt. Hi cū agno pugna
būt. & agnus vincet illos: quoniā dominus
dnor̄ est. & rex regū: & q̄ cū illo sunt vocati
& electi & fideles. Et dixit michi. Aque q̄s
vidisti vbi meretrix sedet populi sūt & gen
tes & lingue: & decem cornua que vidisti in
bestia hi odient formicariā & desolatam fa
cient illam & nudam: & carnes eius man
ducabunt & ipsam igni cōcremabunt. Deus
em̄ dedit in cordibus eorum vt faciant quod pla
citum est illi: vt dent regnū bestie donec cō
sūmentur verba dei. Et mulier quā vidisti
est ciuitas magna: que habet regnum su
per reges terre. Capitulum. XVIII.

Apo

Et post hec vidi aliū angelū descē
dētez de celo hñtez pōtatē magnā: &
terra illuīata ē a gloria ei?. Et cla
mauit i fortitudine dicēs. Cecidit cecidit ba
bilō magn̄. & facta ē habitacō demōior̄: et cu
stodia oīs spūs immūdi et custodia oīs volu
cris immūde et odibilis: q̄ de vino ire formica
tōnis ei? biber̄t oēs gētes. Et reges terre cū
illa formicati sūt: et mercatores terre de vtute
deliciar̄ ei? divites facti sūt. Et audiui aliā
vocē de celo dicētez. Exite de illa pl? meus:
& ne participes sitis delictor̄ eius: & de pla
gis eius non accipiatis. Quoniā peruenerūt
peccata eius vsq̄ ad celum: & recordatus est
domin? iniquitatūm eius. Reddite illi sicut
& ipa reddidit vobis: & duplicate duplicia
scōm opera eius. In poculo quo miscuit vo
bis miscete illi duplum. Quantum glorifica
uit se & in deliciis fuit: tantū date illi torme
tum & luctū: quia in corde suo dicit. Sedeo
regina & vidua non sū: & luctū non videbo.
Ideo in vna die venient plage eius mors &
luctus & fames: & igni cōburetur: quia for
tis est deus qui iudicabit illā. Et flebūt &
plāgent se sup illā reges terre q̄ cū illa for
nicati sūt et in deliciis vixerūt cū viderīt fu
mū incēdii eius: longe stātes pter timorem
tormentor̄ eius dicentes. Ve ve ciuitas illa
magna babilon: & ciuitas illa fortis: quoni
am vna hora venit iudiciū tuū. Et negotia
tores terre flebūt sup illā et lugebūt: qm̄ mer
ces eor̄ nemo emet amplius: mercedē auri &
argēti & lapidis pcioſi et margarite et bissi
& purpure et serici & coccini: & oīe lignū
thyinū & oīa vasa eboris & omnia vasa de
lapide pcioso et eramēto et ferro et marmo
re. et cynamomū & amomū et odoramētor̄
& vnguenti et thuris & vini & olei et simile
& tritici et iumētor̄ et ouiū et equor̄ et re
dar̄ et mācipior̄ et aiarum hoīm. Et poma
tua desideria anime tue discesserūt a te: et oīa
pinguia et preclara perierūt a te: et amplius
illa iam non inuenīet mercatores hoīm. Qui
divites facti sūt ab ea longe stabūt pter ti
morē tormētor̄ eius: flentes ac lugētes et di
centes. Ve ve ciuitas illa magn̄: que amicta
erat bisso et purpura et cocco & deaurata
est auro & lapide precioso & margaritis:

qm̃ vna hora destitute sũt tante diuicie. Et omnis gubernator & omnes qui in lacũ nauigant & naute & qui in mari operant. lõge steterũt: & clamauerũt videntes locũ incẽdij eius dicentes. Que similis ciuitati huic magne! Et miserũt puluerẽ sup capita sua: & clamauerũt flẽtes & lugentes ac dicẽtes. Ve ve ciuitas illa magna in qua diuites facti sũt omnes q̃ habebant naues in mari de preciis eius: qm̃ vna hora desolata est. Exulta sup eã celũ & sancti apostoli & pphete qm̃ iudicauit deus iudiciũ vẽm ꝺ illa. Et sustulit vnus angelus fortis lapidem quasi molarẽ magnũ: & misit in mare dicẽs. Hoc impetu mittet babilon ciuitas illa magna: & vltra iam nõ inuenietur. & vox cytharedorũ & musicoꝝ & tybia canentiũ & tuba nõ audietur in te amplius: & omnis artifex omnisq̃ ars nõ inuenietur ĩ te ãplius: & vox mole non audietur in te amplius. Et lux lucerne nõ lucebit in te amplius: & vox sponsi & sponse non audietur adhuc in te: qꝛ mercatores tui erant pncipes terre: qꝛ in veneficijs tuis errauerũt omnes gentes. Et in ea sanguis pphetaꝝ & sanctoꝝ inuentus est: & omniũ qui interfecti sũt in terra. Ca. XIX.

POst hec audiui q̃si vocẽ tubaꝝ multaꝝ in celo dicentiũ alleluia Laus & gloria & virtꝰ deo nr̃o est: qꝛ vera & iusta iudicia sũt eius. q̃ iudicauit de meretrice magna. q̃ corrupit terrã in pstitutione sua: & vindicauit sanguinẽ seruoꝝ suoꝝ de manibus eius. Et iterũ dixerũt alleluia. Et fumus eius ascẽdit in secula seculoꝝ. Et ceciderũt seniores vigintiquatuor & quatuor aialia & adorauerũt deũ sedentẽ sup thronũ: dicentes amen alleluia. Et vox de throno exiuit dicens. Laudem dicite deo nostro oẽs sancti eius: & q̃ timetis deũ pusilli & magni. Et audiui quasi vocẽ turbe magne & sicut vocem aquaꝝ multaꝝ sicut vocem tonitruoꝝ magnoꝝ dicentium alleluia: quoniã regnauit dns deus noster omnipotẽs. Gaudeam? et exultemus et demus gloriã ei: qꝛ venerũt nuptie agni: & vxor eius pparauit se Et datum est illi vt cooperiat se bissino splẽdenti candido. Bissinũ em̃ iustificationes sũt sanctoꝝ. Et dixit mihi. Scribe. Beati qui ad cenam nuptiaꝝ agni vocati sunt. Et dixit mihi. Hec verba dei vera sũt. Et cecidi ad pedes eius: vt adorarem eum. Et dixit mihi Vide ne feceris. Conseruus tuus sũ: & fratrum tuoꝝ habentiũ testimoniũ ihesu. Deũ adora. Testimoniũ em̃ ihesu est spũs pphetie. Et vidi celũ apertũ: & ecce equus albus: & qui sedebat sup eũ vocabat fidelis & verax: & cũ iusticia iudicat & pugnat. Oculi autez eius sicut flamma ignis: et in capite eius dyademata multa: habens nomẽ scriptũ quod nemo nouit nisi ipse. Et vestitus erat veste aspersa sanguine: & vocabat nomẽ eius verbũ dei. Et exercitus q̃ sũt in celo sequebant eũ in eqs albis: vestiti bissino albo & mũdo. Et de ore eius pcedebat gladius ex vtraq̃ parte acutus: vt in ipso pcutiat gentes. Et ipse reget eas in virga ferrea et calcat torcular vini furoris ire dei omnipotentis. Et habet in vestimento & in femore suo scriptũ rex regũ & dns dnantiũ. Et vidi vnũ angelũ stantẽ in sole: & clamauit voce magna dicẽs oĩbus auibus q̃ volabant p mediũ celi. Venite & cõgregamini ad cenã dei magnã: vt mãducetis carnes regũ & carnes tribunoꝝ & carnes fortiũ & carnes equoꝝ & sedentiũ in ipis: & carnes liberoꝝ & seruoꝝ & pusilloꝝ & magnoꝝ. Et vidi bestiã & reges terre & exercitus eoꝝ cõgregatos ad faciendũ pliũ cũ illo q̃ sedebat ĩ eq̃ & cũ exercitu eius. Et appẽhensa est bestia & cũ ea pseudo pphete: & q̃ fecit signa coram ipo q̃bus seduxit eos q̃ acceperũt caracterem bestie: & q̃ adorauerũt imaginẽ eius. Viui missi sũt hĩ duo in stagnũ ignis ardentis et sulphuris: ceteri occisi sũt in gladio sedentis sup equũ. q̃ pcedit de ore ipsius: & oẽs aues saturate sũt carnibus eorum.

Et vidi angelũ descẽdentẽ ꝺ celo habentẽ clauẽ abissi: et cathenã magnã in manu sua. Et appẽhẽdit draconẽ pentẽ antiquũ q̃ est dyabolus & sathanas: & ligauit eũ p ãnos mille. Et misit eũ ĩ abissum: & clausit & signauit sup illũ vt nõ seducat ãplius gẽtes: donec cõsumentur mille anni & post hoc oportet illũ solui modico tempore. Et vidi sedes: & sederũ super eas: & iudiciũ datum est illis. Ca. XX.

Et'animas decollatoꝝ ꝓpter testimoniũ ihesu & ꝓpter verbũ dei: & qui nõ adorauerunt bestiam neq; imaginẽ eius nec acceperũt caracterẽ eius in frontibo aut in manibus suis & vixerunt et regnauerunt cũ cristo mille annis. Ceteri mortuorũ non vixerũt: donec consumentur mille anni. Hec est resurrectio prima. Beatus & sanctus: qui habet partez in resurrectione prima. In hijs scđa mors non habet potestatẽ: sed erunt sacerdotes dei & cristi. & regnabũt cũ illo mille annis. Et cũ consũmati fuerint mille anni soluet satha nas de carcere suo: & exibit & seducet gentes que sunt sup quatuor angulos terre gog & magog: & congregabit eos in preliũ. q̃rũ numerus est sicut arena maris. Et ascẽderũt sup latitudine terre: & circuierunt castra sanctoꝝ & ciuitatẽ dilectam. Et descẽdit ignis a deo de celo & deuorabit eos: & dyabolus qui seducebat eos missus est in stagnũ ignis & sulphuris: vbi bestia & pseudo ꝓphete cruciabunt die ac nocte in secula seculoꝝ. Et vidi thronũ magnũ candidum et sedentem super eum: a cuius aspectu fugit terra & celũ. & locus nõ est inuentus ab eis Et vidi mortuos magnos & pusillos stantes in conspectu throni: & libri apti sunt: & alius liber aptus est qui est vite. Et iudicati sũt mortui ex hijs que scripta erant in libris: scđm opa ipsoꝝ. Et dedit mare mortuos suos qui in eo erant: & mors & infernus dederũt mortuos suos qui in ipsis erant: & iudicatũ est de singulis scđm opera ipsorũ. Et infernus & mors missi sunt in stagnum ignis. Hec est mors secũda. Et q̃ nõ inuẽt? est in libro scriptus: missus est in stagnum ignis.

XXI

Et vidi celũ nouũ: & terrã nouaz. Primũ em̃ celũ & prima terra abijt & mare iã nõ ẽ Et ego iohannes vidi sanctã ciuitatẽ iheru salem nouam descendentẽ de celo: a deo paratam: sicut sponsam ornataz viro suo. Et audiui vocẽ magnam de throno dicentẽ. Ecce tabernaculũ dei cũ hominibo: & habitabit cũ eis. Et ipi populus eius erunt: & ipse deus cum eis: erit eorum deus. Et absterget deus omnem lacrimam ab oculis eorum & mors vltra nõ erit neq; luct? neq; clamor neq; dolor erit vltra: que prima abierũt. Et dixit q̃ sedebat in throno. Ecce noua facio omnia. Et dixit mihi. Scribe: q̃ hec verba fidelissima sũt & vera. Et dixit mihi. Factum est. Ego sũ alpha & o: inicium & finis. Ego sitienti dabo de fonte aque vite gratis. Qui vicerit possidebit hec. Et ero illi deus: & ille erit mihi filius. Timidis autẽ & incredulis & execratis & homicidis & fornicatoribus & veneficis & ydolatris & ommibus mendacibus: pars illoꝝ erit in stagno ardenti igne & sulphure: qđ est mors secunda. Et venit vnus de septem angelis habentibus fialas plenas septẽ plagis nouissimis: & locutus ẽ mecum dicens. Veni: & ostendã tibi sponsam vxorem agni. Et sustulit me in spiritu in montem magnum altum: & ostendit mihi ciuitatẽ sanctã iheruſalem descendentem de celo habentẽ claritatẽ dei. Et lumen eius simile lapidi ꝑcioso tanq̃ lapidi iaspidi: sicut cristallũ. Et habebat murũ magnũ & altum habentẽ portas duodecim: & in portis angelos duodecim: & nomina inscripta que sũt nomina duodecim tribuũ filioꝝ israhel. Ab oriente porte tres: & ab aquilone porte tres: et ab austro porte tres: et ab occasu porte tres. Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim: & in ipsis duodecim noĩa duodecim apostoloꝝ & agni. Et qui loquebatur mecũ habebat mensuram arundineam auream: vt metiret̃ ciuitatez & portas eius & murũ. Et ciuitas in quadro posita est: & lõgitudo eius tanta est quãta & latitudo. Et mensus est ciuitatẽ de arũdine aurea p stadia. duodecim milia: & longitudo & altitudo & latitudo eius equalia sũt. Et mẽsus est murus eius centũ quadragintaq̃tuor cubitoꝝ mensura hominis que est angeli. Et erat structura muri eius ex lapide iaspide: ipsa vero ciuitas aurũ mundũ: simile vitro mundo. Et fundamenta muri ciuitatis omni lapide ꝑcioso ornata. Et fundamentũ ꝑmũ iaspis. secũd? saphirus. tercius calcedonius. q̃rtus smaragdus. q̃ntus sardonix. sext? sardius. septim? crisolit?. octau? berillus. non? thopazius. decim? crisopassus. vndecim? iacinctus. duodecim? ametistus. Et duodecim porte: duodecĩ margarite sũt p

singulas. Et singule porte erant ex singu-
lis margaritis: & platea ciuitatis aurū mū
dū: tanq̄ vitrū plucidū. Et templū nō vi-
di in ea. Dñs em̄ deus omnipotēs templū il
lius est: & agnus. Et ciuitas nō eget sole ne
q̄ luna: vt luceant in ea. Nam claritas dei il
uminabit eam: & lucerna eius est agnus.
Et ambulabūt gentes in lumine eius: & re-
ges terre afferent gloriam suam & honorez
in illā. Et porte eius nō claudent̄ p noctez
Nox em̄ non erit illic: Et afferent gloriam
& honorez gentium in illam: nec intrabit in
ea aliquid coinquinatū aut abominationem
faciens & mendatiū nisi qui scripti sūt in li
bro vite agni.

Capitulum. XXII.

Et ostendit mihi fluuium aque vi-
ue splendidū tanq̄ cristallū: pcedē
tē de sede dei & agni. In medio pla
tee eius ex vtraq̄ parte lignis lignū vite
afferēs fructus duodecim: p menses singu-
los reddens fructum suū: & folia ligni ad sa
nitatem gentiū. Et omne maledictū nō erit
amplius: sed sedes dei & agni in illa erunt:
& serui ei? ſuiēt illi. Et videbūt faciez eius
& nomen eius in frontibus eorū. Et nox vl
tra non erit: & nō egebūt lumine lucerne ne-
q̄ lumine solis quoniam dñs deus illumina-
bit illos & regnabūt in secula seculoz. Et
dixit mihi. Hec verba fidelissima sunt & ve
ra. Et dñs deus spirituū pphetaz misit an-
gelum suū: ostendere seruis suis que oportet
fieri cito. Et ecce venio velociter. Beatus q̄
custodit verba pphetie libri huius. Et ego
iohannes qui audiui & vidi hec. Et postq̄
audissem & vidissem cecidi vt adorarē ante
pedes angeli qui mihi hec ostendebat. Et di
xit mihi. Vide ne feceris. Conseruus enim
tuus sum & fratrū tuoz pphetaz: & eoz q̄
seruant verba pphetie libri huius. Deum
adora. Et dixit mihi. Ne signaueris verba
pphetie huius. Tempus em̄ pe est. Qui no
cet noceat adhuc: & qui in sordibus est sor
descat adhuc. Et qui iustus est iustificet̄ ad
huc: & sanctus sanctificet̄ adhuc. Ecce ve-
nio cito: & merces mea mecū est: reddē vni-
cuiq̄ scd̄m opa sua. Ego alpha & o: p̄mus
& nouissimus: principiū & finis. Beati qui
lauant stolas suas in sanguine agni: vt sit
potestas eoz in ligno vite: & p̄ portas in-
trent ciuitatem. Foris autez canes & vene-
fici & impudici & homicide & ydolis seruī
entes: & omnis qui amat & facit mendatiū
Ego ihūs misi angelū meum testificare vo
bis hec in ecclesijs. Ego sū radix & genus
dauid stella splēdida & matutina. Et spūs &
sponsa dicūt veni. Et qui audit: dicat veni.
Et qui sitit veniat: & qui vult accipiat a-
quam vite gratis. Contestoz em̄ omni audi-
enti verba pphetie libri huius. Si quis ap-
posuerit ad hec: apponet deus sup illum pla
gas scriptas in libro isto: & si quis diminu-
erit de verbis libri pphetie huius auferet de
us partē eius de libro vite & de ciuitate san
cta: & de hijs que scripta sunt in libro isto.
Dicit qui testimoniū perhibet istoz. Etiā
Veniо cito amen. Veni dñe ihesu. Gratia
domini nostri ihesu cristi cum omnibus vo-
bis amen.

Explicit liber apocalipsis beati Johan-
nis apostoli.

Opus veteris nouiq̄ testamēti. Impressum
ad laudez & gloriam sancte ac indiuidue tri
nitatis. Intemerateq̄ virginis marie felicit
fimit. Absolutū consūmatumq̄ est. In regia
ciuitate Nurmbergē per Anthoniū Tober
ger incolā ciuitatis eiusdez. Anno incarna
tōis dñice. M. CCCC. LXXV. Ipso die
Sācti Otmari cōfessoris. XVI. Nouēbris.

481

...ez mate icm· Sufficiens vo ca...
...inicialē nec hūanū nec mūdan...
...ca venialia· et sic patet ...
...nducit ad dilc...
...eū om...

nonstrant· In quo quidē euage
nent· Primū est magnificē
magne cene prepacōn
est miseria hū
cōne

BIBLIOTEKA UNIW. W. POZNANIU